IACOBI BIDERMANI E SOCIETATE IESU THEOLOGI, AGONISTICŌN...

Jakob Bidermann

Digitized by Google

BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
14
35 I
3711

Digitized by Google

5. 5.

IACOBI BIDERMANI
E SOCIETATE IESV
THEOLOGI,

AGONISTICON
LIBRI TRES,
Pro MIRACVLIS:
Quæ

BVCCINATOR ALPINVS EIVSQVE TRIBVLES impiè imperitè criminantur.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
BIBL. SS. IO. & PA. DE UBB.

DILINGÆ,
Romani Cæsaris Priuilegio:
Formis Academicis.
Apud IACOBVM SERMODI.
CIↃ. DC. XXVI.

Ex libris Vaccaei SS. Io. et Paul. a Ao 1818

APPROBATIO
R. P. Prouincialis.

TRes Agonisticõn libellos, quos pro *Miraculis* aduersus hæresin elucubrauit IACOBVS BIDERMANVS, nostræ Societatis Theologus, quosq; censos, Theologi ex more probarunt: Ego GVALTERVS MVNDBROT Societatis IESV per Germaniam Superiorem Præpositus Prouincialis, potestate ab Adm. R. P. N. MVTIO VITELLESCO Præposito Generali, acceptâ, typis edi permitto. Eamque in rem subscribo, & signo. Dilingæ XV. Martij. Anno M. DC. XXVI.

Gualterus Mundbrot.

SIXTO WERNERO

REVERENDISS. ANTISTITI,

ILLVSTRISS. S. R. I. PRINCIPI,
EPISCOPO CONSTANTIENSI,
IACOBVS BIDERMANVS
è Societate IESV.

AVDierat, ILLUSTRISSIME PRINCEPS, quæ *Dilingæ* est ACADEMIA, non pridem; FAMÆq; venienti gestiēs applausérat, cùm nobis, ab *Acronio* lacu, felices litteræ nūtiarēt; Eū Populo CONSTANTIENSI PRINCIPEM obtigisse, quem in haud dubiam TIARAE spem *Dilinga*, iam olim præsagiens, educasset. Atq; ô diem, inquijt, auspicatum! Qui votis me, quamquam auarissimè susceptis, tandem omnibus damnauit. Videram enim tot ego iam dudum ANTISTITES, tot Imperij PRINCIPES, tot passim Ecclesiæ SOLES, è sinu meo pleroſq;

roſq; prodijſſe : vt ſuos mihi & *Mitra Vindelica* HENRICOS ; & *Euſtadij Infula* CHRISTOPHOROS ; & *Friſingæ Tiara* VITOS, in acceptis omnes referre videretur. Neq; diſſimulabat *Iouauium*,* quin magnos mihi PARIDES, & *Baſilea* GVILIELMOS, & *Elvvacum* IACOBOS, & *Brixina* OTHONES gratularetur: quos quondam adoleſcentulos inſtitueram, vt ſummo loco magna ſe indoles ſeruare, patriæq; bono iam tũ pubeſcere inſuêſſet. Reſtabat CONSTANTIA, quæ vna ſpes meas cõperendinabat: donec & ipſa tandẽ, SIXTVM nuper VVERNERVM eò extulit, quò *virtus* illum *indoleſq;* deſtinârat.

ITA EST, *Illme Prĩceps*; audijt iſta tũ, ſenſitq; geſtiens Dilinga : &, quâ gratulatione ſuum TIBI gaudium teſtaretur, laborabat. Prodij paratus ego, vt ſubſidium ferrem laboranti : eiq; me *Academiæ*, in qua litteras & olim didiceram, & annis iam XI. docuerã,

*Salisburgum.

non

non ingrat⁹ impenderem. Prodij, inquam; & *Calamum* ei stylumq́; , quem omnem debebam, libens commodaui. Sed, hunc illa, quamquam in MONSTRI DECVMANI iugulum acuere pro Ecclesia iusserat; in *Arenam* tamen inferre stringereq; prius nolebat, quā tuo se *Illmo Nomini* commēdasset: hócque ἀγωνιστὸν omne tuis auspicijs sic instituisset, vt mox ad alios quoq; probatum iri confideret. Hunc enim à tali PRINCIPE si fauorem collegisset, magnum LIBRO & ad BONOS momētum, & aduersus *Maleuolos* præsidium sperabat accessurum.

Et verò abfuisset hoc maiorū Imperium; iam suâ spontè liber huc ibat, vt in *Illmi Nominis* tutelam receptus, quiescere securiùs optaret. Etenim ab eo rogare PRINCIPE liber opem hanc debuit, in cuius velut sinu depositos sciebat hos ELISABETHÆ CINERES, quos infestis vnguibus scru-

tatur *Harpyia*: quoſq; calcare dum pedibus non poteſt, obſcæno roſtro appetere abſens, oreque fœdo carpere perſeuerat. Verùm vt inanis hic irrituſq; belluæ ſit furor, prouidet ſapiẽter æternùm Numen; Teq; & tecũ viros *Principes* ad VIRGINIS lociq; venerationẽ hoc conſtantius excitat, quo pertinaci⁹ in odiũ ei⁹ infamiamq; has videt noctuas laborare. Ac profectò bubonũ infauſt⁹ hic ſtridor vt opportunè coërceretur, optauêre in viciniâ magni & multi: MICHAEL cum primis, ille cœnobio *VValdſeenſi* Prępoſit⁹: cui quam impenſa *Cinerum* iſtorũ erat cura, tã moleſtè accidebant conuitia, quibus illos *Vir Religioſiſſimus* audiebat aſſiduè lacerari. Teget igitur PRINCIPVM horũ Antiſtitumq; *Auctoritas* librum: quorum eximia RELIGIO & locum adhuc ab iniuria vindicauit.

SED neq; in his ego titulis morabor; cùm alios mihi & noſtra *Societas*, & vę-

& vet⁹ *Præspergiorum* familia ministret. *Societas* quidem, vt quæ vltimæ pueritiæ annos, iam tum studijs liberalibus initiatos in TE suspicere: mox Adolescentis animum, ætate sua maiorē, admirari: Viri pòstea *Virtutem* famamque colere nunquam desierit: Quid nî eadem postremò & hanc PRINCIPIS amplitudinem, & ANTISTITIS dignitatem, inter vota plausuſq; veneraretur? Cum præsertim TVAM & *Humanitatem* illi, vel in priuato laudandā; & *liberalitatem* vel in PRINCIPE admirādam, magnis probare indicijs non omittas. Neq; nos *Constantiâ* tam remoti sumus, vt beneficia, quæ illic abs te in *Socios* conferuntur, à nobis nos arbitremur esse aliena.

FAMILIA demum, nescio quid suauius, me traxit, ad meum hoc *Agonisticon Tibi* inscribendum: posteà quàm & ipsa hanc *Boni Nominis* ELISABETHAM, (quam barbaris maledictis la-

cerant *Alpes*) in Tuos sensit beneficam fuisse: cùm ab hinc annis ferè duobus, FRANCISCVM, ingenuum *Prasspergici* sanguinis adolescentē, conclamante Naturâ, in columem Tibi remisit: Quē huc Tv prius ad nos consultò miseras; vt ex vestigijs, à TE quondam hîc impressis, condisceret, quà & sibi ad litteras, gloriamq; esset rectissimè incēdendū. Ac fuit is magnam partem auctor mihi, vt scribere pro *Miraculis* luberet: cùm eius ego Manum, paullo antè exanimem, Cælitum ope repētè viderem reuixisse: & hesterni vulneris nullum in ea, ne vestigium quidē, nūc apparere. Sequebatur admirationem Calam⁹; quem puduit in tuenda VIRGINIS caussa desidē esse, cùm eius in nos tā promta beneficia exstitissent.

PATERETV igitur, *Ill*^me *Princeps*, tā publici boni rationes, quàm cognatū Sanguinem, in caussa æquissimâ, hoc abs te impetrare; vt & AGONISTICON meum

meum, quà in *Calumniam* pugnat, benevolè complectaris: & hoc Societatis Collegium, hæcq́; *Tuæ Virtutis* studijq́; incunabula, eo posthac loco habere TE sentiamus, quo adhuc semper sensimus habuisse. Ita *Illmam Celsitudinem Tuam* Ecclesia, Resq́; publ: ac nostra Societas, longùm incolumem felicemq; fortiatur. Dilingæ, è Collegio Societatis IESV. Kal. Sextilibus.

CIↃ. DC. XXVI.

SY-

SYNOPSIS

Operis totius.

1. Miraculum VERVM quid VANO interſit. Et in vtroq; quid *Alpes* vel *abſurde* tradant, vel *malè* carpant, vel turpiter ignorent. *Lib. 1.*

2. Quibus, quamq; putidis argumentis oſtendere *Alpes* laborent; Noſtratibus *Miraculis Eccleſiam Chriſti* non demonſtrari. *Lib. 2.*

3. Quo argumẽto ſolidè probent *Catholici*, ſua *Miracula*, eſſe & verè *diuina*; & indubitata veræ Eccleſiæ *ſigna*. *Lib. 3.*

AGO-

AGONISTICωN
LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

Libri Agonistici Institutum, Ratio, Modus, Inscriptio, Moderatio.

VOD in *Prolusionibus* futurum haud vanè præsenseram, vt cum euentilatum aduersus hæresin esset, resq; poscerent, *versis* olim inter nos hastis concurreretur: id quò celerius opinione fieret, effecit noua *Praconis*, & insolens audacia: qui, cùm MIRACVLIS bellum haud ita pridem nefarium imperitè iuxtà ac impiè mouisset; ratus est, hoc se tam sacrilego cæpto, nomen, quod olim HEROSTRATVM * fefellerat, non dubiè reperturum. Cui tali FVRIÆ, passim in obuios ruenti, & iura humana diuina-q; promiscuè calcanti, ne postremus ego

1 INSTITUTUM; *Defendere Deum & iniuriâ Miraculis illatam.*

* *Valer. Max. lib. 8. cap. 14. Strab. lib. 14.*

ego me obiicerem, multa ſollicitâ-
2 RATIO nes *cauſſaq; ſcribendi.* runt,

Loci primum fuit vicinitas, in quâ vterq; verſabamur: pòſt, *Argumenti* nõ magna diſſenſio; vt à me, qui nuperde *Eccleſiæ Capite* proluſiſſem, nũc pro *Eccleſiæ teſſerâ* ſeriò dimicare, cenſuerim haud nimis alienum. Tum alia me plura, quæ bonorum quemq; potuiſſent, impulêre: hinc *religio* fidesque, & plebis obnoxiæ *candor*: inde *veri* amor, *vanitq;* licentia, & *calumniæ* volantis noxa: materies non pugnæ ſimulacro iam ullo, ſed *ἀγωνιστικῷ* grauiq; conflictu dignanda. His ultimum porro incitamentum fuit, *Franciſcus Praſbergius*, ingenuè nobilis, & indole probâ genereq; claro adoleſcens; quem malè à vulnere habitum, eaq; de re in patriam Dilingâ remiſſum, ac mox prope in oculis noſtris mirificè ſanatum, iam nunc ingredior narrare.

3 MODVS *ſcribẽdi colloquio propior.*

Faciam id verò, non oratione perpetuâ, (quis enim vnus in hauriendâ hâc prœconis ſententiâ, aut in Alpib⁹ his cædendis, tam ferreus, vt duret?) ſed faci-

faciam id ἀμοιβήδην * cum aliis colloquens; vt hoc sermocinandi condimento, tædium argumenti leuetur. Neque verebor tamen, ne quà rei grauitas cum hac scribendi ratione parum consentiat: cùm intelligam, nostro æquè ac maiorum æuo exstitisse viros magnos, quibus decórum fuerit, seria familiari colloquio tradidisse. * Et absque his foret: suadere iam seculi nostri fastidia potuissent; quibus multorum animi hoc genus controuersias sic aspernantur, vt, si nullâ eas illecebrâ videant aspersas; aliqui vel eminus adspectas, mox saturi cum supercilio deponant, æternùm conclamandas. Ita dum liber fastidiosè legitur, propè negligitur: & aduersariorum calumniæ, stilo nequicquam iugulantur. Adhæc quiqui purè putè Theologica malunt, habent ij *Bellarminos*, *Forneros*, *Becanos*, *Gretseros* (& quantos demũ alios?) qui faciant abunde satis. Mihi consilium fuit, etiam aliis, & ad aliam litteraturam exercitatis, hanc operam gratificari; vt ij, dum aliud

* *alternatim.*

* *Plato, Cicero, Augustinus, Chrysostomus, olim. Hodie sacri ac profani scriptores multi.*

aliud agunt, in sua quoque palæstra reperiant, quæ fidei sint firmandæ, quæque hæresi conuellendæ ac præcipitandæ.

4 Inscriptio; *Agonisticon, sed incruentum.*

Sed erunt haud nulli, quos libri tristior inscriptio perturbet. Nam habet ἀγωνιστικὸν, nescio quid sæuum; belliqúe odia frons non obscurè minatur. Quibus ego metum hunc omnem breui adimam; cùm docuero, non eandem nobis in hostes mentem esse, quam sibi aduersus nos esse profitentur, tres *Alcuini* mitissimi nepotes: *a* quos, inter *Britannia* signa, delectat hoc classicum incinere: *Rex Italiam petat, vltore gladio pontificem transfigat, venationem orbi exhibeat; eum in ponte Miluio calcet, pessumdet, exturbet, auerno instar mole demergat.* Tum *Ego* (inquit *Plesseus*,) *b inter principia prælia misceam, sanctæ huic lætitiæ totus immergar,*

A. *Græcum orat. in plaga regia.* B. *Plesseum præfat. mysterii iniquitatis* C. *Paræum, super Apocal. 18. reddite illi duplum. Vide plura apud Adamum Contzen, 9. Polit. c. 25. n. 5. 7. &c.*

im-

immoriar. Accinit huic tubæ altera *Bellona, Parcus; Reddite illi duplum; nullum vltionis genus aduersus papam iniustum aut nimium est* : c Nec intercedit his belli consiliis *Thummius*; d qui Pontificem iam nuper, *Europæ latronem prædonemq; publicum, ac violentum insidiatorem* proscripsit; & eum eodem (quod sequi necesse est) Cæsares, Reges, principesque Catholicos (quippe *magni latronis* iuratos fœderatosque socios atque amicos) quid nisi hostium numero haberi iussit? Quem non excitent hi tot *Fœciales*, vt excussa pacis inertia, præceps ferrum quisque in Catholicos stringere, quàm lentũ & incruentum calamum, armare præoptet? Nobis hæc pugna tam fera & ferrea non erit; sed stylus mitior, & innoxiè serius; quem ad æquissimæ partis vindicias piè nudamus, eò solùm vt vim Calumniæ defensuri, suam mendaciis personam detrahamus.

D. *Theodorus Thumm. præco Tubing. lib. de Iubileo. pag.* 1. *Vide de eod. infra lib.* 2.

Quam-

5 MODERatio stylia abstinendi & conuitiis & cauillis amœbeis.

Quamquam autem *Præconi* meo per est familiare ac gentile vitium, ignominiis bonos appetere, & pro telo scommata iacere: vt, quando cuneos veri perrumpere vi nulla potest, conuitiis proteruè lacessat: Ego tamen his etiam telis in illum abstinebo; & nullius neque cauilli ludibrio, neque dicterii sarcasmo Ecclesiam vindicabo, nisi cum vim afferet vltimus aduersarii furor. Habeant sibi hanc omnem πανοπλίαν hi *Martes*; & adamantinam putent tunicam, *Cauillari*: nobis mutuis his in illos armis, opus non est; quippe qui fœminis idoneam esse hanc maledicendi libidinem; non seriæ, nec virili pugnæ congruentem arbitremur; vt ideò scurrili dicacitati κατὰ παροιμίαν Homericum illud opportunè occinatur, *

* *Excedet fugis fidia, bellis & pugnis. An satis non est, quod mulieres imbelles decipis? Homer. Iliad. ε.*

εἶκε, συγὸς θύγατερ, πολέμυ καὶ δηϊοτῆτος·
ἦ χάλις, ὅτλι γυναῖκας ἀναλκίδας ἠπεροπεύεις;

Atque hæc pauca nos de libri summa præfati; rem deinde ipsam, ab ægritudine, Miraculo depulsa, feliciter cæptam, ordine prosequamur.

CAPVT II.

Franciſci Prasbergii Manus à medicis conclamata; Miraculo recepta; Famâ, Litteris, Oculis, explorata.

FRANCISCO PRASBERGIO, quem dixi, malè iam affecto, eaq; propter domum remiſſo, quanquam futuri ſpes aliqua nos tenebat, nondum periculi metus omnes abſoluerat. Et calebant multorum adhuc vota, quæ pro adoleſcente diuerſi ſuſceperant; vtì rem, hominum ſtudiis deſperatam, à ſuperis curatam, penſiq; habitam videremus: cùm ad nos ecce, rumuſculi; ſed ii pertenues primùm, & quales initiis ſolent, timidi ſatis ac verecundi; mox fama vegetior, & hanc demum litteræ, fidei reique teſtes, conſecutæ; voti damnatas eſſe ſpes noſtras, viuereque miraculo ac valere iam ægrum, nuntiârunt.

Excitamur *Hygia* nuntio; atq; vnà in gratulationes effuſi, Deo τῷ πανσόφῳ θαυμάσιῳ μεγάλῳ μόνῳ, *di-

*Qui fecit mirabilia magna solus. Psal. 135

* diuisque cælitibus συνεργοῖς * plausum damus, ex voto. Neque fieri tamen satis omnibus quibat, si, quod procul euenerat, semel quisque cognosceremus. Nam sæpius alter alterum percontati, & memorantibus frequentes circumfusi, iam litteras ipsimet legere, iam ceras linumque inspicere, iam alia super alia discere, certantibus studiis gestiebant. Nempe, quò semel animos inclinarat timor, indidem fide etiam sæpius explorata, vix reuocabat.

* operis consortibus.

7 ÆGER, miraculo sanatus, reuertitur.

Ægre se tenuit hæc exspectatio, dum ipsum denique adolescentem, quem à medicis depositum luxeramus, reducem videre, famæq́, fidem, oculis liceret comprobare. Quod consecutos postremo nos sensimus, cùm tribus ille post mensibus sospes ad nos integerque est reuersus. Venientem frequens multorum concursus excepit: vt, in communi gaudio, redditos illi digitos, dextramque à clade receptam, nemo postremus gratulari, sed vnà omnes confertim inuadere, diripereque crederentur.

Quip-

Quippe aliis in *manûs articulos* ruentibus (vt, quos funesto dudum rigore emortuos meminerant, nunc eosdem flexibili viuacitate agiles promtosq; mirarentur) aliis vestigia rimantibus, quà *fatalis acus*, velut acto cuniculo, neruos subierat; aliis ad *brachij humeriq;* vertebras, iam sui rursus potentes, intuentibus; aliis rerum seriem, vt quidque gestum erat, audire ex ipso cupientibus; in clarum omnes plausum erupimus: & confestim, in Miraculi laudes hi vocem commodare, hi calamum stilumque promittere; nemo non animum ad cælites bonos attollere, Deumque in tot hæreseon lite, secundũ nos, recentibus ostentis, pronuntiasse, clamitare.

8 VIRI *nobilis interuentus res gesta, recognoscitur.*

Commodè per id tempus sic fortè acciderat, vt *Baptista Iulius*, vsu magno claroque genere vir, cùm huc de via diuertisset per Lycei contubernia (quibus *Tutela* sanctus *Hieronymus* est) deduceretur. Ea vt nobili pube stipari omnia, magnoque in numero, ordines tamen vidit seruari; nec aliter plerosque, quàm si silentio auctorati

ctorati penderent, conquiesse: miratus horum, quos dixi, concursationem, cæpit percontari, iiné *Samiâ* lege soli soluerentur? Ego illi, quod res erat, aperio: Eximios cetera illos non esse; sed rei nouitate iam excitos, ab ordinibus tantisper discessisse, dum *miraculi* calentis spectaculo fruerentur: quo satiatos, mox iterum in potestate futuros. Mouit hominem vox grandior; &, ecquid ergo miraculi ferretur, perquirit. Exordior ego rem omnem, quàm breuissimè licuit, memorare.

9 FRANCISCI *Prasbergii, miraculo sanati, tota historia.*

Et nempe *Franciscum* hunc esse *Prasbergium*, summo loco adolescentem. Eum mensibus abhinc septem, manum dexteram, quà volæ metacarpium ad digitos proximè pertinet, temere in acum longiusculam sic induisse, vt nerui mox omnes, ignauo stupore obrigescerent, digitique tres, ad tori tuberculum tenaciter affixi recumberent; nec vsquam, nisi vim afferres, erigi tendique iam possent. Porro manasse malum, lateque per brachium omne sic serpsisse,

pſiſſe, vt trahente partium συμπαθείᾳ, in cerebri quoque viciniam graſſari, iamque mox aliud, neſcio quid ominoſum, minari crederetur. Quare in eo diſcrimine, nihil artis induſtriæque omiſſum, quo defendi periculum domi poſſet. Mox domo ad extraneos itum, quos aut *Lauinga* propinquior, aut remotior *Auguſta*; aut harum alia vicinitas, chirurgiæ peritos, medicaque arte celebres ſuggerebat. Hos verò tentatis omnibus, in adoleſcentis infortunio omnes ſuccubuiſſe. Inter quæ artis experimenta, fugiſſe tres quatuorue Menſes; Malique vim in dies pertinacius valuiſſe. Viſum hoc denique conſultiſſimum, vt à thermis alicubi ſalus vltima peteretur: Neque tam de manu corrigendâ medicos, quàm de brachio vitaq; iam ſeruandâ conſiliũ agitaſſe. Eam in rem menſe Maio *Franciſcum* Dilingâ, in patriam veniſſe; triſte parentibus, (iam antè mali nuntio conſternatis) ſpectaculum. Quare hos ipſos id modò ſollicitos,

qui

quî manus quàm primum thermarum vaporibus confoueretur; repente ad melius consilium descendisse, quod ijs filius fortè ipse suggesserat: vt posthabitis balinei fomentis, ad eius *Elisabethæ* visendos cineres duceretur, quam asceterium Reütense, annis ab hinc amplius ducentis, inter Virgines captam, ac pridem Miraculi famâ celebrem, felici cognomento *Bonam* appellat. Accepto consilio cùm parentes morê gessissent, Matrem (primæ nobilitatis fœminam) & sorores Virgines, itinere pedestri, cum ægro in locum venisse. Ibi *Franciscum*, vt aris donum ex voto imposuerit, super *Elisabethæ* tumbam humi supplicem incubuisse. Nec diutius factũ, & digitos molliori iam flexu, quod dudum nequierant, micare cœpisse. Inde ad putei scaturigines (quas illa de sterili saxo quondam prolicuerat) deductum, vndâ salubri manum abluisse. Hîc vt affectam partem liquor infusus attigerit, enimuero in ore oculisque omnium, ingenti miracu-

raculo, coisse pertinax vulnus, subsedisse tumorem, & fugiente tabe, morbi vim omnem euanuisse: digitosque & manum, & neruos, & brachium, & humerum, & simul omnia, ad officium tam integre redisse, vt ab eo temporis momento, nulla se labis vlli? vestigia, etiam curiosè scrutantibus, ostendant. Cum dictis, ego de sinu litteras promo, quas eâ super re, Parens ipse commodùm dederat, *Albertus Prasbergius*, vir apprimè nobilis, & inter Sueuiæ proceres clarus. *a*

A. De his litteris; deq; testimoniis Chirurgorum ac Medicorum, cùm Dilingæstum Augustæ consultorum, vide lib. 3. n. 54. Vbi auctoritate publicâ interrogati, iureiurando confirmarant omnes, malo nullum medicamentum à Natura sperari posse: Cui tamen remedium, & quidem repentinum, ad Boni Nominis ELISABETHAM *quæsitum, & inuentum.*

CA-

CAPVT III.

Προοίμιον *Ingressus ad Alpini Praeconis calumnias refellendas.*

10 PRAEconis invectiua in miracula, ex vestris audita.

QVAS litteras ut *Iulius* quoq; legit, puerumq; corã incolumẽ adspexit; atrocib⁹ oculis ad comites: & illi tamen, inquit, effrontes, quibus hæc cælitũ ostenta ludibriis apud nos traducunt? *Elisabetha* hancipsam Alpiũ vastator *Lycus* (quẽ èrostris vlulantẽ recèns audistis) appetere hiant cõuitio nunquã omittit: atq; ad rauim vsq; clamosus instat; rem vel stultitiæ cõpertæ, vel magni mendacii fabulã esse; aut stygis certè præstigiis infamẽ neque, si propius exploretur, vitiorũ cęno intactã. Mihi quidẽ perdoluit, ci trãsiẽs vlcisci iniuriã, linguęq; impuræ frenos inijcere nequiui. Ita tũ *Iuli*⁹ At ego, hyænam hanc, puerorũ risu quàm irâ virorũ digniorẽ dicere. Nam hoc genus *Cerberos*, nihil suis natalib⁹ facere indignũ, si *miraculis* oblátrẽt quorũ olim vt vmbrã sibi aliquã vin dicarẽt, nullis ipsos ne imposturis qui dẽ abstinuisse: Sed, quod eas nec *A*

cuin

cuino a suo, nec *Thurleo b* quondam, ex animi sententiâ cessisse meminissent: satius arbitrari, si dehinc odium *miraculorum* contemtumq; assimularent: illum *Aiacem* imitati; qui, cum Hispanas legiones in armis esse, iamq; signa inferre cerneret, cessim ad suos, vt nepa recurrere, valloque tenere se maluit. Vbi, cur pedem retulisset, interrogatus; nempe, gentis respondit, arrogantis incessum, orisq; fastidientis supercilium sese odisse; quos ideò contemnere, quàm ferire satius duxerit. Sed risêre hunc herôis contemtũ, ij ipsi, quos ille oculis tam auersis spreuerat. Eodem mihi loco sunt hęc tui Præconis probra: quæ apud saniores audita, nunquam sic adolescunt, vt ad pectus vsq; penetrent; sed in aurium septis, dum adhuc tinniunt, plerumq; præfocantur. Abnuit hîc nonnulla *Iulius*, & fidem hæc imò iam ait aliquam emeruisse: nec in plebem solum; sed paullatim ad procerum fauores attolli, nî obuiam eatur.

A *Bolsec*, in Vit. Caluin. B *Frider. Staphyl.* p. 1. aduers. Schmidel. sub ann. 1545.

II. PRAECONIS *inuectiua aduersus miracula, typis vulgata.*

ETENIM pro concione iam nuper, at modò scriptis etiam librisq; rem agi: quos confutare quod nemo laboret, illum, viciſſe cauſſâ, & triumphare ſe, ſtolide credere. Ego, de *Concionum* inuectiuis ſcire quædam me faſſus, de *libris* verò nondum vllis meminiſſe, reſpondeo. De *libris*, inquit, tu nondum? Atquî omnium illi manibus teruntur, pedibus digni. Et faxo, iam nunc videas. Simul innuit pediſſequo. Famulus, accepto negotio, curſim ad hoſpitium; inde cum libro ad nos. Aperio; lectaq; epigraphe, veſtram fidem! exclamo: & non erubuit infelix, tribunitios hos furores oculis ſubijcere? quos, niſi porro inſaniret ἀνεκδότους & ἀμνησίᾳ* debuit æternâ ſopitos velle. Nam auditus è roſtris hic furor, aboleri triduò poterat: nunc in tabulas quorſum eſt relatus, niſi vt cum infamiâ perennet? Hanc illis perennitatẽ, inquit *Iulius*, nos verò gratulemur, ſi adeò ipſimet cogunt. Ceterùm ego, ne neſcias, has *Voluſij* chartas triobulo ſum nũdinatus, non aliâ fini, quàm vt prætoris ſtigma-

**ineditos & obliuione.*

stigmate notatas, foro posthac nostro ceu intestabiles, arceri curarem. Quod sperem confieri posse, si spongia prius eruditâ diluantur.

12. LIBER PRAECONIS *suscipitur confutandus.*

EGO arridens; sanè tu perquam excandefeciſti precium, si triobulo es mercatus. Quanquam hunc etiam assem in malâ merce perdidisti. Porro nihil ad hanc rem opus eruditione, quam paras, si *Volusius* hic subalpinus, nondum à se degener, idem in his scombrorum tunicis fecit, quod in alijs suis quisquilijs solet. Ipse suâ se leuitate prius confutat, quàm intra teli iactũ aduersari⁹ occurrat. Quod, nisi molestus sum, experiri continuò potes. Polliceor enim, in hoc homine, nullam te facilè partem tam cautâ molliq́ue manu tacturum esse, quæ vel *arrogantiæ* tumore suffusa, vel odio *veri* pallida, vel *maleuolentiæ* tabo liuida, vel *mendacij* psorâ non sit affatim inquinata. Vbiq; morbi vestigia, & ſicubi minor horum illuuies obsidet, ibi magnus *Moriæ* inscitiæq́; stupor nidulatur. Iamq; adeò parabam aliquod huius specimen præ-

bere; cum interceſſit *Iulius*, atq; in aliud mihi temp⁹ condicere, quàm in præſens hærere ſe malle, reſpondit: cauſſatus, è negotio publico *Noricos* ſibi tum adeundos: reuerſum, bidui totius iacturam in libri examine, mecum haud grauatè facturum. Idq; eo libentius, quod in comitatu ſuo iuuenem traheret quemdam *Adulphum Comenium*, nobilem, probeq;, ità me, inquit, Muſæ ament, & curiosè litteratum, græciſq; ac latinis diſciplinis doctum: ſed qui tamen hauſto *Iſlebiæ* veneno, etiamnum liueſcat. Ei, ſi liber alpin⁹ inter nos erubeſceret, poſſe medicinam fieri. Ita libro mihi permiſſo, ipſe, ſecundum ea, quæ in digreſſu ſolemus, rectâ hoſpitij lares; atque inde, cum corpora curaſſent, rhedâ meritoriâ *Noricos* petijt.

CA-

CAPVT IV.

Rerum à Præcone congestarum, in quinque classes partitio.

13. CLASSIS PRIMA: *quid præconi sit verum, quid inane miraculum.*

VT primùm à negotijs mihi otium fuit, cœpi librum, quem Præco informem congesserat, horis subcisiuis euoluere. Reperio totum ex vndecim declamationum colluuie, quas à rostris plebecula hians exceperat, cõoluisse; & huc vniuersum spectare, quî *miraculis*, seu memoratis olim, seu hodieq; patratis, facto conuitio, fidem deroget, suósq; tribules, minimè θαυμαλουργὸς, suspiciõe infamiaq; absoluat. Huic rei, quinque adeò classes, ad panicum terrorem, inermi milite complet. Quarum primæ, tribuit tumultuariam manum, & vndique, vt furtim licuit, contractam: eâq; multis, sed ἀλογισὶ * pugnat; quid vniuersè sit *miraculum*, quæque ostenta sint aut *naturæ* ingenio permissa, aut naturæ *auctori* seruata; quidq; alteris altera, & veris inania distent. Absque hac subalpinâ prouidentia foret, or-

* *absre, inconsulto.*

bis nimirum ante hunc diem vniuersus, res tam abstrusas ignorasset Et poterat in his ille dum quædam haud absurdissimè transcribit, eruditus videri, nisi suis se vestigijs forex prodidisset. Nam in Romanas libraria illapsus, sana quædam non inscitè, neque cunctanter compilauit; quibus in bulgam sublectis, mox erupit, & turbæ arcana quæq;, velut ab *Aegeriæ luco*, nouus *Numa* recitauit. Quicquid his, de suo tectorio superalleuit, id prioribus nimiò dispar, nulli nec *Palladi* satis, nec *Apollini* probauit.

14. CLASSIS SECVNDA. *praeconi nulla miracula sunt probum Ecclesiæ signum.* *citra miraculum. *Colunariè.

PROXIMAM deinde classem implet manipulo *calonum*, & è *caculis* obuiâ plebe. Quorum perleui assultu, molitur suam religioni *TESSERAM* extorquere: dum *miracula* negat, probum sanumq; Ecclesiæ signum haberi: quippe quorum fama facinorosos iam olim quosq; & vel idololatriâ infames, vel malis artibus initiatos, ambierit. Atq; hic acriter, si vsquam alias, homo Martio pugnat, sed ἀθαυμαστὶ, * & argumentis non αὐτοκελεύστως,* vt oportuit, adductis; sed

sed multa vndiq; contraxit καταστάσας τῶν τριχῶν,* eaq; in acie, vellent nollent, consistere iussit. Verùm hæ omnes copiæ (quod militi inuito ingenium est) cùm primum canere signa audierint, in fugam præcipites ruent. *per capillos attrahens.

15. CLASSIS TERTIA. TERTIA classis, triariam trahit pubem, & merum exercitûs robur; *cauillos, scommata, sannas*: quibus non parcè *calumniæ* insperſæ, & ne quà malè cohæreat tam varius miles, nescio quod aliud gluten, viritim, nec illiberaliter est admixtum, quo fatiscentes alioqui copiæ, tenacius ferruminentur. His vnum omnibus negotium est, *miracula* trifariam insectari: & quædam cum anilibus *fabulis* ad colum ablegare; quædam cum *præstigijs circulatorum* confundere, quædã *orci ministerijs* inquinata criminari, omnia demum ἀιαχύνης καὶ πολλῶν ὀνειδῶν γέμειν,* dicere. Etiſti vtiq; rem ſibi cenſent cum poëtis eſſe; qui alicunde aut recoctũ aheno ſenẽ ebullire, aut haſtatam è ſemente ſegetem exiſtentem, aut Orphei ductu ru- *Praconi miracula profabulis habentur. *probra infamia & flagrare.

pes siluásq; reptantem, expectent, quoties apud nos audiunt, *Gregorio* iubente montes ambulasse; *a* aut precante *Martino* mortuos in vitam redijsse, *b* & ad Ecclesiæ vota τὰς κόφας ἀκούειν, καὶ ἀλαλους λαλεῖν.* Festiui Sanniones, & suis ipsi cachinnis dignandi.

*Surdos audire, & mutos loqui. Marc. 7. ℣ 37.

16. CLASSIS QVARTA. *Cauillatio praconis in miracula Rectitensia.* * *Sed sine sanguine.*

IN quarta classe centuriantur audaculi *tirones* confertim; & singuli, vt cuiq; stupor furorq; telum dedit, in *Elisabetham* apud Sueuos θαυμαλογὸν, velitantur: ἀλλ' ἀναιμακτί.* Quem enim ferirent eorum non amentatæ, sed amentes hastæ? Eædē in *Christum* à *Iulianis*, & mox ab alijs in *Christianos* iactatæ, suam nunc aciem amiserunt; vt obtusæ iam pridem, nocere nobis non queant, tametsi ab his *Luciani* pronepotibus porro iaciantur. Quod, cum eò loci venietur, planum facturi sumus, &, quàm nihili coniecturis, quamq; indignis suspicionibus buccinator præ audax insistat, dum *Elisabetham*, eiusq; necessarios suo pede genioq; metitur, ostendemus.

A *In Vit. & breu. Rom. 7 Nouemb.*

B *Vit. & Breu. Rom. 11. Nouem.*

IN

IN postremâ classe, meri *Andabatæ* luctantur; ignauum genus, & effætæ militiæ cento. Metuunt isti, ne sacrosanctum *Lutheri* nomen, detrimentum capiat, si nullis ipse miraculis adiutus, tantam feratur in Germaniæ angulo stragem dedisse. Ideo aliis illum aiunt opibus, &, si fas sit, diuinis armatum, ad res nouandas prosiliisse: Miraculis *Pythagoram* SVVMNON eguisse: Sed *solam* illi *fidem*, notumque insigne *αὐτὸς ἔφα*, * fidem peperisse. Hæc tota voluminis, bene magni ac farti, farrago est: hoc solo noua, quod *calumniam* eiusque pedi sequas, alibi iam in *Pyrrhæ* gynæceo senescentes, ad libri sui iuuentam, *Medææ* studio, reformârit. Ceterũ cæcutientes hi velites (quod Andabatis familiare) sæpius aut aëremimpune, aut inter se collisi, alter alterum ferient, quàm vt nobiscum infesti concurrant. CLASSIS QVINTA. *Ex præconis sententia, Lutherus miraculis non indiguit.* **Ipse dixit. Sit pro ratione Voluntas.*

EQVIDEM vt has libri copias omnes, velut aciem malè hærentem, perspexi, hæsi dubius animi, eequod mihi consilium caperem. Nam vt ne segestria vilesque has & emporeticas 18. DELIBERATIO *an decantata*

chartas, refutatione dignarer; suadebant exoletæ iam omnes, & iugulatæ plus centies inuectiuæ, quas hîc videbam è lustris in lucem denuo productas; ut si sensus inesset, possent denuo seipsis interire. Rursus ego, ne insuper habenda tot hominis maledicta iudicarem, mouebat cùm *Iulii* superior oratio, nondum ex animo delata; quâ credulam aiebat plebem, seu silentium nostrarum partium, seu patientiam, ad veri confessionem trahere: tum ipse præconis insolens fastus; qui, quod impunè se videret iam aliis conuitium fecisse, proteruior seipso in dies & impudentior euadebat: ratus hoc iuris sibi scitum patrocinari, *οὐκ ἀνίσως πάντας συμφήσαι, καὶ ταύτης τῆς γνώμης ἔχεσθαι.* In quo bellus homo se lepidè fefellit; ignarus, quædam solo sui contemtu doctissimè refutari: Nec suum *Moriæ* telum è manu citius eripi, quàm ubi *prudentia* lacessita conticescat. Docuit è profanis hoc *Aristides a*; cui, cùm oris impuri scurra, faciem petulanter inspuisset;

* *Tacentes consentire, idemq; comprobare.*

a *Senec. phil. consolat. ad Helniam.*

satis

satis animaduersum in stolidum credidit, si detersâ facie, subridens admoneret; *Ne porrò tam crudè spurceq; oscitaret.* An patiens ergo tacénsque tum iste, contumeliam approbauit! Certè nullam neque ciuis pugno, neque miles ferro generosius vindicauit. Idem in hoc infami probro, faciendum viri graues censuerant, vt contemtu retunderetur: & pari clementiæ se debet *Antikellerus*, quòd pœnas adhuc nullas dedit. Horum sanè auctoritas apud me valuisset, si priuatam iniuriam vindicare decrêssem. Nunc res agitur publica, & à Canibus rabiosis Ecclesia latratur. Cuius ego filius non sim, nî excitari matris periculo, atque in certaminis partem trahi me permittam. Et quamquam, vt homo, suis alpibus durior, à me flectatur, sperare vix audeo: tamen, ne alii certè per ipsum pessum eant, & vnius impunitate, transuersi plures agantur; operæ precium facturus mihi videor, si quàm primum incepero τῇ ἀληθείᾳ συνίσαθαι, καὶ ἀπελέγχειν τὸ ψεῦδος.* CA-

** Veritati patrocinari, & mendacium refellere.*

CAPVT V.

Colloquii tempus, locus, personæ, diuisio.

IVLII *reditus, & ad disputationem accessus.*

BAPTISTA IVLIVS cùm tertio pòst mense, quàm profectus in *Noricos* fuerat, rebus ex sententiâ gestis rediisset; simul ingressus diuersorium est, pedisequum è comitatu ad me continuò mittit, qui heri sui aduentum nuntiaret. Eum de viâ, rectà quidem ad me iturum fuisse, nî nox ingruens obnuntiasset Velle tamen, si probarem, die altero, quàm manè vellem, me conuentum; & in eo congressu, quædam super eo libro, quem nuper reliquisset, colloqui. Respondi, quæ oportuit: Exspectatum *Iulii* mihi reditum fuisse; & die me altero daturum operam esse, vt quæque vellet, ea verò confierent. Simul locum, rei, quam parabat, opportunum commonstro; Bibliothecam in *S. Hieronymi* Collegio nobilem: ibi secessum ad quæque studia commodum, & amænitatem magnam; ac librorum, si quibus usus esset, copiam haud nullam.

lam. Ita famulum remitto. Dies iam appetebat, & ex poëtæ voto, ἠὼς ἐυ-πέπλος ἐκίδνατο πᾶσαν ἐπ' αἶαν; * Adest *Iulius*; & data redditâque salute, metuebas tu, inquit, ne, malum ego nomen, deserto vadimonio ad condictum non venirem. At mihi crede, longior anno mensis hic fuit, dum segnis huc redii. Etsi properaui tamen, quoad res tulit, vt de libro, quid sentires, cognoscerem. Ego, potes hoc hodie, si voles. Nam diem hunc vt solidum haberemus, Musæ feriatum esse, in tempore voluerunt. Ita in librariæ Musæum ingressi, vterque considemus: iuxtà *Adulphus*, quem supra docui in *Iulii* honorario comitatu esse; & cum Adulpho *Noricus* quidam adolescens qui in familiam recenter venerat.

* *aurora croceo pepl oper orbem sparge batur. Iliad. θ.*

EGO deinde rem sic exorsus. Librum famosum hunc *Iulii*, quamquã omnem video quinque in partes à Præcone tributum esse: arbitror tamen eius censuram posse terminis angustioribus circumscribi, vt ad tria quædam capita vniuersè referatur.

20. DISPVTATIONIS totius *partitio, in tria capita.*

Etenim principio, postquàm & nos *veri vanique* miraculi rationes dederimus; inquiremus continuò, *an eo se indicio vera Christi Ecclesia nobis liquidò prodat*? Simul, an facta maiorum miracula, è fabulis præstigiisque contexta; &, quod inde sequetur, *an ludibriis atq; conuitiis per Islebicos meritò lacerentur?* Postremâ parte si disputarem, quàm ridiculè nouator, maleque neget, aut *Lutherum* in Proseuchâ suâ condendâ, aut sequaces in eâdem fouendâ, confugere ad *Miraculi* fidem debuisse: existimarem nihil in libri fæcibus reliquum fore, quod spongiâ non esset aliquâ deletum. Tamen vltimum istud (quippe iam ab aliis sæpe, ac nuper à collegâ meo *a* copiosè pertractatum,) homini nunc quidem condonabitur, in prioribus tuendis iam occupato. Tum *Iulius*, & verò vehementer hanc, inquit, partitionem approbo. Tametsi enim Calumnia fuit profusè loquax, & verborum prodiga, tamen effutire aduersus *cæli Miracula*, nihil

a Lamr. Forer. in Luthero Thaumaturg.

tam

tam prolixè potuit, quin his tuis cassibus excipiatur. Quâ ipsâ in re, id percommodè futurum sentio, quod inter principia statim de ingenio naturaq; *Miraculorum* dicere constituisti. Nam inde omnis hæc controuersia decidatur, necesse est. Et fatetur hic è meis *Adulphus*, nî de capite hoc probè liqueat, figere se pedem in ceteris non posse. Neque meis ingratiis fiet, si copiosius hoc totum persequéris. Nos enim, quod nosti, res publica, legumque lites, & quædam historicæ voluptas distinent: at *Miraculorum* ratio ab humanæ diuinæque sapientię fontibus manat, quibus labra nos ut fortassis tinxerimus, rigasse tamen sitimque diluisse non profitemur. Quare à te rectius exspectabimus ὅφρ' εἴπῃς τά σε θυμὸς ἐνὶ σηθεσσι κελεύει * Nos verò ius nobis vel interrogandi nonnunquam, vel, si licebit, interpellandi reseruemus. Ego, *ut iubes*, inquam.

*Vt promas, quic quid animus iubet.

CA-

Nomen, vsus, diuisio Miraculi.

ET prius sanè, quàm *Miraculi* rem ipsam aggrediar, sumam mihi rationem vsumque Nominis explanare. Neque enim vox ea latinis idem vbique valet; cùm veteres, quicquid aut *Ars* aut *Natura* mirabile produxit, *Miraculum* ferè consuêrint appellare: Vt non præclustria solùm effecta, sed multa etiam impostoris & *Athracio* colore conspurcata, nomine tam honesto dignarentur: liberè nimis, (quis neget!) & haud decorè. Quamquam καὶ ἐξοχὴν eas præcipuè res ita nominârunt, quas aut *diuinis*, aut certè suprà quàm *humanis* viribus effectas credidêre. In his plerisque Græcos imitati: quibus θάυματα quondam hæc omnia significabant; vt, siue *Apollonii* magicam, siue *Christi* ἐνέργειαν * memorarent, horum vtrumque θαυματοῦργεῖν dicerent: Et quasdam *Canidiæ* neptes æquè γυναῖκας θαυματοῦργὰς, atque Gregorium θαυ-

θαυμαΐσεργὸν ἄνδρα proclamarent. Addunt è noſtris ſcriptoribus πολυώνυμα multi, δυνάμεις, τέρατα. σημεῖα, vtroque verſum æquè trahenda. Quod enim de *S. Stephano* magnificè recenſet Lucas *a* ἐποίει τέρατα καὶ σημεῖα μεγάλα; id alibi ipſum de *Beſtia* eiuſque neceſſariis, prope totidem verbis legimus prædici, δώσουσι σημεῖα μεγάλα, καὶ τέρατα, ὥστε πλανῆσαι, εἰ δυνατὸν, καὶ τοὺς ἐκλεκτούς. * Poſſet his etiam συνωνύμως addi τὸ τεκμήριον fortaſſe, ſi ſola vis nominis attenderetur: Eſt enim certius id quiddam & non è vulgaribus argumentis; quod ea propter & Ariſtoteli ἀναγκαῖον dicitur; & Eccleſiæ demonſtrandæ *miraculum* haud eſſe imbelle argumentum, pòſt probabitur. Nec abluſiſſe multùm ab hoc vſu potuit *Lucas*; quo teſte, *Chriſtus* Apoſtolis παρέσχεν ἑαυτὸν ἐν πολλοῖς τεκμηρίοις; * è quibus τεκμηρίοις complura fuiſſe miracula, notius eſt, quàm vt doceamus. Obtinuit tamen inter hæc omnia τὸ

a *Act. 6. §. 8. faciebat prodigia & ſigna magna.*

* *Apocal. 13. §. 13. Matth. 24. §. 24. vt in errorem inducantur, ſi fieri poſſit, etiam electi.*

* *Præbuit ſeipſum in multis argumentis. Act. 1.*

Mira-

Miraculum, vt aliis propè desitis, hæc vna vox superstes hodie nobis vsurpetur: etsi in sacris ea litteris olim rarius audiebatur; quæ *signa* ferè aut *prodigia* maluêre. Nunc nisi *miraculum* dicas, nusquam te nec vulgi auribus satis, nec scholæ libris accommodabis.

22. DIVISIO *miraculi in classes quatuor.*

NOMINIS significatus haud simplex, materiem, quam in suas partes tribuamus, æquè variam, ministrat. Eam placet omnem ità partiri; vt quicquid *Miraculi* sortitur appellationem, id vel *Naturæ*, vel *Arti*, vel *Orco* se debeat, vel *Cælo*. His uniuersis, præter nomen, id solùm commune facimus, *quod omnia plerisque hominum, quàm euentu rara sunt, tam causæ modiq; ignoratione sint arcana, eoq; admiranda.* Quæ porro cuiusque propria habentur ea, rectius arbitramur, singillatim quæque tradi oportere.

CAPVT VII.

Primum genus Miraculorum à Natura.

MIRACVLA, quæ sibi *Natura* soli vindicauit *effecta sunt quædam cùm rara conditione, tum ignoratione causſæ modiq; miranda; nihilo tamen sublimiora, quàm quò Naturæ vis effectrix attollere seipsa potest, cùm nulla ferè nec artis sollertiâ, nec cœli prærogatiuâ tuuatur. Nulla* inquâ, *artis sollertiâ*; siue ab hominibus ea, siue à Geniis promanet: Nam vtrosque iam quidem ablegamus. *Nulla* item *prærogatiuâ*, quâ DEVS naturam supra naturæ conditionem attollat. Id enim si fieret, iam prodigium, non naturæ, sed altiori se causſæ deberet. Igitur si intra naturæ limitem *Miracula* quæramus, dabuntur ea, sed ὁμωνύμως, * complura; & neque *fontium* scaturigines, neque *lapidum* multorum vires deerunt, à quibus petamus: Nec *feras* etiam, atque adeò ne *homines* quidem prodigii exsortes inueniemus. Et vultis, opinor, vt genera

23. MIRACVLI, *solius naturæ, descriptio.*

*æquiuocè.

nera horum carptim, hic ego, velut ex itinere perstringam. Obtemperabo.

32. MIRACVLA *naturæ in fontibus.*

SI nulla *Naturæ* prodigia vsquam alibi parérent, in *fontibus* certè vndisque magnam eorum copiam haberemus. Ebullit enim alicubi fontanus liquor, ad colores immutandos mirificus artifex: Vt poti *boues* è *Clitumno* candorem trahant: *a Oues* è *Penio* nigrorem: *b* Eadem *Xanthus* rubore purpuràque vestiat. *c Equos* deinde quidam *Cappadocum* amnis, versicoloribus maculis pingit; aliis animantibus innoxiè potatur. *d Crathis* perhaustus, capillos electro; *e Sybaris*, eosdem auro assimilat. *f Hiberniæ* fontes gemini ingenio indoleque dissident. *g* Nam quosquos alter abluit, toti in senium versi canescunt: quos alter, ii verò perpetuam iuuentam crinibus inducunt. Atque hi fontes contenti colorem vertere; ce-

A. B. C. *Plin. natur. hist. lib. 2. c. 103.*
D. *Senec. Phil 3. natur. qq. cap 25.*
E. F. *Ouidius apud Senec. cit.*
G. *Abramus Ortelius in thes. Geographico.*

teris

teris omnibus tam maleficiis, quàm beneficiis abstinent. Alii, quamquam ipsi frigent, calores tamen & ignes progenerant. Sic in *Illirico* sunt, qui vestes super expansas vapore suo inflamment: *h* In *Dodone*, qui faces immersas exstinguant; easdem, si extinctæ admoueantur, accendant: *i* Quibus vndis quis neget rebelle ac pertinax ingenium esse! Apud aliquos fontes, tam periculum vitæ, quàm mortis remedium propinatur. Nam alii vix bibuntur, & è vestigio necant; *k* nullius interim nec doloris auctores, nec remedii patientes *l* Aliis verò cùm aues emortuas immerseris, exstinctæ continuò reuiuiscunt. *m* Et apud *Afros*, innatant pisces feruentibus vndis, quid nisi aquatiles

H. *Plin. 2. c. 103. Vbi plura de pluribus.*

I. *Augustin. lib. 21. de ciuit. Dei. c. 7. & Plin. cit.*

K. *Blondus apud Maiolum, canicul. tom. 1. pag. 462.*

L. *Plin. cit.*

M. *Aristot. admir. cap. 28. de fonte Siculo. & Franc. Schottus, Itiner. Italia. Puteol.*

Sala-

Salamandræ? qui tamen simul ac inde in frigidam transferuntur, exspirant. *n* Ad *Rheni* crepidines item aquæ scaturiunt, dentibus infestæ; Nam biennio pòst quàm potæ sunt, omnes suis sedibus moti luxatique excidunt. *o* Aliæ quædam vix libantur à *ceruis*; & ecce, cornuum ramos ac prosubulas decutiunt. *p* Aliæ *Thebis*, equos in rabiem agunt. *q* Benignior illis & mitior natura est, quæ apud *Thessalos* alicubi fluunt, haustu salubres: Iis enim, contusa corporis ossa si respergantur, mirâ felicitate coalescunt. *r* Quid, quod etiam iocando fontes ingenioſi, miracula fundunt? Nam *Fortunatis* insulis gemini sunt; quorum alterum qui bibunt, sibi ipsis ludibrium fiunt, dum violento risu crepantes emoriantur; ni vicini alterius fontis remedio, ebullientem cachinnum tempo-

N. *Aelianus hist. animal. lib. 14. c. 18.*
O. *Plin. lib. 25. c. 3.*
P. *Maiol. cit.*
Q. *Aelianus. lib. 15. c. 25.*
R. *Maiol. tom. 1. Canicul. cit.*

ri

ri compescant. *f* Maior aliquibus vis est; qui ius sibi quoddam in ipsam sedem mentis capessunt. Inde fit, ut duorum fontium altero, memoria obtundatur, inductaque rerum obliuione vis omnis obsolescat: *t* Altero memoriæ labentes ac lentæ vegetentur acuanturq; *v* Iam *Clitorius*, prauos cupidines, aqua virgine, feliciter exstinguit: *vv* Quos eosdem impuratus *Bœotiæ* lacus, salacibus vndis instigat. *x* De *Sardiniæ* fonte, deque *Acradino*, dabitis veniam, ne quid narrem. *z* Nam vterque mirior est, quàm ut manasse à naturæ sinu credatur. Quod enim aut periurium cæcitate, naufragioque multent; aut innocentiam secundis fauoribus absoluant; id vel cælo arbitror asserendum, vel fabulis imputandum: cùm partum hunc suum natura non agnoscat. Porro si *Pythiam* nihil omnino mergentem; *α* si *Syliam*, etiã

s. *Testatur Pompon. Mela apud Maiol. ib.*
t. v. *Isidorus lib. 13. c. 13. Plin. lib. 31. c. 1. de fontibus Bœotiæ.*
vv. x. *Plinius ib. c. 2.*
α. *Seneca lib. 3. nat. qq. c. 25.*

paleas

paleas & nauigia deorsum rapientem: *a* si duos *Iberiæ* conterminos amnes, alterum omnia sorbentem atque haurientem; *b* si *Asphaltiten*, Palæstinæ lacum, *c* si mille hoc genus alios fontes, in quib⁹ suum natura ingenium exserit, persequi omnes velim, verebor ego, ne nimiò molestus esse vobis hodie pergam: neq; ad ea, quæ exspectatis, ante noctem perueniam.

25. MIRACVLA *naturæ in lapidibus.*

LAPIDES alterum sunt naturæ ostentum. Et notus in primis est *Adamantis* rigor, *d* qui contumax hactenus induruit, vt nullâ flammarum vi incalescat: & quanquã, ingenio rebelli incudém malleumq; domet; idem tamẽ hirci cruore perspersus, effæminatur cõtinuò ac mollescit. De *Magnete* pueri nõrunt, quâ cõcordiâ ferrũ trahat, vt rectè *Siderites à Plinio* nominetur. *e* Nec hebetatur obice, sed

A. *Strabo Geograph. lib. 15.*
B. *Plin. lib. 2. c. 103.*
C. *Ioseph. Isidor. alij.*
D. *Plin. lib. 37. c. 4. & lib. 20. proœmio.*
E. *Plin. lib. 36. c. 16.*

in

in ferrum per dodrantales asseres suam adhuc vim exserit; agit rotátque magno imperio. At neque ferrum indocile est, vix tangitur magneti, & ipsum iam *Magnes* est: trahit æquè ambitque alterum vi æmula ferrum, & concordi vinculo annulum ex annulo suspendit. *Coralium c* (siue id aliquibus *Gorgonia* est) mollis cetera frutex ac vitilium ritu lentus, quoad inter natales vndas adolescit: inde simul eximitur, simul imò contingitur, mox in lapidem duratur: baccæque eius, antè candidæ, ruborem ingenuè trahunt. Hæc & plus sexcenta alia nulli vos ignoratis. Vnum vobis arbitror haud ita dum esse compertum, sed nec mihi tam lectu, quàm auditu cognitum; vt non pugnem, si quis θαυμασὸν μᾶλλον, ἢ πιθανὸν ἄξιον* esse suspicetur: Nullum hinc mihi ad rei summam præiudicium erit. Res ipsa sic memoratur. Præter Iberi maris crepidines obambulabat *Hispanus*, homo, nescio quid meditans nugarum: cum in sabulo calcat improui-

* *Admiratione, quàm fide digni⁹.*

C. *Ex Christ. Nitedula. in relat. An. 1599.*

dus lapillũ, quem ille mox, quod rarior eximiè nigricaret, & cetera nõ inuenuſt⁹ appareret ſuſtollit, & ecce ſequitur, alius ſublimẽ hunc gemellus â nemine iuſſus; priorique, omnia par, pari ſeipſe paſſu librat, impatiens relinqui. Crederetis concordes in gemellis animas viuere, nî pridem philoſophia lapides exanimaſſet. *d* Delectatus homo ſpectaculo, pergit pluribus explorare, qaanto ſe interuallo vterque ſequerentur. Alterum, igitur mox prorſum vorſumq; agit, ſequitur mox alter: trahit iam ſurſum, iam deorſum, trahitur & alter: rotat omnem in partem, verſatque, rotatur æquè & alter, nec vſquam, aut vagante ſocio ſocius moratur, aut hærente, commouetur, natiui fœderis vterque memor; poterat connubium inter tam vnanimes calculos videri. Igitur vtrumq; libens conſociat, domiq; cæpit conſulere ingenium, homo ſagax, ecquâ in re vtendos ſibi

D. *Magni tamen philoſophi viram etiam in lapidibus oſtendunt. Vide Virid. Laur. Forcri.*

hos

hos lapides putaret. Et aiunt admiranda reperiſſe. Nam duas vidit pari magnitudine tabulas conformari poſſe; quarum extima elementis quatuor & viginti, æqualiter diſtinguerentur: gnomonesq; ſinguli in ſingularum vmbilico defixi manu deinde circumagi duciq́ue per elementa poſſent; ſicut indices noſtri rotari per ὡρολογεῖα nunc ſolent. Pòſt vbi gnomonis vtriuſque lingula lapillis item ſingulis inſtrueretur, poſſe indicem alterum æquabili ductu, iam ad primas, mox ad medias vltimasq́; litterarum notas deflecti; quod fieri credebat tam ſilenti cautâque manu non poſſe, quin alter etiam index, æmulãte ſtudio, per circi ſui ſpacia continuò raperetur, & in earundem litterarum metâ quieſceret, ad quam perductus iam alter ſtetiſſet. Illectus homo ſucceſſu, credidit iniri rationem poſſe, quî colloquia ſeri, dariq́ue reſponſa per calculos liceret; magno abſentibus bono. Viſum eſt ergo ſegregare loco tabulas, modicoq́; interuallo alteram ſibi, famulo alteram

committère, &, ab eo quid obseruari fieriq; debeat, ostendere. Inde vertere suum herus indicem, perq; omnem tabulæ περιφερείαν exigere, dum ex elementis vocabula, & porro ex istis orationem integre cõponat. Inter hæc famulus, incõniuis oculis, ecquid suo indice futurum sit, obseruare: cùm ecce tibi! videt αὐλομάτως eũ non ambulantem magis, quàm scribentem adeò, loquentemq; dominũ. Legit igitur, heriq́ue sensa per calculi nutus agnoscit: & domino mox, haud dispari lepóre, respondet. Hæc mihi tum, *Iuli*, sunt narrata: quæ quidem si *Naturæ* verius ostenta, quàm fabulæ commenta forent, φύσει ego de cætero θαυμασιεργὸν audenti[9] appellarẽ. Nunc tanti fuerit retulisse, dum fidem apud nos iure meliori reperiant.

26. MIRACVLA *naturæ in animantib*[9].

INTERIM & animantibus nonnulla vis est, quibus *Miraculi* famam natura concessit. In quibus ego si *Salamandræ* glaciem inter ignium rogos duratam; *a* Si *Phœnicis* senectam, *b* suo se funere instaurantem,

A. *Plinius lib.* 10. *c.* 67. *& Poëta passim.*
B. *Idem* 10. *c.* 2. *& lib.* 13. *c.* 4.

& quæ-

& quædam his miriora recensuero; iam video non defore, qui actum agere me sint dicturi: Nam abdicasse naturam incerta hæc pleraque, & Poëtis fouenda educandaque permisisse. Magis est, vt ij de *Remora* cogitent, *c* pisce quàm paruo, tam prodigioso. (Echeneidem Græci dixêre) Hæc tántula appendix, simul vt carinis inhæserit, nauigium occulto sufflamine sistit: & inter oceani rabiem, cælique ventos & hyemes, quicquid iactæ nequeunt ancoræ, vt cursum inhibeant, id pondus inane pisciculi potest; & potest, non impensè connitendo, sed laterum extimis adhærendo. Neque caret admiratione, quod historicus nobilis, *d* de animali Sionio (*Cabim* incolæ vocant) scriptis prodidit. Pugnâ nauali *Malacensis* vector occubuerat, multis â Lusitano vulneribus, confossus. Iacebat exanime ca-

C. *Plin. lib. 9. cap. 25. & lib. 32. cap. 1. Lucan. bell. Pharsal. Quamuis Delri'. & hunc fabulam putet.*

D. *Ioan. Pet. Maffeius rerum Indicarum lib. 5.*

dauer, & quamquam patentibus plagis fædum in modum hiaret, nulla tamen ab eo cruoris gutta ſtillabat. Attonuit victorem exſangue cadauer, &, inter patulos meatus contumax cruor, erubeſcens proſilire. Sed enim vt primum ſpolia legere victor, brachioq́; armillā cæpit exuere, rupit illicò ſe vena; & liquor quà data porta, per omne corpus effusè manauit. Requiritur cauſſa. Inuenitur os, eius, quod dixi, animalis, inter armillæ annulos inſertum: Et nempe id erat vnum, quod cruoris tam auarè retinēs, quoad corpori quamquā lacero adhæſerat, nullum à ſe liquorem dimittebat. Idem reuulſum à corpore, iam omni ſanguini, vijs omnibus, miſſionem liberrimam dabat.

27. MIRACVLA *naturæ in Homine.*

RESTAT *Homo* ipſe; quem natura ne rebus ceteris poſthaberet, ſuis quoq; Miraculis inſignem fecit. Atq; hîc in primis occurrunt ab Hiſpaniâ (etiam nondum aduocati) SALVTATORES; qui contactu, morbos quoſque aut oſculo ſanare: & alia quædā, ſi ſuperis placet, mirificè mira efficere per-

perhibentur. Sed quod eos alij malis artibus grassari, *a* alij diuinitus his viribus donatos arbitrantur: *b* Idcirco valere iam illos *Natura*; & vel ad præstigias *Orci*, vel ad *Cæli* prærogatiuas comperendinari, iubet. Mihi quæ de ijs memorant multi, necdum creduntur omnia, nec abnuuntur. Ac nescio sanè de *Psyllis Marsisq;* an melius ceteri opinentur; consopiunt ij serpentes, & manu tactuque impunè lacessunt. *c* Id equidem non dissimulo, multa inter mortales sequius agi, quàm rudis plerumq; turba interpretetur: & alios mendacijs, alios præstigijs naturam infamare: Certè verò vt *Ophiogenes* isti cum viperis innoxiè colludant: earumq; etiam venena incolües fugant, quod *Tranquillo* credimus: *d* ipsæ etiã viperæ dum viciſſim &

A. *Indicat de nonnullis Delrius disq. mag. lib.* 1. *c.* 3. *q.* 4. *Vide Francis. Suar. de Relig. tom.* 1. *tract.* 3. *lib.* 2. *c.* 15. *n.* 25.

B. *Mart. Nauarr. Manual. c.* 11. *n.* 36. *Vide Victor. rel. de Mag. & Veracr. lib.* 2. *de anim. Specul.* 2.

C. *Vide Plin. lib.* 7. *c.* 2.

D. *Sueton. in Augusſt. & Xiphilin. ib.*

horum sanguinem lingunt, interdum haustu virulento præfocantur: quosque perimere veneno speraverant, eos sibi venenum esse comperiunt. Nisi nugatus est ille græculus, in Cappadocas:

Καππαδόκην τότ' ἔχιδνα κακὴ δάκεν· ἀλλὰ καὶ αὐτὴ
Κάτθανε γευσαμένη αἵματος ἰοβόλα.*

*2. lib. Anthol. Cappadocem icerat Viperas sed ea cum virulentum sanguinem hausisset, interiit.

SED quanto ferociores viperis, illi sunt *Indi*, qui veneno pascuntur, & adhuc viuunt? e Vt frustra iam vnum miremur *Mithridatem*, interire veneno non potuisse; cùm totos legamus hîc populos, sine veneno valere viuereque vix posse.

CAPVT VIII.

Præconis absurda, & ridicula in primi generis Miraculis.

28. HIBERNVS adolescens Veneni securus.

HÆc ego, cum disputare pluribus vellem, *Iulius*, patere me quiddam de Iuuene Hiberno, inquit, me-

E. *Rader. comm. ad Mart. lib. 5. ep. 73.*

mora-

morare; quod à viro magno acceptum, *a* nondum potui mecum cõstituere, naturę ne magis, an impoſturæ, an neutri potius imputarem. In terram Hiſpaniam *Hibernus* traiecerat adoleſcens: ibi, cùm inter obſequia viri nobilis haud nullam gratiam iniſſet, cæpit ſenſim primus in familiâ haberi; & dominum, quiduis ageret, proximus comitari. Vſus ita venerat, vt hero per hortum inambulante, famulus humi ſe per gramẽ ſterneret, & inibi tantiſper in vmbrâ conniueret, dum ſomno deniq; victus, planè integreq; condormiſſet. Senſit eſſe prædam in viciniâ Serpens, ſquamis iubiſq; horendus; nec diſtulit, quin ex inſidijs hominem mox adoriretur, ſomni inertiâ quàm incautum, tam iniuriæ opportunum. Interea loci, cùm abitum herus, iam otij hortiq́ue ſatur, appararet, ſibiloq; (qui vocantibus mos eſt) clarùm inſonuiſſet, comitem, vt ſe conſequatur, exſpectat. At nuſquam hîc vllus in famulo ſenſus. Ita herus demum ipſe, per

a *Steph. Gir. in mirabilibus Hiberniæ.*

horti ſpatia circumiuit, dũ *Hibernum* ſub arboris opacæ ſcenâ iacentem poſtremo reperit. Propiusq; accedens, ecce tibi monſtrum horrificum conſpicatur! Serpentis iubati volumina circum fauces colliq; nuda ter in ſpiram tortilem implexa; & ſanguinis vitæq; reliquias, vt parebat, extractura. Herus ab adſpectu tam fædo reſiliens, & quod famulum â belluâ peremtum ſanè iam crederet, territus immane quantum conclamat; ſeſeq; & famuli repentem interitum miſeratus opplorat: Sed enim in famulo aut vltro iam ſopor remiſerat, aut pertinacem heri clamor diſcuſſerat; vt *Hibernus* euigilans, recluſis iã oculis circũſpiceret, heroq; cominus adſpecto, ſuã iacentis ignauiam erubeſcens, moliri ſe, cubituque ſurgere feſtinaret. Hîc demum ligatas informi nodo ſentiens fauces, properat iniectâ manu ceruices expedire, horridũq; colli focale proijcere. Sed obriguerat iam pridẽ ſerpens, atque inter ſuorum voluminum tricas emortuus, tactu ſibi funeſto, pœnas exſoluerat,

uerat, quas insidians, à dormiente Iuuene exactum frustra adrepserat. Cognitum inde, nocere venena *Hiberno* non potuisse; quin potius virulentiam ab eo omnem exarmari: neq; vni vim istam, sed indigenis compluribus, ipsíque adeò patriæ solo, concessam videri, vt serpentum impatiens, omnes aut exilio multet, aut peregre illatos interitu supplicioq; plectat. Cuius eiusdem Rei documentum, aiunt, *Henricum*, octauum Britanniæ regem, capere huiusmodi quondam voluisse. *b*

29. EXPERIMENTVM *Hiberniæ aduersus serpentes.*

NEMVS *Britannis* erat hortensi cultu, luxuq; regio consitum, ac cetera multa peramænum; sed vndique serpentum insidijs infestum, & veneni non simplicis ferax solum. Sæpe inter vestigia coluber pressus, sæpe in vmbratilis scenæ pergulâ repertus, sæpe ad florum areolas per apricum extentus, aut alibi alibiq; obuius, terrebat. Nec artis industria, neque olitorum custodia, purgandæ loci infamiæ, sufficiebat. Rescijt *Henricus*, Hiberniæ solo cum serpentibus non

conuenire; iussitque seu glebâ telluris eius, seu arenâ fossitia, grandem onerariam implere atque eam in *Britanniæ* portum traijcere: Inde nemoris septa importato sabulo terraque primùm circumsecus obruere; tum sensim introrsum, vt quidque sepimento proximum: tum porro penitius, ad horti meditullium tendere; omniaque in orbem terrestri semente complere. Vix cæptum id opus fuerat, cum visi vndique exsilire de sepibus angues, & certatim, quà cuique licuit, interiora nemoris petere, pestemq; & puluerem insperfum horrere: mox vrgente malo propiúsque vrente, in intima nemoris concedere, ac denum in loci vmbilico asylum sperare. Illic, redactum agmen informe, cùm nusquam vlterius posset, in orbem pugnare, atque in sublime irrito saltu sese librare, dum desperato perfugio, nocentem animam & Hiberni pulueris insolentem, adsibilante linguâ, profunderet. Ita tum quidem lustratam loci virulentiam accepimus fuisse. Nunc in eo solùm

dispu-

disputo, vtrum hæc siue hominum, siue terræ *Hiberniæ* indoles, censenda magis sit, à naturæ sinu pullulasse, an ad altioris causſæ origines pertinere? *Iulius* cum hæc paucis enarrasset; ego, nolle me dixi anxiè requirere, quis adolescens *Hibernus* ille, quæque illa regis *oneraria* fuerit: niteretur omnis in auctore fides: Ceterùm siue *Naturam* in hos Insulanos contenderemus tam profusè beneficam fuisse; quid dictu posse incredibile videri? quando multis persuasum sit, eamdem vim & *Psyllos* à natura inditam habuisse? Siue cælestiorem eius originem suspicaremur, à S. *Patricij* fortasse precibus manasse; nullius vani aut falsi conuinci nos posse: Quando satis liqueret, & *Melitensibus* à S. *Paullo* nō multò aliam immunitatem esse præcariò impetratam. Etenim ab eo tempore, quo viperam ille semel in rogum excussit, *a* &, mirantibus indigenis, superstes valuit; iam inde aut nulli insulam serpentes, aut exarmati

A. *Actor. cap. 28. §. 5.*

solum, & innoxij tenuêre. *b* Quis neget vel *Hibernia*, vel cuiuis alteri regioni conferri à *Deo* paria potuisse? Verùm hæc qualiacunque sint, quidquid supra naturæ sollertiam possunt, iam instituto nostro idoneum id non erit; qui *naturæ solius Miracula* nunc indagamus. Quamquam nisi me vos tenetis, à *Naturâ* ad *Artis prodigia* mox transibo.

30. QVID *in Miraculis primigeneris, allucinetur præco.*

TENEO imò te, inquit *Adulphus*; Nam equidem non inficior, plusculum in his *naturæ* ostentis nos immoratos, operam non perdidisse: Sed, quod huc omnis debuit disputatio spectare, vt ostenderes, quid liber quem impugnandum tibi sumseras, absurdi contineret; id in capitis huius coronide exspecto, vix enim dispicio, quid ille potuerit in re tam apertâ committere, vt ea propter abs te illi dica scriberetur. Bene tu istud, & verò in tempore mones *Adulphe*. Libero fidem meam, & quamquam non id agimus, vt rerum etiam mini-

b *Cæs. Baron. tom. 1. annal. anno Christi 58. Henric. Spond. ib.*

marum

marum σφάλματα in ius ambulare cogamus; sed ea duntaxat, quæ verniliter Præco mendaciterque aduersus cælites remque publicam effutiuit: tamen etiam hîc tibi mos geretur, ne quà immunis ille per libri vestibulum elabatur; quod & ipsum cursim pertrãsiens, *suis* notatum vestigiis reliquit. Et examinate, sultis, paginam libri octauam; *a* Reperietis continuò, quàm ille cautè prospicienterq; *Naturæ prodigia*, à ceteris eius effectis, discriminârit. Vbi, ne nesciret plebs, quæ nam opera *naturæ*, quamquam oppidò mira, ad *Miraculi* tamen honores non adspirarent; lectissimis exemplis, & ad *virginum* aures animosque mirè quàm appositis, rem omnem pro concione publicâ explanauit. In iis non sufferebat reposuisse, *Solis lunæq; circuitiones, aut natiuum ignis calorem, perennem terræ vbertatem*: (quæ enim puella, quisuè adolescens rem abditam ab exemplis his condiscere?) Sed alis vtendum sibi censuit, quibus rem apud omnes pla-

A. *Præco de Mirac. pag.* 8.

nam

nam gratiosius faceret. *b Communia*, inquit, *naturæ effecta sunt: alterum, quòd adolescentula viri congressu fœtum cõcipit, puerumq; pòst enititur.** Alterum, nescio quid, ad *Apicii* ingluuiem opportunum; quod non vrgemus. Certè autē prius illud expendamus. Expediebat nimirū, vt *aruncus* de ambone, apud innuptas virgines, & verecundi roboris auditorem his exemplis abuteretur; quibus maturè pueri pueræque discerent; quæ communia *naturæ* opera, quæq; ex *Islebico* scito, omnibus procuranda essent, qui *naturæ* adhuc aliquid haberent: nempe rei vxoriæ, veluti sanctissimo miraculo, indulgendum. Ita in magna *naturæ* penuriâ, non reperit *spiritus*, documentum aliud, è quo virgines matronæque, fructum auditæ concionis reportarent, & θαυμαστεργοι fieri compendiaria docerentur. Sed demus hoc hominis verecundiæ, vt redundantia cordis in linguam, verbis tam nudis & prætextatis, erumperet. Metuit enim, ne nisi

*Verba Vernaculasunt daß ein jung Weib/ von einem Mann empfãget/vnd ein Kind gebäret.

b *omnia significanter.*

B. *Præco. ibid.*

proli-

prolificationem è naturæ miraculis excepisset, ipse nobis eiusque tribules θαυμαλοποιοὶ viderentur, quippe quos ἐν τῇδε γονοποιίᾳ * principes obtinere partes, iam pridem didicerimus, ex *Ioanne Magiro* (mater *Kochium* appellârat) qui cùm in *Lutheri* familia vetulus buccinator, suum *Stuckgardiæ* diem obiisset, pro funebri concione laudatus, hanc palmariam ab *Osiandro* laudem tulit: *a* Vt vnus ex vna coniuge procreasse filios quindecim, nepotes duos & septuaginta, pronepotes decem: in summa, natos, natorum septem & nonaginta sustulisse viuens vidensque diceretur. Annus defuerat, & centenarium fætura legitimum implesset. Quamquam hic ipsus à competitore nuper est longè superatus: quem in Sueuiæ oppido vir grauis *b* tanta vidit πολυπαιδίᾳ florentem; vt ille, si liberis suis nepotes nepteſque, & his nurus generosque componeret, centum triginta septem capitum familiam v-

*In hâc fatificatione.

A. *Iacob. Gretser. proæm. ad lib. de Benedictionib.*

B. *Burchard. archiat. in Beicâ.*

nus

nus numeraret: *Priamo* turbam, *Danaoq;* metuendam. Quid ni Toparcha iam *Abenſpergicus c* deſinat eſſe admirationi; cui ad Imperii comitia cum filiis triginta deſcendenti, *Auguſta* quondam *Tiberia*, ceu miraculo applauſit? Nugæ horum prodigia; ſi præconibus tuis citra *omne miraculum*, atque inter communia naturæ effecta tot iam familiæ progenerantur.

CAPVT IX.

Secundum genus miraculorum ab Arte.

31. ARTIS MIRACVLA, *quædam à ſolo ingenio.*

QVADRIPARTITÆ diuiſionis partem alteram fecimus, *Miraculum artis*: id nobis eſt, *quicquid hominis ingenio ſollerter, præter vſum & ſupra communem hominum captum, admirabile producitur. Hominis*, inquam ingenio: ne quis ad *Genios*, ſiue bonos illos, ſiue ſequiores trahat; quibus alius à me locus reſeruatur. Et ingenium quidem in miraculis alicubi ſolum emicat; in jis

 nempe

nempe quæ ad sui molitionem, corporum motu non indigent; sed meris ingenii opibus nixa, ad famam euadunt. Hæc enim animo concepta, & consilio parta, corporis aut adminiculum aspernantur, aut seruitio duntaxat vtuntur. Huc in primis aduoco, quasdam hominum *Memorias*; quas cùm *natura*, propemodum nouercali tenacitate, illiberaliter concessisset, *Ars* ratione deîn vsuque, eò prouexit, vt conditionis humanæ modum excessisse pænè crederentur. In pueros nota non repeto; neque quâ sibi aut μνημονικὸς * ille Cordubæ *Rhetor*; *a* Aut eodem celebrior *Hortensius*; *b* Aut præutroque mirabilis, *Latro Porcius*; *c* fauentem sint *Mnemosynen* adepti, recensebo: ea enim *Naturæ*, non *Arti* se pleraque debuit. Illud vos vnum iubeo recordari, quod nostra nuper ætate, *Marcus Ant. Muretus*, *d* sanè stupendum, de *Adolescente Corsico* testatum

* *Memoriâ stupendus.*

A. B. C. *Seneca parens controu. lib. 1. præfat.*

D. *Muret. libro 3. Variarum cap. 1.*

reli-

reliquit. Eum exercitatione ſtudioque hactenus eſſe progreſſum, vt nomina ſemel audita, quamquam oppidò nouata, aut ſtridore barbaro hiantia, fideliter promteque, ingenti numero, recitaret: & ea, nuſquam inſiſtens, iam à ſummo ad imum, iam eadem ſurſum verſus, mox tertium quodque, mox quintum, aut quodlibet aliud iuberes, excluſis mediis, conſtanti tenore redderet. Quæ tamen ad *Miraculi* nomen ego nondum attollerem, niſi numerus propè incredibilis coëgiſſet. Nam hoc artificio πολυμνήμων iſte,* nominum ſex & triginta millia feliciter repetebat: quæ anni deinde ſpatio dilabi nulla patiebatur. Interlocutus hîc *Iulius*, vt in Admirandis hæc, inquit, recenſeam, haud difficulter apud me impetras: *Arti* tamen vt potius quàm *Naturæ* accepta referam, nondum perſuaſiſſi. Quid enim, ſi hæc hominis huius indoles tam opportunè fortunata fuit, vt ab incunabulis hanc tantam memoriæ vim hauſerit? ars nihil hîc, ſibi quod arroget, habebit. Ego, non

*Multa memoria homo.

non istud, inquam, tu dices, vbi alterum artis huius specimen confirmaro. Nam idem hic adolescens *Franciscum Molinum*, domo Venetum, quòd de tardiori memoria quereretur, quã ei natura parcè dedisset; hac ipsa, qua de agimus, arte mirificè iuuit: eique sex aut septem diebus comprehendendi retinendique vim tantam conciliauit, vt amplius quingenta nomina, eodem, aut quo alio libuisset ordine, promtissimè recitaret. e Vbi sentire te iam arbitror, nihil illum *naturæ* suæ (quid nisi nouercæ?) sed pleraque omnia *Arti*, industriæque debuisse.

32. ARTIS MIRACVLA,

AD alterum *artis* prodigium abeo; quod ipsa se fatetur *Ars*, nisi per *naturæ* adminicula efficere non posse. Eiusmodi, si lubet, appellabitis veterum ἀγάλματα quædam ἀυτόματα, & νευρόσπαστα*: ligneam *Archytæ columbam*, quam artifex libratis ponderibus in aëre suspensam, cum alitibus, æmulo volatu commisit; & negante primùm, post stupente natura,

Statuæ seipsis, aut neruorum tractu ambulantes.

e *Anton. Muret. ibidem.*

lignum

lignum indocile, mundi miraculis æquauit. *a* de *Dædali* sigillis, *b* deque *astris Syracusiis*; *c* his suo se nutu rotantibus, illis quaquauersus, nullo mouente, gradientibus; deque mille talibus, nôrunt ἀναλφάβητοι παῖδες: * Vt mirum eò minus sit, etiam ad Alpium inquilinos, eorum aliquam venire famam potuisse: quàm buccis deinde crepantibus de suggestu Præco vester promulgaret. Quibus ego, si perinde ad nugas vacaret, itidem grande volumen implerem, vt plebeculæ nouus nimirum *Polyhistor* prodirem. Verùm id ego si vellem, veteribus non contentus, miriora possem, & æui nostri complura, prodere. Nam quid nî vna *Ioannis Regiomontani* MVSCA totam *Archytæ Columbam* triumphet? Eam ille fer-

*Rite etati tirones.

A. *Gell. lib.* 10. *Noct. Att. c.* 12. *& plures alij.*

B. *Arist.* 1. *Polit. c.* 3. *& Plat. in Meuon. & in Hippia maiori.*

C. *Claudian. in program. De horologijs quoq; vide mira apud Bern. Saccum lib.* 7 *hist. Ticin. & Scardeonum lib.* 2. *hist. pat. classe* 9.

ream

ream ita fabrè fecit, vt ab artificis manu, sponte auolans, ad omnium conuiuarum orbes calicésque diuertere; & indidem ceu fessa postliminio ad herilem manum reuolare positisque alis requiesse condisceret. *d* Quid quod cochleas, & testudines, ipsi vidimus; *e* quæ quamquam è ferro factę, nullo tamen vitæ indicio caruerunt: sed prominulis ceruicibus, & pedum palmulis scienter è scuti tegmine prolatis, terram vltro citroque perambularunt; & sicubi obex occurrebat, priùs sanè quàm in illum impingerentur, temporì diuertere, retroque cedere, nullo rectoris imperio, consueuerunt? Iam illud quale est, *f* quòd *Carolo Imperatori* V. Norimbergam aduentanti, *Aquila*, (argentea an plumea haud scio; cer-

D. *Io. Regiom.* πολυμείχανος *dictus*: *apud Lal. Biscol. hor. subsec. lib.* 19. *c.* 11.

E. *Apud Illust. Fuggerum, Frising. Praepositum. anno.* 1609.

F. *Pet. Ramus. lib.* 2. *Proœm. Mathem. & Lal. Biscol.* 19. *hor. c.* 11.

tè

tè autem fabrefacta) obuiam seselibratis alis in aërem sustulit; longoque interuallo subeuntem comitata, ad vrbis vsque portas, sublimis perpetuo volatu, deduxit; Auspicio, nescio quam felici, certè verò mirabili. Adderè & *Icaros* rediuiuos, qui remigare per aërem, nouisque vehiculis *Phaëthontem* lacessere, & vias invias tentare sunt aggressi: sed quod eos in primis rudimentis *ars* plerosque defecit, & ruina delapsos, miraculi vicem spectaculum dedit; exesse nunc tantisper iubeo dum documentis firmioribus artem suam demonstrent. Sed ad princeps artis miraculum contendere mihi præter ceteros ij videntur qui tot iam annis in eo laborant, vt *motu perpetuo* naturam æmulentur. O votum, apud viros etiam magnos, inane! Quoties clamatum irrito iam plausu est εὕρηκα? & inter gaudii tamen nascentis initia, sæpe vox omnis obmutuit; suique nouitate attonitus stetit motus, & spem *artis* uniuersam sufflaminauit.

Ita

Ita prius quàm adoleſceret artificii fama, ſemper elanguit: neſcio an vnquam ad maturitatem peruentura.

CAPVT X.

Præconis abſurda in ſecundi generis miraculis.

33. QVID *in Miraculis ſecundi generis Praco allucinetur.*

DIXERAM hæc ego, cùm iratior *Adulphus* alteras cœpit vindicians ſecundum Præconem poſtulare. Nam eum tu virum, inquit ſi coram audiſſes, hæc artis arcana germanicè perſequentem (etenim latinè, fateor, non æquè poteſt) nunquam eius tu eruditionem in vulgi cenſum abiecisſes. Quia *Vulcani tripodes*, & νευρόσπαστα, quæque alia veteres ἀυτόματα ἔργα * fecêre, ac præcipuè *Pyramidas*. & reliqua *Mundi miracula*, Alpini ſe ruſtici, fatentur, nunquam probius anteà planiuſque tradita meminiſſe; præ vt ille tum noſter tradiderit: adeò gnarum ſe litteraturæ, etiam huius, demonſtrauit: Nec veterem aiunt librum exſtare ullum, quem & puer ille non legerit, & iam

* *Animalium ſimulacra ſeſe per nervos occultè mouentia.*

* *Artifices, qui αὐτόματα ſeu opera ſeipſa mouentia fabricant.*

seniorn non meminerit: quod in homine vxorio, & re familiari occupato, per quàm mirantur. Ego verò, *Adulphe*, si fæcem sellulariam id ais iudicare; & in iis ipsum de se Præconem; nihil abnuo. Magis succensebam, si te quoque cum his desipere tu profiteare. Nam ut nôris, quàm ille de se nõ abiectè sentiat; audi suis ipsum inuectiuis præfantem. *a* (vernaculis abstineo) quibus ille sic se Thrasonicè iactauit; ut diceret; *Iugulum se nostræ religioni, scriptis iã variis ac laboriosis, ceu fatali telo, dexterè satis valideq; incidisse, pectusq; hausisse*: quãquã iubet ab hoc auriũ pruritu, *abesse inuidiam*. Tu verò *inuidiam*, Præco! Et quis bonæ mentis inuideret his tuis aut laudum aut librorum quisquiliis? Ridemus bone vir, non inuidemus. Tanti Gallus non es, nisi cùm in

A. *Præfat pag.* 8. *vers.* 8.

Seyd ich in vnderschidenen mühsamen Schrifften / dem Pabstumb / ohne rhuem zumelden / zimblich ans Hertz gegriffen.

corte

corte tua glocientibus gallinis, alpinisque tuis pullastris, imperitas.

34. LIBELLVS *famosus in Bellarminum.*

SED obsecro tamē quibus illis tam *variis*, tamque doctis tu te ais & laboriosis voluminibus, *Papatum* (sic enim loqueris) pridē iugulasse? An illo fortasse LIBELLO, quem haud inconcinna præfatione auctum & quondam *Lauingæ* (cùm tu per id tempus nondum exulares) procusum meminimus? Sed opus est, vt de alio te accipiamus. Nam in isto sensimus, infestis mucronibus, nondum *Papam* quidem, certè autem Papæ viciniſſimum, *Cardinalem Bellarminum*, sic esse petitum; vt minimo minus fuerit iugulatus. Cælites boni! quantis fabulis calumniisque egit libellus ille, vt *Bellarminum* scurriliter traductum, orbi terrarum infame propudium faceret; eumque abhinc amplius decennium, non modò infelici funere iam elatum, sed ab ipso etiam Acherunte raptum haustumque, pro comperto mentiretur? Applausit tamen Islebica fæx vanissimo commento; & superstiti tot etiam annis *Bellarmino*,

præproperis exsequiis parentauit. Mactè animi, Præco; hoc fuerit Papatûs iugulum arte non inconcinnâ petere; Nostræque religioni sanguinem à capite misisse. Non invidemus hoc *Artis miraculum* vobis; euadite magni artifices; &, quando aliis nequitis his vestrarum pyramidum miraculis, numerum communem augete.

35. LIBER *Heliòrum neri, & ἀντιχέλληος.*

VIDERIS, inquit *Iulius*, non vidisse tu, quos quantosque ille vir codices alios elucubrarit. Nam, ne quid nescias, ille est ipsus, qui socerum suum, aduersus *Kellerum*, ingenti volumine propugnauit. Et iam vix vlla de rostris ad populum verba facit, quin aliquoties suum *Antikellerum* pro testimonio citet. Indidem etiam pleraque eadem transcripsit, quæ in his inuectiuis aduersus *Miracula* iteratò insanijt: non ignarus τὰ καλὰ δὶς καὶ τρὶς * esse reponenda. Quid si in ijs sese confecisse *Papam*, & pollice aduerso Religionem iugulasse glorietur? Malam ego rem, inquam, *Iuli*, vt sic opinetur; nisi ex cerebri vertigine iam totus

* *Quæ pulchra, iterum atq; iterum rep.*

totus laboret. Nam ab eo plumbo, quem ictum aut plagam timeret sibi Religio? Seipse erubescceret liber vterq;, si speculum haberet: Nunc ne colorem mutet, publico abstinet: nec nisi turbido in amne se contuetur: Venustus satis, quamdiu ex alpinis torrentibus relucet. Socer ipse, libri sui facie miserandâ territus, refugit iam pridem & occubuit. Succenturiatus socero est gener exul; qui de centonibus mantellum sarciret, quo soceri cadaueroſum volumen tegeretur: sed est illud ipsum tam improbè sartum, vt vbique magnis hiatibus fatiscat. Nempe quod olim aliâ quidam in re fecit; vt, quà pellis eum leonina defecerat, ipse Syrma vulpinum adsueret; id faciendum sibi & iste censuit, vt quà socerum veritas destituerat, lacunam gener conuitijs, mendacijs, calumnijsq; sarciret. Quare si telis tam obtusis feriri *Papatum*, & exanimari posse lanista credidit, perridiculè se homo fefellit: nam quamquam nauiter id strenueque fecerit, viuit tamen incolumis viuétq; Reli-

gio; & cadit hæresis in dies, videtque Præcones alios super alios de nouis sibi hibernis circumspicere, vbi sub pellibus (quod Æthiopes solent) ætatem dehinc degant. Vt adeò non *Pontifici*, sed suæmet *hæresi* gener socerq; incommodârint. Cuius documentum habeo aliud admodum recens.

36. Ex ipsis *Buccinatorum libris, lectores à Luthero abducuntur.*

ETENIM vir haud illiteratus, & ante hunc diem, â nobis cum primis alienus cæpit ad *Heilbrunneri* ἀκαθόλικον voluendum otiosè diuertere; atque indidem fulcrum labanti & in dies senescenti *Luthero* quærere. Verùm ibi cùm multò alia quotidie reperiret, & ex tot fabularum lacinijs, volumen plenum eriminationũ coõluisse cerneret, desperato tibicine, quem vacillanti vitrico supponeret, ad Catholicos, pæne palàm audacterque instituit transire. Inde à suis, alijs ringentibus, alijs illacrimantibus, requisitus, eccur animum ita induxisset; respondit, ἀκαθόλικον *Heilbrunneri* sibi tam sani cõsilij auctorem fuisse: quod in eo deliria tam absurdè mira legisset Pontificijs impingi, quæ oculis

suis

suis ipse deprehenderit ex vano hausta, & per meram Calumniam de ijs esse conficta. Igitur sic apud animum suum statuisse, hominem eum de Religione, Ecclesiaque sentire rectè nequaquam posse, cui procliue adeò sit, in grauissimis Fidei scitis, tam immania mentiri. Quod ego factum vt resci, cæpi tum demum τῷ ταμίᾳ silētium sapiens credere, qui *Antikellerum* refellere (vt sane posset, & verò quorumdam iudicio deberet) non dignaretur. Nam ex lectis eius libri centonibus, confidit futurum, vt facilè & hæresios senium, & religionis nostræ vegetum robur traluceat: nec gener minus rei Catholicæ consulat quàm socer; quamquam vterque συμβεβηκώς,* & minimè ex voto. Et verò, cur istud non desperet ὁ ταμίας, momentis haud nullis impellitur, cū in ipso statim inuectiuæ huius proœmio, præter alia complura, Cretense *Miraculum* præco lectori, pro gustulo propinet. Quod quale sit, quia vos animaduerto auere cognosse; faxo vt ex ipsômet fonte hauriatis.

*Ex accidenti.

CAPVT XI.

Calumniæ tres, per Artis Islebicæ Miraculum, nobis impactæ.

HÆc enim procœmij paginâ septimâ Stentor insanis clamoribus vociferatur; *a Miseram*, inquit, *Elisabetham, percuperent ij, si qua possent, cum Dei filio, vnico generis nostri Sotere contendere, & aut iuxtim aut in ipso eius solio locare: quod idem in Francisco quondam, b & Clara & Catharinâ, aliisq; compluribus audaces facitarunt.* Et paginâ procœmij quintâ, pòsteaquàm *Guarinonij* (viri eximij) panegyricum in laudes τῆς θεοτόκου * pièrecteq; dictum, vernili scommate notasset; mendaci calamo hæc talia subiecit: *Tam effusè in laudes titulóq; B. Virginis iri quondam non potuit, quin æmulis hodiè studijs Elisabetha hæc itidem attollatur: Et quamquam innumeras supplicationes in alterius ho-*

* *Dei Genitricis.*

A. *pag. 7. procem.*

B. *Idem in Antikell. p. 199. col. 2. §. 50.*

Mit Christo verglichen / thails auch vber jhn erhöhet. Sibilum, citò.

norem

norem decretæ quondam fuêre, tamen vbi se Elisabethæ sepulcrum aperuit, pæne in oblitionem B. Virgo, alijq; cælites abiêre.

SATIS est lepórum iam Stentor; totum ex vngue suo leonem habem⁹. Etenim qui tam opimo mendacio, libri frontem impicare non erubescis; papæ! quas in meditullio pugnas non dabis? Sed redj mecum paullisper, tuiq; commenti serias reline. Nam quos mihi tu illos memoras, qui percupiant *Elisabetham Christo* contendere? id est, Seruatori puellam, componere, DEOQ; immortali, fragilem homuncionem æquare? Produc in medium duos; aut, si numero diffidis, vnum ex omnibus scriptorem, hominemúe nomina; qui vnquam fecerit, dixerit, cogitârit: & capitalem omnes pronuntiabimus; nos ipsi sententiam primi feremus, impieq; dictum & factum, ijs ipsis ignibus, quos *Hispaniæ* vos exprobratis, caneque & angue peius odistis, vstulandum committemus. Quid, homo diserte, cunctaris? Vnum inquam vnicúmque appel-

37. PRIMA *calumnia prafationis.*

la, & de omnibus peroraſti. Quem tamen adducere tu ſi nullum vllum, aut audes, aut potes; nil, opinor, cauſſaberis, quin tuo iam titulo (quem *Rommie* leges frontibus inſcripſere) bonâ cum omnium veniâ ſaluteris: ut qui ſciens dolo malo, in ſummâ liteReligionis, falſum nobis, idq; grauiſſimum crimen, impegeris. Sed nominas tu, quòd video, τὺς ἐργοδιώκτας, * ſeu libri auctores; qui *Chriſtum* ſuo moliãtur ſolio exturbare, vt vni alicui puellæ nimirum id arrogetur. Impudenter. Eſt in manib⁹ hodieq; is liber; legitur, teritur: Nuſquã indiciũ huius eſt molitionis. Appello veſtrã fidem, quiq; legiſtis librũ, quiq; legetis: Adeſte æqui iudices, cauſsâq; in iure diſceptatâ, ſeueri vel auctoris damnate libellũ, vel præconis multate mẽdaciũ.

*Operas operis, quod de Bona Eliſabetha prodijt.

38. REDpoſtimẽum in duerſajos,

Verùm hîc ego cui bono tam prolixè innocentiã defendo; ac nõ ipſum magis actorem ſuo mucrone iugulo, victimamq; mihi procumbere cogo? Quam in rem adeſſe denuo arbitros volo; æquos, iniquos, haud moror. Nam cauſſam fore tam liquidã confido

fido, vt ipsa etiam improbitas ad verum videndū fatendumq; sit proditura. Audite specimen, & mox vt voletis, litem dirimite. Imperante quōndam *Copronymo* iconoclastâ, *a* quæritum est, *an alius, præter Christum, ab impio simulacrorū cultu nos vindicasset?* Quid in re graui censetis, partes? Sententiam dicite, vobis vtrinque dignam. Ecce autē pro *Copronymo* surgūt Iconomachi, clamantq; ἀυτὸς ἐρρύσατο ἡμᾶς ἐκ τῶν εἰδώλων. * Digni, qui *Copronymum* habeant suum Soterem. Quid inter hæc interim Catholici? Ingenuè omnes, *b* τῆς λέγουσιν, ὅτι πλεῖω χειρὸς ἢ θεὸς ἡμῶν ἐρρύσατο ἡμᾶς ἐκ τῶν εἰδώλων, ἀνάθεμα. * Dissonæ partium voces; quis neget? Iam ab vtris vos statis, Præcones? Nam audio raucum è *Batauis* myrmillonem; *c Princeps meus* (calui cliens) *ab idololatriâ in libertatem nos asseruit.* An & *Lutherum*, in re non dissimili

*Ipse Co
pron. m
liberau
ab idol

*Quique
dicunt,
per alium
nos ab i
dolis libe
ratos, qu
per Chri
stum, ijs
Anathe
ma.

A. *Romanus spect.* 1. *mend.* 1. *n.* 3.

B. *Conc. Nicen.* 2. *siue Synod.* 7. *act.* 7. §. *terminis Syn.*

C. *Apud Romanum, sup. cit. Spect. mend.* 2. *n.* 3.

audimus, dum *Ioanni* Principi suo grunniens parentat: *Ille* vnus, inquit, *non pro se solo, sed pro nobis omnibus mortē oppetiit, a* Quis ille vnus, *Martine,* qui pro omnibus? nondū te planè nemus: cedò latinius. Nam nos quidē, præter *Christum*, pro vniuersis mortuū, agnoscimus neminē. Quem tu, præter hunc, agnoscas alium, effare. *Ioannem*, inquis, *meum*, *Saxoniæ Principē, pro nobis omnibus aio Augustæ mortuum.* Clarè iam nimis; ita te omnes *Copronymi* ament. Sed vide, ne huic nepoti tuo, in Alpibus rusticāti, videâre tu hominē certè cum *Christo* contendere; soliosq; à titulo mutato, ex *Ioanne* principe, *Deum* Sotèrem facere. Non annuis hîc præco? minimè gentium, inquit. Quia necesse est, aliam *Luthero* meo mentem fuisse, cum hæc proferret. Impudentiam! cur & nobis aliam esse mentem non agnoscis, cum *Elisabetham* cælitesq; ceteros appellamus, aut *Thaumaturgos* aut *Bonos*? & rursus aliam,

D. *Luth. tom. 5. fol. 499. Iena. 1561. Vide etiam Cochl. in Act. Luth. 1532. & Romæum cit.*

cùm

cùm *Christum* ijsdem honoribus ornamus? Sed vt propius ad hunc Præconem vos ducam; cognoscite, per quicquid amatis, & ridete stultitiam pellionis illius, *e* qui *Campiduni* pronuper eosdem honores huic vappæ habuit, quos ipsi *Christo* quondam exhibuerat Euangelicus Centurio. *f* Auebat Pellio, quem dixi, in dapsili prandio σύνδειπνον aut compotorem habere hunc buccinatorem, atque egerat magnis sanè precibus, vt larem plebeium, & graueolenti nauteâ seipsum, homo *sacerrimus* dignaretur. Cunctatus hic aliquamdiu, & naso metuens (quem æris *Cyprij* rubrica iam antè liberaliter insederat) sæpe sæpius excusat. Demum annuit importuno, & exoratus, pellioni condicit. Hîc exsultare gaudijs homo, & domi, vt qui *Iouem* sibi videretur cum *Iunone* hospitem accepturus, omnia, quàm potest lautissimè apparare; crederes *Luculli Apollinem* in pellionis

E. *Ex duob. testibus, fide dignis: indidem nuntiantibus.*

F. *Matth. 8. v. 8.*

triclinium migrasse. Iamque dies felix, & diei meridies aderat, cum exspectatus adest *Iupiter*,

--Sequiturq; suum non passibus aequis Iuno Iouem, paruusq; duos comitatur Iulus:

NISI fortassis inter hos placuit tunc aliquod diuortium esse. Pellio, madens adhuc à Mephiti suâ, vt de fenestrâ venientem aspexit, cæpit illico ad ædium limen decurrere, foresq;, quantas potuit, pandere, & subeunti, πρηνὴς προσπεσεῖν μέσσων προπάροιθε πυλάων.* Itaq; delapsus in genua, & ingredienti huic Numini supplex voce elatâ, exclamare, *Domine, non sum dignus, vt intres sub tectum meum*; sed subi tamen, *rebusq; veni non asper egenis.* Vbi per ego cupijssem hominis effrontis supercilium videre, cum apud alutariam tribum se sentiret in tantum honorem esse, vt ipsis pro altero *Christo* adoraretur! Iæc eadem si quis nostrum aut *Bonæ* huic *Elisabethæ*, aut cuiquam hospiti, aut quondam *Rom. Pontifici* exhibuisset, quib⁹ hodie rem cauillis hic Præco, eiusque symmystæ laceraret? Nunc, in suâ re, sibi plaudunt. Porro

**Pronus accidere inter medias fores.*

Porro non satis habuit Buccinator aut *Elisabetham* solam inuidiæ obiicere, aut libelli auctorem (quo de dixi) in crimen vocare; nisi itidem & alios cæli indigenas, *Franciscos*, *Claras*, *Catharinas*, & cum iis omnem antiquitatem, solii diuini aut occupati aut affectati reos postularet. Nam idem in his attollendis tentatum & factitatum olim, non timidè præco, neque verecundè suspicatur, (ut in dubiis solemus) sed præsidenter audax asseuerat. Quod ipsum si denuo nec rei teste nec veri indice potest ullo comprobare; etiámne de factâ iniuriâ conqueretur, si calumniæ insignibus denuò se videat vstulari? Quis enim *Franciscum*, homo serie, quis *Catharinam æquare Christo* vnquam è Catholicis pertentauit? Nemo eos, nisi inter *Christi* seruitia, quamquam honoratiora, numerat. Et quisquis aliud de iis sensit, scripsit, dixit, eum abdicamus. Hîc iam præsentio, quos testes præco speret euocare: Libellos utique mala fi-

39. ALTERA *Calumnia præfationis.*

de

de ambulantes, & inteſtabili patre, iam pridem obſcuros. Sed nec hos tamen ſibi habebit obnoxios, vt pro mendacio tam informi teſtimonium ſint dicturi. Fac enim, pluſculum eos in his æſtimandis exceſſiſſe, & calente voto quædam liberalius, quàm par erat, illis tribuiſſe; nuſquam tamen eos oſtendes ex vllo veſtigio, *diuinitatem* illis, aut ſupparem *Chriſto* dignitatem, arrogaſſe. Quod igitur os tibi tam ferreum eſt, vt huius tu illos inſimulare, tam apertè non erubeſcas?

40. TERTIA *Calumnia præfationis.*

Atque ecce tibi, nondum tu è libri veſtibulo egreſſus, iam tribunitiâ criminandi poteſtate tertiùm inſigniris. *Eliſabetham* ais iis nuper titulis ſtudiiſq; per Sueuiam fuiſſe cultam, quibus maiorib⁹ olim honeſtari *Beatiſſima virgo*, nō potuiſſet. Bonum factū. Comparemus vtriuſque titulos; res minimi negotii eſt. Continuo liquebit, téne *palmâ*, victorem; an *Myrto*, criminatorem coronemus. Et quidem *Beatiſſimam virginem*, non iam *Guarinonius* (quem tu improbè cauillaris) ſed *Cyrillus*, ſedis *Alexandrinæ* anti-

antistes; magnus & peruetus Ecclesiæ doctor, his ornatam à se titulis voluit: quos tu dum nouator hic legis, quæso te, impera tibi, ne rumparis; qui parum æquis auribus accipere te, satis prodis, illud eiusdem virginis perfamiliare. & à nostris maioribus ad nos traductum nomen, VN-SER LIEBE FRAW. *Tu,** inquit, *a sceptrum fidei, tu margarita orbis terrarum, per te Trinitas sanctificatur, per te crux pretiosa celebratur* (arrige aures Pamphile) *& adoratur in toto orbe.* (extra Islebicos fines) *Per te exultat cælum, lætantur angeli, fugantur dæmones, & homo ipse ad cælum reuocatur. Per te omnis creatura idolorum errore detenta, conuersa est. Te adiutrice gentes veniunt ad pœnitentiam, per te Prophetæ prænuntiarunt; per te Apostoli salutem gentibus prædicarunt. Quis nam poterit tuarum laudum præconia explicare &c.* Et hunc adhuc vnum, producimus. Quid si *Augustinos*, *Ambrosiosq́*, ex-

*Nostra chara Domina. præfat. pag.

A. *Cyrill. Alex. homilia contra Nestorium.*

scri-

scribere, & his cùm vetustiores multos, tum recentiores infinitos adiicere placeret, quos tu Virginis Magnæ encomiastas audires? Rubor esset, *Guarinonium*, inter tantos Virginis laudatores, vel nominari à te vnum, vel vituperari. Agedum ergo, & si quem *Elisabethæ* huic æquè fauentem ac propitium fuisse meministi: qui θεοτόκον illam, qui *Mariæ stellam*, qui sexcentis hoc genus aliis titulis illam æquè suspiciendam, salutarit; eum tu nobis, si illum alicubi potes, indica: Nam nos hodieque de vna Virgine illud in Ecclesiæ odarium (etiam pòst exortam Elisabethæ admirationem) seruamus: *Vnica nec simile visa est, nec habere sequentem.* Tu primus vtique ostendes, quam nos aliam aut similem ei, aut, si superis placet, inuidendam cultu æmulo veneremur: cùm certè nullam omnium nos æquè venerari, iurati profiteamur.

41. FVTILIS *purgatio calumniæ.*

Hîc *Iulius*, ne nihil nos, inquit, pro reo dixisse videamur: agam hîc ego, absentis caussam; & quando iam pridem

dem desperaui, cutem *Æthiopis* omnem dealbare me posse; certè tamen an aliquid possit fuliginis abradi, tentabo. Quod igitur hanc modò *puellam*, modò *Catharinam*, & *Franciscum*, tanti dixit à nobis æstimari, vt pereupiamus illos in Christi solium euehere: id προπικῶς καθ' ὑπερβολήν,* (celebrem genti figuram) censendus est dixisse. Nam vt seriò id cupere nos probaret, ne ipse quidem visus est laborare. Tum deinde, in eo possumus videri, hos *Christo* exæquasse; quod quinis illos vulneribus, æquè ac *Christum*, insignimus; atque hoc in eos studium, vt nimiò immodicum, impiumque, & è fabulis anilibus natum, carpit homo exprobratque. Hoc totum ex meo sensu, inquit *Adulphus*; & nisi præuertisses, iam primoribus in labris hæserat, mox erupturum. Quare, quid hîc respondeat iste, totus exspecto. Ego verò, ne metue, inquam; In promtu, quod respondeam, habebo; tametsi iam differo multa, dum suo quidque loco in medium

*Figuratè, per hyperbolen.

dium afferatur. In præsens ità sentio: Hyperbolas ferri quandoque posse, sed apud eos, qui poëtantur. In capitis iudicio, & cùm de summâ re contenditur, hyperbolen aio in calumniam degenerare. Etenim si quem tu militem, virtutis caussâ, præter cæteros colere, duciq́ue fidelem, atq́ue eximiè charum dicere perseuerares; quod eius ille facta facinora imitari, totidemq́ue vulneribus famulus esse conspicuus gestiret, quibus perfossum esse ducem suum conspexisset: tum verò te, actor hâc hyperbole, reũ ageret, ut identidem exclamaret nouis te rebus studere, ducemq́ue prodere, atque Aquilàs legionesq́ue famulo dedere voluisse: idq́; tu centies, hominum cælitumq́ue fidem testatus, refutares; & is tamen centies magnis clamoribus idem repetere, perstaret; an tu bellam hanc actoris hyperbolen, quantáuis iniuriâ calumniaq́ue grauiorem non duceres? Atquî exageratsset ille solùm, remq́ue nihili, moris ac dicis caussâ, in maius auxisset? Atqui in crucem, ire hunc

tu

tu iuberes, tam ille pidum oratorem, cuius elegans figura capitalem te aut iudici stitisset, aut Carnifici commendasset. Quid autem hic aliud buccinator ἐν τῇδε τροπολογίᾳ * spectauit, quàm vt religioni par odium conflaret? Quod quia simplici veraque oratione nequiit, ad tropos nimirum confugit; & tanquam in scenâ luderet, ità parua magnis, & vera vanis confudit, vt suam populo prurienti fabulam probaret. Neque fateturin his tamen coloribus, se τροπικῶς * loqui; sed purum putum *verum*, ac Dei propemodum *verbum* veluti κήρυξ θεὸς ἄγγελος * crepat. Quare dum in re tantâ hanc orationi personam facit; quàm pronum est, vt credulæ simplicitati imponat, ne *Franciscum* alio apud nos cultu haberi putet, quàm quo τὸν σωτῆρα * omnes habemus? Atque hîc opportunè subit, quod vir mihi fide dignus, in hanc rem, admodum nuper recensuit.

*In hac tali figurâ.

*Figuratè.

*Praco Iouis Nũsius.

*Seruatorem Christũ.

Quippe in hac inquit, vicinià ab acidulæ potu commodùm receſſeram, cum turbam video inconditam ad

42. ALTERIVS rabula

Calumnia, Catholicis impacta.

ad fani Islebici valuas turmatim ruere. Hîc ego generis humani vitio victus, ut, quid ageretur, cognoscerem, populo me immiscco, atque vnâ in delubrum irrumpo. Iam stabat in ambone Buccinnator, paratus dicere, cùm primùm concio assedisset. Tum lentâ modulataque oratione, cùm pauca præfatus, factionis suæ felicitatem extollere sensim incepisset; hæc nos inter suosque diuersissima vigere studia, prolixè copioseque disputauit: quòd *Islebici* clientes, vnum cæli terræque Numen agnoscere; *Catholici* verò, Deos sibi Deasque innumerabiles fabricare, colereque & cultu sacrilego adorare perseuerarent. Cohorruit animus audito tam immani, non quidem flagitio, sed mendacio: ut iam attentior, in ceteram orationem inhiarem, & quibus momentis fabula tam comperta substrueretur, exspectarem. Demum ille; *Nam videtis*, inquit, *quibus Romani Diis Deabusq; suis templa quotidie moliantur? Nusquam illis oppidum est, aut pagi diuer-*

diuerticulum, vbi alios alioſq; indigenæ Deos non venerentur. Apud hos Laurentius adoratur; apud illos Franciſcus pro Deo colitur. Suas habet & Catharina & Barbara aras: Georgium alibi, & alibi Martinum, alibi alios ſibi quiſq; Deos adoptat, & aris templiſq; ſingulos honeſtat. Nos interim vni Deo auctorati, ad tam profana ſtudia nondum defleximus. Quæ talia cum impudenter ille declamaſſet, pagani (vt credula eſt omnis ſimplicitas) rem ita ſe habere arbitrati, nos infeſtiùs fugere, ac veluti peſtilentes ſacroſque auerſari; ſibi verò gaudere, & ſuum errorem gratulari vano applauſu, perrexêre. Hoc nimirum his verborum fucatis coloribus conſequuntur iſti artifices; gnari nullo ſe alio *artis miraculo* pollere, quàm vt oſcitanti populo res abſurdiſſimè falſas, verique prius ſchemate veſtitas, concinnè producant. Verùm idipſum quia ſæpe non poſſunt tam cautè, quin per togæ nebulam veritas adhuc traluceat; idcirco, ſi qui perſpica-

ſpicacius obtueantur, in *artis Miraculo*, Præconis mendacium ſæpe prehendunt; & indidem, quod ſuprà monui, ad ſaniora multi conſilia recurrunt.

43. PRÆCONIS, *in libri ſui marginibus ineptia.*

Reliquum eſt modò, *Adulphe*, vt ad illud tibi reſpondeam, quod paullò tu ante dixeras; Hominem in Alpibus vix alium videri hoc noſtro Præcone eruditiorem. Quod ego tibi vt confirmem, iubeo voluminis huius in primis margines inſpicere, plenos ſalis & lepôris: quippe quos tam ambitiosè diſtinctos curatosque voluit, vt libri germanici oras græco-germanico-latinâ ſynopſi putârit exornandas; ne plebes nimirum ſedentaria librum germanicum non caperet, ſi commentarius illi græcus hebræuſque defuiſſet. Specimen capis ex paginâ quintâ & quinquaſima, *a* hoc margine inſcriptâ, *βεβαίωσις doctrinæ* Beſtettigung der Lehr. Hem tibi hominem facundum, vnoque ánhelitu tres ſimul linguas exſertantem. Credas imitari tribulem ſuum

A. Præco. pag. ſſ. in margine.

volu-

voluisse; qui vt plus bilinguem esse se probaret, linguæ copias omnes ad signa vocauit; & oratione graui, nescio quid dissuasurus, *Domini*, inquit, *mei*, das wäre *profectò* ωδὲ τὸ πρᾶγμα: Stolo, non omissurus & quartæ linguę centonem adsuere, si verbum hiare Gallicum didicisset. In his tamen tam fartis marginibus, præbet gustum alpinæ promulsidis, & ἀνισορηγίαν, * bonæque litteraturæ penuriam vix dissimulat, dum *Phauorinos* alicubi, *Valerios*, & hoc genus alios haud peritissimè, ad dicendum testimonium vocat: quorum fortasse nomina cùm in *Ioannis Staritii* quisquiliis, aut *Rasisii* textrinâ repperisset, eos veluti millies à semet euolutos, gloriosè congessit.

* *Insciti-am Hi-storia.*

43. ALTERIUS praconis insscitia ex marginibus.

Sed hanc nimirum facem, in marginibus densandis, præluxit ipsi symmystes ille, publicus Pontificis criminator: qui nuper, ut decalogum locupletiori mendacio texeret, ad *Iuris Canonici* fidem, homo festiuus cucurrit. Et cognoscite, quæso vos, quàm fecerit id imperitè. Etenim in

eius voluminis paginâ supra centesimam quintâ decimâ, *a* litteris minimè euanidis, aut fugientibus, sed plenis planeque expressis, *Quartum Decretalium, causam* XII. *Q.* 1. *cap. dilectissimis*, allegat. An vos ergo, ante hunc leguleium, meministis in *Decretalibus*, *Causas & Quæstiones reperiri*? Reperiunt hi certe Thrasones, & reperiunt primi. Abnuere hîc te video *Adulphe*, & calami fuisse lapsum mussare: quasi illi (quod pluribus solet) *Quartus decretorum, cum causis suis & quæstionibus*, in mentem fuerit; quando temere *quartus Decretalium* excidebat, fallente vocis imagine. Non persuades. Nam *quartum Decretorum* volumen nemo vllus adspexit; ac ne ipse quidem *Gratianus* tres amplius eorum libros reliquit, quos totidem *Decreti partes* inscripsit: Vt necesse sit hunc Endymionem, *Quartum* quidem *Decretalium* sic allegasse, vt ipse tamen iuris Canonici volumen nunquam oculis suis vn-

a. Thumm. in thesib. de Pontif. pag. 115. marg.

quam

quam inspexerit, prolixè ridendus. Nisi fortasse tu albis eum dentibus non rideres, qui *Ciceronem* tibi ex *quinto Georgicῶν* testem produceret: aut qui *Euryalum Nisumq́* laudaturus, diceret *Virgilium* de iis in quarta oratione pro *Archia* poëta, suauissimè scriptitasse? aut *Dauidem* in psalmo ducentesimo nonagesimo quarto, multa de *Luthero* vaticinatum esse. Verùm in his ego iam non immoror, quippe adhuc minutioribus; & quorum veniam sperare Stentores hi possent, nisi in illis ipsis magnificè venditandis, velut πολυμαθίᾳ * clari ampullarentur. Nunc illac tenus iuuerit attigisse, vt è paucis discere, quâ fide in suis scombrorum tunicis, & salariorum cucullis, copiosissimè citandis, hi μεγαλόφωνοι κήρυκες * abutantur.

* *Multijugi scientia.*

* *Vocales buccinatores.*

CAPVT XII.

Tertium Genus Miraculorum ab ORCO.

44. STIGII *Miraculi descriptio.*

CONVITIVM nomini tam honesto facimus, cùm stygis præstigias, *Miraculum* nominamus. Sed nominamus tamen; atque illuc ea ferè effecta reducimus, *quæ quamuis intra Naturæ Artisq; sinũ deluteſcant, tamèn inde nec hominum induſtriâ, nec calitũ ſtudio, ſed Orci miniſterio eruuntur.* Et est in iis res interdum ipsa mirabilis; interdum celeritas sola, dexteritásue admirationem habet. *Res* quidem ipsa miraculo *est*; cùm siue iubentur siue videntur, arte Colchicâ, repere saxa, currere marmora, dissilire vincula, animari cadauera, & si quæ alia magorum imperio nonnunquam inferi, ad hominum cælitumque ludibrium, moliuntur. *Celeritas* verò tum admirationi est, cum immurmurato Medęæ carmine, tubera coguntur repente subsidere, aut vulnera coire, aut venena momento refugere, aut mille alia promtiùs fieri, quàm

quàm fieri per hominum artes permittuntur. *Illusio* demum oculis imponit; vt, cùm stupente populo, vel dehiscere parietes, & homines absorberi; vel κατ' ἀσφάλειαν * omnia in coram vanescere creduntur. Possunt enim hæc solentq; Genii multa, dum vel agentia tectè celeriterq; cum patientibus committunt: vel sensuum humores agitant perturbantque: atq; indidem & sibi fidem, & spectatori malum mali artifices quærunt. Verùm hæc, vt dixi, probra potius & dedecora queant appellari, quàm vt *Miracula* nomen, etiam κατ' ἐξηγικῶς * emereantur.

* *Per cautelam.*

* *Per Abusionem*

Hâc tamen impostura, non veteres magis quàm posteri quidam, gloriolæ fumos improbè sunt nundinati. Eorum non vltimi fuerunt, quos olim tyrannus *Ægyptius* cum *Mose* commisit: qui serpentes ranasque, siue verè producere, (quod alii volunt,) a

45. SPECIMINA veterum orci Miraculorũ.

A. *S. August. lib. 3. Trinit. c. 7. & 8. Et lib. 83. qq. 79. Theodor. in Exod. Glycas p. 2. annal. S. Thom. vide Pererium in Exod.*

siue certè veras viuasque aliunde adducere (quod in aliis placuit) *b* visi sunt; orci ministerio, in Dei iniurias connitente. *Neroni* deinde fucum his ipsis præstigiis fecit *Simon Magus*; cui veritas S. *Petrum* obiecit; vt, quò ille, malis artibus grassando, euaserat, indidem ab isto per maius sanctiusq; imperium retraheretur: *c* Excepit hunc *Apollonius*, & Canidiæ nepos non Ephesiis magè quàm omni Asiæ Europæque illusit: *d* triumphaturus in arte tam funesta, nisi *S. Ioannes*, magnis ibidem germanisque miraculis (quod veri est simile) magum retudisset.

Hunc longè pòst ille *Sedechias* est imitatus, qui *Ludouico Pio*, rerum potiente, populum tenuit: vbi histrio inspectante foro, plaustrum fæni, vnà

B. *Abulens. Caiet, Lipoman.* Vide Delricum 2. *Disquis. q. 6. & Salianum. tom. 2. Annalium.*

C. *Vide Clement. Rom. & in 1. tom. annul. Baronium & Gaulterij tab.* Vbi mille testes. *Iustin. mart. apol. 2.*

D. *Philostr. in Vita Apollonij. & Hierocles in Apolog.*

cum

cum equis & insidente auriga, hiante rictu crudeliter hausit, ac, nescio quà, deinde ridiculè effudit. *e* Multi dein alii cum *Carpocrate*, *Menandro*, *f Priscilliano*, & alijs *g* seculũ vetus infamarũt; qui pessimis postremò & ipsi documentis interière, & secum alios in cladem præcipites traxêre. Plerumque tamen his ipsis obuiam est itum, cùm in tempore DEVS veri nominis Thaumaturgos excitauit. Neque perspicacibus vnquam defuit nota, qua magicæ fraudis ludibrium, à seriis sanisque Cælitum ostentis dignorarẽt.

46. SPECIMINA recentium Orci Miraculorũ in Volaticâ tribu

Id verò lacrimis, & sanè vbertim, existimo prosequendum; quòd nostris quoque temporibus, hæc hominum probra labem afferre turpiorem perseuerent: quæ nos magnam partem *Islebiæ Gebennæq́*, διδασκάλοις debemus; quippe per quos suis alumni telis armisque spolientur, qui-

E. *Trithem. in Chronol. Hirsaug. apud Delr. 2. disq. q.* 8.

F. *Ireneus lib.* 1. *c.* 21. *& 24. Euseb. 8. Hist. c.* 20. *Epiphan. hær.* 27.

G. *Seuerus Sulpit. in Sac. hist. lib.* 2.

Calumnia, Catholicis impacta.

ad fani Islebici valuas turmatim ruere. Hîc ego generis humani vitio victus, ut, quid ageretur, cognoscerem, populo me immiscéo, atque vnâ in delubrum irrumpo. Iam stabat in ambone Buccinnator, paratus dicere, cùm primùm concio assediſſet. Tum lentâ modulataque oratione, cùm pauca præfatus, factionis suæ felicitatem extollere sensim incepiſſet; hæc nos inter suosque diuersissima vigere studia, prolixè copioseque disputauit: quòd *Islebici* clientes, vnum cæli terræque Numen agnoscere; *Catholici* verò, Deos sibi Deasque innumerabiles fabricare, colereque & cultu sacrilego adorare perseuerarent. Cohorruit animus audito tam immani, non quidem flagitio, sed mendacio: ut iam attentior, in ceteram orationem inhiarem, & quibus momentis fabula tam comperta subſtrueretur, exspectarem. Demum ille; *Nam videtis*, inquit, *quibus Romani Diis Deabusq; suis templa quotidie moliantur? Nusquam illis oppidum est, aut pagi diuer-*

diuerticulum, vbi alios alios q; indigenæ Deos non venerentur. Apud hos Laurentius adoratur; apud illos Franciscus pro Deo colitur. Suas habet & Catharina & Barbara aras: Georgium alibi, & alibi Martinum, alibi alios sibi quisq; Deos adoptat, & aris templisq; singulos honestat. Nos interim vni Deo auctorati, ad tam profana studia nondum defleximus. Quæ talia cum impudenter ille declamasset, pagani (vt credula est omnis simplicitas) rem ita se habere arbitrati, nos infestiùs fugere, ac veluti pestilentes sacrosque auersari; sibi verò gaudere, & suum errorem gratulari vano applausu, perrexêre. Hoc nimirum his verborum fucatis coloribus consequuntur isti artifices; gnari nullo se alio *artis miraculo* pollere, quàm vt oscitanti populo res absurdissimè falsas, verique prius schemate vestitas, concinnè producant. Verùm idipsum quia sæpe non possunt tam cautè, quin per togæ nebulam veritas adhuc traluceat; idcirco, si qui perspica-

spicacius obtueantur, in *artis Miraculo*, Præconis mendacium sæpe prehendunt; & indidem, quod suprà monui, ad saniora multi consilia recurrunt.

43. PRÆCONIS, *in libri sui marginibus ineptia.*

Reliquum est modò, *Adulphe*, vt ad illud tibi respondeam, quod paullò tu ante dixeras; Hominem in Alpibus vix alium videri hoc nostro Præcone eruditiorem. Quod ego tibi vt confirmem, iubeo voluminis huius in primis margines inspicere, plenos salis & lepôris: quippe quos tam ambitiosè distinctos curatosque voluit, vt libri germanici oras græco-germanico-latinâ synopsi putârt exornandas; ne plebes nimirum sedentaria librum germanicum non caperet, si commentarius illi græcus hebræusque defuisset. Specimen capis ex paginâ quintâ & quinquasima, *a* hoc margine inscriptâ, *βεβαιωσις doctrinæ* Bestettigung der Lehr. Hem tibi hominem facundum, vnoque anhelitu tres simul linguas exsertantem. Credas imitari tribulem suum

A. Præco. pag. 55. in margine.

volu-

voluisse; qui vt plus bilinguem esse se probaret, linguæ copias omnes ad signa vocauit; & oratione graui, nescio quid dissuasurus, *Domini*, inquit, *mei*, das wäre *profectò* ὦδε τὸ πρᾶγμα: Stolo, non omissurus & quartæ linguę centonem adsuere, si verbum hiare Gallicum didicisset. In his tamen tam fartis marginibus, præbet gustum alpinæ promulsidis, & ἀνισοχρηστίαν, * bonæque litteraturæ penuriam vix dissimulat, dum *Phauorinos* alicubi, *Valerios*q, & hoc genus alios haud peritissimè, ad dicendum testimonium vocat: quorum fortasse nomina cùm in *Ioannis Staritii* quisquiliis, aut *Rausii* textrinâ repperisset, eos veluti millies à semet euolutos, gloriosè congessit.

* *Insciti-am Historia.*

Sed hanc nimirum facem, in marginibus densandis, præluxit ipsi symmystes ille, publicus Pontificis criminator: qui nuper, ut decalogum locupletiori mendacio texeret, ad *Iuris Canonici* fidem, homo festiuus cucurrit. Et cognoscite, quæso vos, quàm fecerit id imperitè. Etenim in

43. ALTERius præconis insscitia ex marginibus.

eius voluminis paginâ supra centesimam quintâ decimâ, *a* litteris minimè euanidis, aut fugientibus, sed plenis planeque expressis, *Quartum Decretalium, causam* XII. *Q.* I. *cap. dilectissimis*, allegat. An vos ergo, ante hunc leguleium, meministis in *Decretalibus*, *Causas & Quæstiones reperiri*? Reperiunt hi certe Thrasones, & reperiunt primi. Abnuere hic te, video *Adulphe*, & calami fuisse lapsum mussare: quasi illi (quod pluribus solet) *Quartus decretorum, cum causis suis & quæstionibus*, in mentem fuerit; quando temere *quartus Decretalium* excidebat, fallente vocis imagine. Non persuades. Nam *quartum Decretorum* volumen nemo vllus adspexit; ac ne ipse quidem *Gratianus* tres amplius eorum libros reliquit, quos totidem *Decreti partes* inscripsit: Vt necesse sit hunc Endymionem, *Quartum* quidem *Decretalium* sic allegasse, vt ipse tamen iuris Canonici volumen nunquam oculis suis vn-

a. Thumm. in thesib. de Pontif. pag. 115. marg.

quam

quam inſpexerit, prolixè ridendus. Niſi fortaſſe tu albis eum dentibus non rideres, qui *Ciceronem* tibi ex *quinto Georgicôn* teſtem produceret: aut qui *Euryalum Niſumq́* laudaturus, diceret *Virgilium* de iis in quarta oratione pro *Archia* poëta, ſuauiſſimè ſcriptitaſſe? aut *Dauidem* in pſalmo ducenteſimo nonageſimo quarto, multa de *Luthero* vaticinatum eſſe. Verùm in his ego iam non immoror, quippe adhuc minutioribus; & quorum veniam ſperare Stentores hi poſſent, niſi in illis ipſis magnificè venditandis, velut πλυμαθία * clari ampullarentur. Nunc illac tenus iuuerit attigiſſe, vt è paucis diſceres, quâ fide in ſuis ſcombrorum tunicis, & ſalariorum cucullis, copioſiſſimè citandis, hi μεγαλόφωνοι κηρυκες * abutantur.

* *Multijugi ſcientia.*

* *Vocales buccinatores.*

CAPVT XII.

Tertium Genus Miraculorum ab ORCO.

44. STIGII *Miraculi descriptio.*

CONVITIVM nomini tam honesto facimus, cùm stygis præstigias, *Miraculum* nominamus. Sed nominamus tamen; atque illuc ea ferè effecta reducimus, *quæ quamuis intra Naturæ Artisq; sinũ deluteſcant, tamẽ inde nec hominum industriâ, nec cælitũ studio, sed Orci ministerio eruuntur.* Et est in iis res interdum ipsa mirabilis; interdum celeritas sola, dexteritásue admirationem habet. *Res* quidem ipsa miraculo *est*, cùm siue iubentur siue videntur, arte Colchicâ, repere saxa, currere marmora, dissilire vincula, animari cadauera, & si quæ alia magorum imperio nonnunquam inferi, ad hominum cælitumque ludibrium, moliuntur. *Celeritas* verò tum admirationi est, cum immurmurato Medęæ carmine, tubera coguntur repente subsidere, aut vulnera coire, aut venena momento refugere, aut mille alia promtiùs fieri, quàm

quàm fieri per hominum artes permittuntur. *Illusio* demum oculis imponit; vt, cùm stupente populo, vel dehiscere parietes, & homines absorberi; vel κατ' ἀσφάλειαν * omnia in coram vanescere creduntur. Possunt enim hæc solentq; Genii multa, dum vel agentia tectè celeriterq; cum patientibus committunt: vel sensuum humores agitant perturbantque: atq; indidem & sibi fidem, & spectatori malum mali artifices quærunt. Verùm hæc, vt dixi, probra potius & dedecora queant appellari, quàm vt *Miracula* nomen, etiam κατὰ χρῆσιν * emereantur.

* *Per cautelam.*

* *Per Abusionem*

Hâc tamen impostura, non veteres magis quàm posteri quidam, gloriolæ fumos improbè sunt nundinati. Eorum non vltimi fuerunt, quos olim tyrannus *Ægyptius* cum *Mose* commisit: qui serpentes ranasque, siue verè producere, (quod alii volunt,) a

45. SPECIMINA VETERUM ORCI MIRACULORUM.

A. *S. August. lib. 3. Trinit. c. 7. & 8. Et lib. 83. qq. 79. Theodor. in Exod. Glycas p. 2. annal. S. Thom. Vide Pererium in Exod.*

siue certè veras viuasque aliunde adducere (quod in aliis placuit) *b* visi sunt; orci ministerio, in Dei iniurias connitente. *Neroni* deinde fucum his ipsis præstigiis fecit *Simon Magus*; cui veritas S. *Petrum* obiecit; vt, quò ille, malis artibus grassando, euaserat, indidem ab isto per maius sanctiusq; imperium retraheretur: *c* Excepit hunc *Apollonius*, & Canidiæ nepos non Ephesiis magè quàm omni Asiæ Europæque illusit: *d* triumphaturus in arte tam funesta, nisi *S. Ioannes*, magnis ibidem germanisque miraculis (quod veri est simile) magum retudisset.

Hunc longè pòst ille *Sedechias* est imitatus, qui *Ludouico Pio*, rerum potiente, populum tenuit: vbi histrio inspectante foro, plaustrum fæni, vnà

B. *Abulens. Caiet, Lipoman. Vide Delricum 2. Disquis. q. 6. & Salianum. tom. 2. Annalium.*

C. *Vide Clement. Rom. & in 1. tom. annul. Baronium & Gaulterij tab. vbi mille testes. Iustin. mart. apol. 2.*

D. *Philostr. in vita Apollonij. & Hierocles in Apolog.*

cum

cum equis & insidente auriga, hiante rictu crudeliter hausit, ac, nescio quà, deinde ridiculè effudit. *e* Multi dein alii cum *Carpocrate*, *Menandro*, *f Prisciliano*, & alijs *g* seculũ vetus infamarũt; qui pessimis postremò & ipsi documentis interière, & secum alios in cladem præcipites traxêre. Plerumque tamen his ipsis obuiam est itum, cùm in tempore DEVS veri nominis Thaumaturgos excitauit. Neque perspicacibus vnquam defuit nota, qua magicæ fraudis ludibrium, à seriis saniſque Cælitum ostentis dignorarẽt.

46. SPECIMINA recentium Orci Miraculorũ in Volaticâ tribu

Id verò lacrimis, & sanè vbertim, existimo prosequendum; quòd nostris quoque temporibus, hæc hominum probra labem afferre turpiorem perseuerent: quæ nos magnam partem *Islebiæ Grbennæq;* διδασκάλοις debemus; quippe per quos suis alumni telis armisque spolientur, qui-

E. *Trithem. in Chronol. Hirsaug. apud Delr. 2. disq. q. 8.*

F. *Ireneus lib. 1. c. 21. & 24. Euseb. 2. Hist. c. 20. Epiphan. hær. 27.*

G. *Seuerus Sulpit. in Sac. hist. lib. 2.*

bus aduersus Acheruntios conatus ante hac in primis muniebamur. Sed in hac hominum fæce, alii sunt, quos, dum artes has nanciscantur, pigitum non est, hosti Stygio infamem seruitutẽ seruire, maleq; haberi quotidie, & quasq; eius iniurias ferreâ patiẽtiâ tolerare. Hac ferè conditione viuunt moriunturque *volaticæ anus*, & imbrificæ Striges: quarum ars omnis in grandine cienda, aut fulmine torquendo, aut noxia pecori hominiq; ue danda consumitur; E quibus θαυμαστοεργὸς illa *Circe* in primis habetur, quæ in hirquiente capro, aut batillo, infami axungia delibuto, potest aliis sublimior crebriorque euolare. Et nidulantur eæ tam frequentes alicubi, vt ad *Lemanı* lacûs sentinam, tribus mensibus ad quingentas *Canidiæ* neptes nepotesque, illustri funere, in fauillam iisse, testetur panegyristes illarum *Danæus*: *h* Et eas quidem omnes *Gebennæ*, id est, in *Alcuini Zebaq*, gynæceo. Superi! quas tandem, & quot alias *Hecates* alumnas in toto

H. *Apud Delr. disq. mag. tom.* I. *in præfat.*

Calui

Calui imperio credendum est regnare?

Alii sunt æque aut arctius hostibus auctorati infernis: sed orci tamen ministerio vti, quam duci imperio, magis assueti; iiq́ue ceu reguli quidam ceterorum, quanto impunius peccare se rentur, tantò miserabilius ad suum prȩcipitium decurrunt. Assimulat enim vaferrimus hostis aliquamdiu fidem, & dieculæ aut tridui operam togatam his infelicibus præstat: dum de incautis opima repente spolia legat; ac perenni seruitio pòst obnoxios, immanis dominus, trahat. Et subiit mirari non rarò, qua patientia DEVS, hanc scelerum conflugem, hodieq́ue toleraret: Dum denique vir apprimè doctus, coniectura me non futuli iuuit. *a* Arbitratur enim grassantem hanc labem ea de re consultò permitti, ne quà *Diagoræ b* Sectatores, iam è *Calui* ludo turmatim pro-

47. SPECIMINA *recentiũ Orci Miraculorũ in alijs.*

A. *Gabr. Vasquesius in com. D. Thomæ 1. p. d. 20. n. 10.*

E. *Apud Ciceron. 1. de Nat Deorum.*

silientes, tam liberè præfracteque in ἀθεότητος crimen præcipites ruant; quàm alioqui ruerent, nisi his suis suorumque documentis arcerentur: dum ab Orci famulitio, quo vtuntur, liquidò discunt, esse vires alicubi, humanis sublimiores occultioresque; neq; omnia in oculos sensusq; incurrere, & cũ corporibus occũbere; sed *esse aliquid Manes, nec letho omnia finiri*; & quædam immortalitati consecrata, sine senio vel in gaudiis beatè, vel in suppliciis miserè perennare. Absque hoc foret, plerosque putat ille, aut omnes, iam palàm exclamaturos, solus *in orbe Deos fecit timor*. Ità propitium Numen, pessimas inferorum artes studiis contrariis ad hominum salutem vertere cogereque insistit. In hac factione nomen famamque θαυματουργῶν suis Indibrijs pronuper inuenêre, *Faustus* quidam, infaustæ sortis tenebrio; & *Scotus*, malo Magistro peior alumnus. Sed mihi præ vtroque *Cornelius Agrippa*; cuius illud vos arbitror non nescire, quod

quod ab eo *Louanij* factum, scriptores tradidêre. *c*

48. CORNELIJ AGRIPPÆ MAGIA.

IN huius cubiculum adolescens familiaris irruperat; & absente *Cornelio*, curiosè omnia scrutatus, in *Agrippæ* chartas quasdam, arcanorum conscias, inciderat; quibus magicum erat inscriptum carmen, quo ad imperium vocis, *Alastores Stygij* ab Orco arcessebantur. Videt adolescens infame carmen, subitq; eius, quod repererat, legendi libido. Cæpta iã commodùm lectio erat, atq; ecce tibi, adest ad ianuam hospes, & pultat. Alter nihildũ ominatus, etsi turbatur, tamẽ pergit in incepto, & legit Ergo hospes importunior, persistit obturbare, creberque ianuam cedere. Ille ne sic quidem abstitere, sed vocantem, quisquis esset, differre: Tertium igitur instare aduentor, & violentus demũ turbidusq; irrumpere. Hîc demum apparuit adolescenti, quẽ insciens vocârat, forma horribili Cacodæmõ. Quærit hic, ecquid se velit miser, quàmq; in rem aduocetur? Tiro, quid

C. Mart. Delr. 2. disq. mag q. 29. sect. 1. lit. b.

quámq; in rem aduocetur? Tiro, quid diceret ignarus, dum vocem colligit, & quà euadat, circumspicit; ab aduẽtore crudeliter acceptus, primis in rudimentis præfocatur: curiositatis miserabile exemplum. Haud multo pòst *Agrippa*, confecto negotio, domum reuersus, in procætion ingreditur; videtq; stratum humi informe cadauer, & facilè suspicatus, adolescentem intempestiuæ libidinis pœnas dedisse, cæpit id modò agere, quî cædis suspicionem (quâ laboraturum se, nî ingenio vteretur, sentiebat) ab suis ædibus diuerteret. Quare accingitur, & ipse noto iam carmine, veteranus imperator, stygem euocat; datoque negotio, genium familiarem, subire cadauer iubet, atque arte, quâ posset, in tutum efferre. Paretur: atq; ecce denuo! Surgit humi rediuiuus in speciem adolescens, seseque & alios circumspicit, iussusq; foras prodeambulare: per ædes, perque ædium scalas haud male in publicum euadit; inde rectà ad forum, & medium turbæ se infert, nihil à iunenum ceterorum

globo

globo diuersus. Sed ibi cùm aliquamdiu conspicuus, vitæ specimen dedisset, repente ceu sideratus collabitur, & socijs nequicquam sucollantibus, in mortuum iterato recumbit. Adhunc modum dilata tum cædis infamia, breui pòst in suspicionem, ac demum in rumores palàm erupit. Interim *Agrippæ* fugiendi locum occasio fecit: Vtinam & adolescentulis metum ad chartas *Agrippæ Faustiq;* lectitandas.

49. *Digressio quadam, de damno lectionis libri magici.*

QVÆ ego talia cum dicere vix dũ desiissem, annuit toto capite *Iulius*; votiq; perutilis necessitatem approbans: Tametsi hoc, inquit, non agimus, vt suasoriam hîc de libellis, quà voluendis, quà abstinendis declamemus: tamen delapsâ mihi in sinum occasione non prætermittam, de hoc ipso (quem rectè abdicasti) *Infausto*, tragicæ rei factũ recensere: quod annis ab hinc amplius triginta, viris grauibus *a* compertum deprehensumq; esse memini. E familia nobili iuuenẽ,

A. *Admodum R. & Magnifico Viro Vdal. Haggero, Eccles. Cathed. Frising. Decano; cum plurib. testibus.*

paupertas militare subegerat. Ibi ille, (quod haud ita crebrum est) melior cæpit seipso fieri atq; à *Luthero*, cuius placita iam puer hauserat, ad Catholicos redire; magnis, vt ita vellet, momentis inductus. Re igitur effectâ, ad suos ex interuallo reuertit. Qui vbi hominem à suâ disciplinâ diuertisse rescierunt, ceu alienum auersati, & nullâ ope adiutum, domo excludunt. Falsus animi Iuuenis, iamq; à necessarijs desertus, & quid porro tentaret, ambiguus, cõstituit postremò castra repetere. Bidui iter aut tridui emens[9], cæpit rei pecuniariæ commeatu laborare; &, quod vsu plerisq; venit, multum viæ, parum pecuniæ reliquum habere: Tres quatuorúe non plus sestertios numos, in vnam famem, nec valde delicatam, prodigendos. Eo peculio instructus, tabernam ingreditur vinariam, (credo, vt veteri more, propter viam faceret, loculosque cum patrimonio comesset:) iubet aliquid parari, cui tenue marsupium foret soluen-

uendo. Interim accumbit mensæ, & futuræ mox egestatis metuens, omnem in partem, vt anxij solemus, oculos conijcit: videt, ad fenestræ forulos, libellum, illuc à familiâ neglectim abiectum. Aperit imprudens; legit malè ominatum *Infausti* nomen: & ignauâ manu, libri paginas nullo ordine versat. Hîc inauspicato locum incidit, vbi ratio modusque perscribitur, quo numos infelix ille ab Orci trapezita emunxerat. Et iste continuò secum; quid tibi si eadem argenti conficiendi ratio ostenderetur? Simul colligens animum, & quod temere insanierat, detestatus, librum cùm deuotionibus abiecit: DEVM precatus, nequà votum imprudens, euentum sortiretur. Inter hæc, dapes non valde dapsiles, & Zythi sextarius inferuntur: quibus ille breues à fame sitique inducias pactus; è tabernâ, & mox de oppido egreditur. Delat⁹ in patente campū, & diu de hominum, quos nullos obuiam haberet, solitudine questus; conspica-

ſpicatur denique exaduerſus procerâ mole opilionem venire. Quem & mox de viæ diuerticulis ſciſcitatus; audit, magno ſe opere de viâ aberraſſe: viæ tamen compendium, ſi ſequeretur, oſtendi poſſe. Non abnuit ſequi miles opilionem. In via vltro citroq; multa. Ventum eſt eò demũ, vt opilio requireret, cuiatis homo eſſet, quidque conſilii animo verſaret. Etenim, niſi frons mentiretur, eum ſibi ſubtriſtem videri. Reſpondit candidè, quòd erat; addiditque; ducem ſe quærere, cui militaret. Hîc renidens opilio. Enimuerò, ducem ſe eſſe, & in tempore, volones, ſi qui eſſent, colligere: ſimul auri crumenam, ſi cuius egeret oſtendere. Non potuit miles, quin ſubitum, in Paſtore ducem miraretur: At alter aſſeueratè, rem eſſe, contendere: & nempe pericula itinerum cauſſari, quæ perſonam eiuſmodi induxiſſent. Multa in tempore ſapienter diſſimulari; quædam, ubi neceſſe ſit, etiam ſimulari oportere. Ita perſeuerat homini fucum facere, deque

que pusulato argento philippicos aliquot, nõ auarè nec parcè, obtrudere. Eos cùm diu miles animo magno repudiasset; ac tandem, cui imperatori copias ille scriberet, & cui hosti bellum faceret, requisisset: opilio diu cunctatus, denique quis esset, quidq; ageret, confitetur; *Principi se Imperatoriq; Mundi militem auctorare.* Territus immanè Iuuenis, ominoso auspicio, diuinam ingenuè opem clamat: nec stipendiis talibus auctorari se velle professus, omnem veteratori conditionem renuntiat. Atque abiit ex oculis tum quidem mimus; sed breui post reuersus, assiduis non solùm insidiis petere Iuuenem, sed damnis etiam iniuriisque incessere dein perseuerauit: iam numeratum argentum fuisse, iam sacramentum dici cæptum; serò miserum à conuentis resiliisse; firmata sibi iam, pactaque fœdera esse: victimam illum orco deberi; id solùm interesse, volens libensque immolari, quàm contumax rapi trahique præoptet. Et si porro abnuere per-

pergat, se verò lacessere perrecturum; nec prius desiturum infestum esse, quàm in potestatem venisset. Inde fugienti, modò laqueum, à quo se necteret; modò ferrum quo pectus hauriret; modò præcipitium, per quod se deuolueret, monstrare: & pugnæ huius tum finem facturũ sese, cùm ille vitæ fecisset. Ita circumibat iuuenis infelix, & lacrymans apud notos ignotosq; remedium nequicquam sollicitabat. Tanto nimirum stetit vnius temeritas lectionis: & lectionis, non annis mensibusque continuatæ, sed per imprudentiam cæptæ simul desitæque. Quid iam de illis suspicabimur, quorum nocturnus diurnusque labor est, *Thessaliam* omnem *Colchosq́*, euoluere? Quid iuris in illos Tartareus hospes nõ arrogabit? quos, in tam improbo studio defixis laqueos, & quas insidias non locabit? Verùm hæc ego metuo ne intempestiuus illis occinam. Magis est, vt quod tibi reliquum est huius argumenti, auscultem.

CA-

CAPVT XIII.

Præconis Σφάλμαλα *in Miraculis Tertij generis.*

MIHI verò vix erit, *Iuli*, quod his addam, si propositi memor, tenere meis me finibus velim. Nam vti hæc siue *Naturæ* & *Artis*, siue *Orci admiranda* non planè omissa oportuit; ità & rei summam suffecerit hactenus attigisse, vt per ea ceu reicula & spuria, viam nobis ad vera probaq; *Cæli Miracula* sterneremus. At nondum ego te, inquit *Adulphus*, hàc ~~sinam exire, nî prius~~ ostenderis, an Præco meus, ne per hæc quidem *tertij generis ostenta*, transierit immunis. Certè enim, cum hîc tu conticesces, arbitrabor, meum omnia pererudité sapienterq́ue disputasse. Facis id tu *Adulphe* præclarè, quòd ordine mones. Nam ego ad decumanas hominis virtutes properatur⁹, pumilas quasdã & nanas eius elegantias vix habuerã pensi. Adnumerabo hîc tamen perfunctoriè duas: quas quàm affabre venustas esse tu putes, tibi relinquam. Alte-

56. QVID *præco in his Orci Miraculis alluciretur.*

Alteram harum proſtituit homo cõtemplandam in totius libri cataſtâ; dum paſſim vociferatur, *Romana Miracula, fuiſſe omnia merum Orci aut commentum, aut ludibrium.* * Et hãc, toto volumine ſecundo, χρίσεως meæ ſubijciam. Alteram exhibet ſingulariam, pagina XXXII. vbi in ijſdem Stygis præſtigijs reponit, *Samuelem* illum, quem regum hiſtoriæ meminerunt, à mortuis ad Saulem eſſe, conſilij causâ, euocatum. *a* Quod poſtremum ſeſe ferreis argumentis gloriatur confirmaſſe. *b Tannerum* verò inſcitè nimis erraſſe, cùm, ab Empusâ fanaticâ, mortuum diceret ad viuos reductum fuiſſe. Σπεύδε βραδέως, * mi homo: Non ſubſequor tam violenter properantem. In plano, facilis eſt venia currenti: per præruptа ſalebraſq; cum feſtinatur, in procliui

* *Præco de Mirac. pag. 166. & 175. & pag. 211. 240.*

* *Feſtina lentè.*

A. 1. *Reg.* 28. §. 15. *Eccleſ.* 46. §. 25.

B. *Præco, in Antikell. Tom.* 2. *art.* 7. *p.* 1. §. 13. *pag.* 403. ganz vngereimbt iſt / daß Tanner / *in Colloquio Ratisb. pag.* 49. fürgeben / daß auch die Zauberine die Todten erweckt.

eſt

est lapsus. Sensim ac pedetentim hàc prouehamur.

NAM quibus, quæso, te ais tam ferreis argumentis rem euicisse? Nos certè, cum vixdum tentassemus, plũbi recrementa sensimus; neq; malleo aut clauâ nobis opus, ad scoriam hãc confringendam, rumpi talitro potest. Agedum tamen & quædam illorum recognosce. Principiò sic vtiq; aut túte mihi dices, at vicem tuam, aliquis certè tuorum. *Ille, qui in Colloquium cum Saule venit, ei disertè prædixit, cras tu & filij tui mecum eritis. Samuel igitur esse is denuntiator non potuit.* Audio dudum: sed iam, quo tibicine labantem conclusionem effulcias, vsq; exspecto. *Imò enimuero*, inquies. *Nam inter improbos Samuel certè non erat: Et si profectò improbus Saul erat. Quare hunc ab illo, id est, à sanctissimo nequissimum contubernalem, exspectari non decuit; vt vnà nempe vterq; degerent, & aternitatem aut ambo misere (quod alienum à Samuele) aut ambo feliciter (quod abhorrens erat à Saule) exigerent. Restat*

51. PRAECONIS *argumẽtum in contra Samuelem.*

stat igitur, non Samuelem Sauli, sed in Samuelis ore Cacodæmonem apparuisse. a Peroraſti cauſſam, ſi omnia dedero. Tametſi nondum eſt, cur viciſſe te credas; quædam hodie nunquam exorabis. Nam quod ais, excitatos Manes denuntiaſſe Sauli, *cras eum filiosq́, ſecum futuros*, id aio bifariam dici poſſe. Vel enim mens erit, vt regem impium æquâ loci conditione manſurum apud ſe indicârit? tũ vltro dabimus, denuntiari hæc â ſanctiſſimo vate non potuiſſe. Quamquã quis coget, hanc fuiſſe mentem concedere? Non conceſſerunt *Auguſtinus*, non alij. b Vel ſenſum hunc faciet, vt voluerit, regem ſacrilegum eâdem fore conditione mortis, & mox ad plures iturũ, quo *Samuelem* præiſſe meminiſſet? tum ſtupor eſt, quisquis hæc denuntiari à germaniſſimo *Samuele* negat potuiſſe. Et hoc nimirum fuiſſe, ipſamet oratio; & cum

A. *Præco in Antikell. p. 2. pag. 404. arg. 7.*

B. *Apud Iacob Salian. tom. 3. Annal. an. 2977. n. 39. Vt mox plurẽbus dicetur.*

Augu-

Augustino, ratio persuadet. Fac enim, laruam stygiam verbis ijs ad parem loci conditionem adspexisse, quâ *Saulem* die postero futurum apud inferos monstrârit : quid liberis tum eius factum dicemus? An itidem in præceps, iêre cum improbo parente, æternùm infelices ? At in his & *Ionathas* fuit, (animæ dimidium, & τὸ πάνλα *Dauidis c*) quem iuuenem vix est vbi legamus accusatum : sæpe sæpius laudant, & cum beatioribus collocant, magni coniectores. *d* Igitur veri fit similius, in hac *Samuelis* vaticinatione, ad æquallitatem mortis, bonis iuxtà malisque supparem, alluſum tantummodo fuisse.

Sed alterum mihi video telum intentari; & ferrum vtique recipiendum, nî elam effugero. Quid enim? *Ille, qui Sauli euocanti stitisse se legitur,* 52. PRAECONIS *argumẽtum 2. contra Samuelem.*

C. *1. Reg. 18. §. 3. & alibi sæpe.*

D. *Rabanus comment. in lib. 1. Reg. c. 20. Beda lib. 4. in Samuel c. 7. Lyranus 1. Reg. 28. Abulens. q. 10. in c. 31. Quãquam hæreat Bern. & seuerius censeat S. Hieronymus.*

certè

certè carmine magico, ad vetulæ imperium fuit auctoratus, & ab inferis ad colloquium adductus. Atquî nullum vetulis, & hisce Circes gynæceo reginis, imperium fuit in Samuelem; quemadmodum nec in alios est manes cælo destinatos. Quare illum, qui ad Saulem prodyt, personatum esse Samuelem, id est, Cacodæmonem aut Cacodæmonis spectrum oportuit. *a* Nihil agit aduersarius, ne hîc quidem. Nam ille, quem annus bustuaria dicitur euocasse, prodiit sanè, sed non vtique vi tristis odarii, quod *Hecatea* nurus ad rhombum occentauit: (etenim fatemur, præficas hâsce, earumque lessos, nihil in Manes, præsertim pios, habere iuris *b*) verùm prodiit ille imperio nutuque cælesti admonitus: ita quidem, ut, tametsi mulier ritus eliciendis Manibus idoneos peregerit, ii ta-

A. *Prætor. in Antikell. 2. p. pag. 403. arg. 4.*

B. *Vt doctè prater alios ostendunt Gasp. Sanch. 1. Reg. 28. n. 18. & seq. Et Iacob. Salian. supra laudatus. n. 81. 82. & 85. Serarius 1. reg. c. 28. q. 1. & alij. cum Tertulliano, Theodoreto, Augustino, Isidoro, &c.*

men

men irriti prorsus atque inefficaces ceciderint: DEVS autem nihilo secius iure suo *Samuelem* miserit, qui minas & interitum regi nuntiaret. Accedit, quod *Sanchius* vir cum primis litteratus, propemodum ἀποδεικτικῶς probat; prius exsiluisse ab humo *Samuelem*, quàm à necromantide anu ullum funestæ artis experimentum caperetur. A quâ sententiânon abludit illa fæminæ consternatio, ad *Samuelis* adspectum exorta; quippe quem cerneret, non eo modo prodire, quo sæpe viderat cetera vmbrarum spectra, suis carminibus excantata, prosiliisse; sed hunc prius omnino erupisse, quàm ritus à se ferales ac necromantici adhiberentur.

Grauius porro fulmen est, quod ab auctoritate vibratur. * Nam, *Samuelis* duntaxat simulacrum & vmbratilem laruam fuisse, pugnant *Tertullianus*; *a* *Iustinus*, *b* *Augustinus*: *c* Magni testes; confiteor, & quan-

53. PRAECONIS argumẽtum contra Samuelem. * præco Anticell. p. 2. pag. 405. col. 1. &c.

A. *Tertull. lib. de anima c 57.*
B. *Iust. mart. in libro Quæstion. ad Gentes q 52.*
C. *August. ad Simplic. lib 2. q. 3. & alibi.*

quantæuis rei firmandæ idonei; Nisi cùm vel ipsi vacillant, vel testibus itidem magnis, & verò pluribus aduersantur. Vtrumque hîc factum. Etenim *Iustinus* iam alibi se ipse expugnauit *d* dum, animas corporibus superstites esse, etiam hoc argumento docuit, quod *Samuelis* anima ad *Saulem* rediisset. Vbi si in *Samuelis* animâ, *Samuelis* duntaxat vmbram, & vmbratile spectrum voluit; neruo animâque argumentum caruit. Quare aut suspectus alter *Iustini* liber est, & subditiuus, quod quidam volunt, *e* aut certè mutato consilio, Martyr in nostras partes aliquando concessit. De *Augustino* quid dicam? Disputasse eum vtramque in partem: & quamquam alteri esset propior, nostræ tamen hostem non fuisse. Quin totus videtur ad nos transiturus iam tum, fuisse, si classicum esse *Ecclesiastici* volumen, vti iam est, didicisset. *f* Et

D. *Iustin. Mart. in Dial. cum Triphone.*

E. *Salian. loco cit. n.* 80. *Sanch. comm. in 1. reg 6.* 28. *n.* 14.

F. *Salian. ib. Quod ipsum de S. Thom. lucenter docet. Gasp. Sanch. cit. n.* 14.

pro-

profectò mutasse sententiam, atque nobiscum denique sensisse, liquet ex eo libro, quem de cura mort. scriptum reliquit. *g Tertullianus* adhuc obnititur? Sed eidem nos & *Basilium*, *h* & *Ambrosium* *i* opponimus; duos, vni vel *Herculi*, formidandos. Quibus ipsis auxiliares copias succenturiamus *Iosephos*, *Tostatos*, *Caietanos*, *Lyranos*, *Hugones*, *Valesios*; & cum his *Suarios*, *k Bellarminos*, *l Delrios*, *m Serarios*, *n Sanderos*, *o Salianos*, *p Pererios*. Demus tamen deesse hos nobis testes; an non ipsa pro nobis oracula satis loquentur? Vocant eum, qui *Sauli* minatus est, ἀπλῶς *Samuelem*;

G. *Lib de cura pro mort. cap. 15. & 16.*

H. *Basil. epist.* 80.

I. *Ambros. lib. 1. in Luc. cap. de Zachar. turbato.*

K. *Suar. 3. p. tom. 2. d. 42. sect. 2. & de relig. tom. 1. tract. 3. lib. 2. c. 16.*

L. *Bell. tom. 1. lib. 4. c. 11.*

M. *Delr. 2. disq. mag. q. 6. & q. 26. sect. 4*

N. *Serar. q. Reg. c 28.*

O. P. *Sanch. Salian. locis cit. Pererius. in cap. 7. Exods. 18. Vide plures etiam apud Suar. loc. cit.*

idque iterum atque iterum, idque quinquies non minus aut sexies. Etsi τὸ ῥητὸν * perpendamus, nusquam vestigium est, quod *vmbra Samuelis* potius, quàm *Samuel* ipse litteris diuinis impresserit. Expressius testimonium pro nobis dicet *Ecclesiasticus*; q cuius verba ad neminem queunt alium trahi, quàm ad verum *Samuelem*. Legantur, examinẽtur: vim sibi clamabunt fieri, si spectrum quodcunque somnietur. Quamquam hìc negabunt, vt mos est, hæretici, librum esse Canonicum. Et certè dubitatum est quondam etiam à bonis: r Nunc præterquàm à malis desitum ambigi, posteà quàm eiusdem Ecclesiæ scito liber hic in classem receptus est: cuius vnius indicio nobis auctoritas & cæterorum voluminum fuit approbata. s Nos tamen vt liberaliter agamus, sinemus, illis reiculum à Canone id volumen videri; an proinde hanc in rem ne humanæ quidem fidei tantùm

*Ipsum dictum, aut literam.

Q. *Eccles. c.* 46. *v.* 23.

R. *S. Thom.* 1. *p. q.* 89. *a* 8. *ad.* 2. *S. August. ad Dulcit. q.* 6.

S. *Concil. Trident. sess.* 4.

Eccle-

Ecclesiasticus habebit, quantum apud *Islebios* in maiori *Salustius* haberet?

NAM alias hoc genus venustates, piget refutare, vt quas videam à pueris etiam nostris rideri. Eas tamen quia velle videmini cognosse, damnabo vestri vos voti; & aliquas hîc moris caussa, recitabo. *a* Principio, *Si verus is Samuel fuit; quæram*, inquit, *an totus ille, quâ corpore animâque; an dimidiatus solùm, qua animâ paruerit? Si totus? vnde ius istud Cacodæmoni fuit, vt corpora post liminia animaret? Si dimidiatus, in anime simulacro apparuit? Quis color fuit ei, vt animus oculis mortalibus spectaretur?* Ingeniosè, mi bucinator; vt si dicerem: *e Archangelus*, cum *Virgini Beatæ*, *b* nuncium salutis ferret; ei vel corporeus adstitit, vel corporis expers. *Si corporeus*: Vnde angelus suum sibi corpus conformauit? *Si corporis expers*: Quî, quæso, aspectabilis esse, videriqúe oculis mortalibus

54. QVAEdam alia praconis argumẽta.

A. *Praco in Antikell. p. 2. pag. 403. quæsito.* 1.

B. *Luc.* 1. v. 28.

potuit; cum spiritibus nullus sit color? ὦ οἵα κεφαλή, καὶ ἐγκέφαλον οὐκ ἔχει. * *Iterum*, *c cum Samuel*, inquit, *iste vestem amictus sericam prodierit*; *quaram*, *quo tandem pacto vestis ea tamdiu vel in patrum limbo*, *vel in tumulo ἄφθαρτος & incorrupta quiuerit conseruari*? Vestram fidem, ciues! Difficilem atque impeditam, plus *Gordio* nodo, quæstionem. Quam vtique prolixè disputandam sibi, subtilis homo reseruat, dum nouum in suis Alpibus *Doctorem* renuntiet. Ideo intactam ei tantisper præstabo: Atq; id solum interea vicissim sciscitabor; quæ scriptura tradat, vestem hanc *Samuelis* fuisse *Sericam*? Nam *Samuelem* Græci quidem ἀναβεβλημένον διπλοΐδα faciunt; *d* Quam vocem cùm *Hieronymus e* ceteriqúe & ipsa Chaldaica paraphrasis, *f pallium aut tunicam* vertissent: Præco *g* &

*ὁcaput elegans; sed cerebro careni.

C. *Præco. ibid. pag. 404. quæst. 6.*

D. *Septuaginta. 1. Reg. 28. indutum diploide.*

E. F. *In Bibliis reg. 1. reg. c. 28. §. 14.*

G. *Præco Antikell. cit.*

Lutheri

Lutheri Biblia, *h* tunicam planè *sericam* fecerunt; *lineam*, fortasse facturi, si veteres *sericam* vertissent: tantum in his studium est, à maioribus dissentiendi. Certè autem *Dasipodius*, si in tempore scisset hanc nomenclaturam, auctiorem gymnasiis reculam concinnasset. Interim gratulabuntur hac fortuna sibi mendicantium greges; qui cum crederent *pallia* se gestare, videbunt iam insperatò, *Tunicis* propè *holosericis* humeros grauari: Magno Miraculo! Quod Præco tuus, *Adulphe*, cùm aliud nullum habeat, primum poterit inter sua recensere. Nempe in voce Hebraica מעיל primi isti textores *sericum* latére viderunt, cùm *Hieronymus* & *Interpretes* septuaginta, (vtique linguarum rudes) solum ibi *Pallium* vidissent: honoratius quidem illud, sed nondum serico textum. *i* Postremo denique, quærit argutè præco: *Cur umbra illa, si Samuelis reuerâ fuit, permi-*

H. *Luth. Bibl. germ.* 1. *Reg.* 28. ℣. 14.
Ein Seidenrock.
I. *Præco Antikell cit. quæsit.* 7.

ſerit à Saule ſe adorari: quod ſibi ne Angeli quidem permittendum cenſuêre? Miras mihi anguſtias! Iam frigidùm totus madeo. Sed ne nihil tamen agam; ſciſcitabor ex eodem & ego; cur *Abraamus* (homo diuinorum haud ignarus) *populũ terræ, filios Heth adorauerit: &* cùm ne Angeli quidem ſuſtineãt adorari? Hîc, quod ille pro *Abraamo* fortaſſe reperiet, id me *Samueli* purgando putet reſponſurum. Atque hæc, opinor, plus ſatis ſunt, ad retundendam hominis Thraſonis arrogantiam; quâ ſeſe credidit, *Samuelem* adamantinis rationibus iam expugnaſſe: cùm nondum iis ne vmbram quidem *Samuelis* territârit.

55. CALVM nia, quã præco lã nero fe cer.

Hîc *Baptiſta Iulius Adulpho*, prudenter, inquit, tuus præco, minuſque temere egiſſet, ſi coniecturis quibuſdam, & ratiunculis rem ſe feciſſe probabilem dixiſſet; quis enim vitio tum verteret? Ceterûm ita ampullari, inuictumque argumentorum

K. Geneſ. c. 23. §. 7. & 12. & de alijs ſacram.

pondus

pondus * gloriosè promittere, quod tamen ad aranei telam rumpendam ægrè sufficeret, quis à culpâ stultitiâq; excuset? Ego, inquit *Adulphus*, nunquam audire me memini, valde magnum sui contemtorem esse. Sed veniam tamen dandam superbiæ censui, quâ admirator populꝰ generasset. Est enim inter Alpes, & Alpiū inquilinos tanti præco, vt ei difficile sit, cristas non erigere; cùm assentari sibi tot Alpigenas videt: homo cetera facilis ad laudes suas, quas & patientissimè audit. Nunc illud magis aueo cognosse, quid pro *Tannero* tu habeas dicere; cui suprà indicasti præconem nescio quid rude improbumque, in hoc ipso argumento exprobrasse? Odit enim angue peius *Tannerum*: & suspicor, esse occultiorem odii causam, quàm eum fateri rubor sinat. Pro *Tannero*, quid habeam, requiris? Istud è multis, *Adulphe*: Insontem à Præcone tuo per calumniam esse luculentam traductum. Impera patientiæ tuæ: docebo. *Tannerum* ait *ingens insciti documentum in Colloquio Ra-*

* *Prætor de Miracul. pag.* 32. mit vnwidertreiblichen Argumenten.

tisponensi palàm dedisse, quòd manes diceret, posse per rhombos magicos in vitam reuocari. a Ac ne quis ambigat rem ità se habere, pagellam *Colloquii* diserte ac nominatim adscribit, *vndequinquagesimam. b* Ite vos, obsecro, & quotquot alii estis, eritisue, ite per omnes *Colloquii* paginas: & quod *Monachij*, quodque *Lauingæ*, (vbi præco tum iste regnabat) typis est editum exemplar, lustrate; idque *Argi* non perfunctorie, sed inconniuis oculis uniuersum exite & lustrate: tum si vnam ibi, aut vsquam alibi in toto volumine, vocem *Tanneri* repereritis huius culpæ affinem, porro non intercedam, quin præconem, tametsi nocentissimum, absoluatis. Quod si autem nunquam *Tannero* graui Theologo, vox ulla, cuius hic reus agitur, excidit: Vos aliquando tandem oculos sensusque aperite, quibꝰ, non mendacia, (huic monstro

A. *Præco de Miracul. pag. 32, & inf. in Indice. Verbo* Ad me vero *supra sunt verba citata germanicè, litt. B. ad marginẽ.*
B. *Colloq. Ratisp. pag 49.*

fami-

familiaria) sed conuitia calumniasq; lege *Remmiâ* proscripta, & hominibus æquè superisque damnata, boni iudices improbetis. Et verò deprehendendæ huîc calumniæ peridoneum id fuit, quod Præco paginam quoque adscripsit, in quâ *Tanneri* disputatio tam absurdè inscitéque peccârit. Est ea, quod iam scitis, vndequinquagesima Lauingani codicis *a* (nam hunc Præco solum allegat) certè autem ex eo ipso codice satis liquet, *Tannero* ante tertiam & septuagesimam paginam, eius quidem editionis, nullum adhuc in toto colloquio facilè verbum excidisse. Quid factum igitur oportuit, vt auritus Præco loquentem iam tum & stupidè allucinantem *Tannerum* audiret, prius quàm loqui *Tannerus* inciperet?

Quæris tu, inquit *Iulius*, quid fuerit factum? Ego iam reperi. Factum nempe à tuo Præcone est ingens *Miraculum*. Ecquod enim tu maius miraculum exspectes, quàm ut *Tannerum* audiat quis loquentem, ante et-

56. PRAECONIS *Miraculum in calumnia faciendâ.*

A. *Colloq. Ratisp. Lauinga excusum. pag. 49*

iam quàm loquatur. Sunt apud *Iberos Zahuri* quidam; quos ferunt *b* tam esse probè oculatos, vt quicquid est visceribus terræ abditum, id omne velut per crystalli glaciem clarè conspicentur: nec eos cadauera, si qua cœmiteriis defossa putrescant, morentur, quin illa, per incumbentium marmorum opacas moles traiectis oculis, intueantur. Perspicax gentis acies, quis neget? Verum ad hos *Præconum* obtutus, noctuæ ii talpæque meræ, & pleni τῆς ἀαγχοίας. * Hi enim nostri præcones ea quoque transpiciunt, & è libris memoriter legunt; dicique ac disputari liquido iam audiunt, quæ nondum vsquam aut scripta aut dicta, aut ficta exstiterunt. Ceterùm cedò sis librum; experiar, an ego te sim perspicacior; & *Tannerum*, quē in quadragesimâ nonâ paginâ tu frustra quæsiisti, ego inibi aut scriptum inveniam, aut audiam certè

*Cacitatin.

B. *Vairus lib. 2. de fascino cap. 4. Rhodig. lib. 16. antiq. lect. c. 2. Delrius comm. in Medeæ versum 231. & 1. disquis. c. 3. q. 4. litt. f.*

disputantem. Ita *Iulius* cùm librum curiosè dispexisset, & nusquam ibi comparere ullum *Tanneri* vestigium deprehendisset; fassus est, hominem *Alpinum* in bonæ mentis fideique patrimonio decoxisse. Sed inhærebat lateri *Adulphus*, vnaque cum *Iulio* librum euoluebat. Iamque & ipse spem de vindicando Præcone abiecturus; animum insperato recipit: nobisque insultans, hic, exclamat, capti planissimè iam estis. Simul in extremâ paginâ, hæc de Magis verba commonstrat, *solebant etiam mortuos exuscitare, vt exemplo Saulis & Samuelis probatur.* Mox, absoluite meum mihi Præconem, inquit; aut litem ego vobis non dubiam contestabor. Ego; parcius hæc paullò *Adulphe*, dum quos, & quâ de re, accuses, liqueat. Cuius enim hominis illa sunt verba, quæ modò recitas? Si *Tanneri!* nihil porro caussabimur, quin Præconi tuo vapulatum dedamur. Sin cuiusuis alterius! lege talionis age, & nobis Præconem tuum dede. Hic *Adulphus* oculis iterato defixis, no-

idque iterum atque iterum, idque quinquies non minus aut sexies. Et si τὸ ῥητὸν * perpendamus, nusquam vestigium est, quod *vmbra Samuelis* potius, quàm *Samuel* ipse litteris diuinis impresserit. Expressius testimonium pro nobis dicet *Ecclesiasticus*; q cuius verba ad neminem queunt alium trahi, quàm ad verum *Samuelem*. Legantur, examinẽtur: vim sibi clamabunt fieri, si spectrum quodcunque somnietur. Quamquam hîc negabunt, vt mos est, hæretici, librum esse Canonicum. Et certè dubitatum est quondam etiam à bonis: r Nunc præterquàm à malis desitum ambigi, posteà quàm eiusdem Ecclesiæ scito liber hic in classem receptus est: cuius vnius indicio nobis auctoritas & ceterorum voluminum fuit approbata. s Nos tamen vt liberaliter agamus, sinemus, illis reiculum à Canone id volumen videri; an proinde hanc in rem ne humanæ quidem fidei tantùm

*Ipsum dictum, aut literam.

Q. *Eccles. c. 46. v. 23.*

R. *S. Thom. 1. p. q. 89. a 8. ad. 2. S. August. ad Dulcit. q. 6.*

S. *Concil. Trident. sess. 4.*

Eccle-

Ecclesiasticus habebit, quantum apud *Islebios* in maiori *Salustius* haberet?

NAM alias hoc genus venustates, piget refutare, vt quas videam à pueris etiam nostris rideri. Eas tamen quia velle videmini cognosse, damnabo vestri vos voti; & aliquas hîc moris caussa, recitabo. *a* Principio, *Si verus is Samuel fuit; quæram*, inquit, *an totus ille, quâ corpore animâque; an dimidiatus solùm, qua animâ paruerit? Si totus? vnde ius istud Cacodæmoni fuit, vt corpora post liminio animaret? Si dimidiatus, in anime simulacro apparuit? Quis color fuit ei, vt animus oculis mortalibus spectaretur?* Ingeniosè, mi buccinator; vt si dicerem: *Archangelus*, cum *Virgine Beatæ*, *b* nuncium salutis ferret; ei vel corporeus adstitit, vel corporis expers. *Si corporeus*: Vnde angelus suum sibi corpus conformauit? *Si corporis expers:* Quî, quæso, aspectabilis esse, viderique oculis mortalibus

54. QVAEdam alia praconis argumēta.

A. *Praco in Antikell. p. 2. pag. 403. quæsito.* 1.

B. *Luc. 1. v. 28.*

potuit; cum spiritibus nullus sit color? ὦ οἵα κεφαλή, ἢ ἐγκέφαλον οὐκ ἔχει. * *Iterum*, *c* *cum Samuel*, inquit, *iste vestem amictus sericam prodierit*; *quaeram*, *quo tandem pacto vestis ea tamdiu vel in patrum limbo*, *vel in tumulo ἄφθαρτος & incorrupta quiuerit conseruari*? Vestram fidem, ciues! Difficilem atque impeditam, plus *Gordio* nodo, quæstionem. Quam vtique prolixè disputandam sibi, subtilis homo reseruat, dum nouum in suis Alpibus *Doctorem* renuntiet. Ideo intactam ei tantisper præstabo: Atq; id solum interea vicissim scisciabor; quæ scriptura tradat, vestem hanc *Samuelis* fuisse *Sericam*? Nam *Samuelem* Græci quidem ἀναβεβλημένον διπλοΐδα faciunt; *d* Quam vocem cùm *Hieronymus* *e* ceteriq; & ipsa Chaldaica paraphrasis, *f* *pallium aut tunicam* vertissent: Præco *g* &

*ὁcaput elegans; sed cerebro carens.

C. *Praco. ibid. pag. 404. quæst. 6.*
D. *Septuaginta. 1. Reg. 28. indutum diploide.*
E. E. *In Bibliis reg. 1. reg. c. 28. §. 14.*
G. *Praco Antikell. cit.*

Lutheri

Lutheri Biblia, *h* tunicam planè *sericam* fecerunt; *lineam*, fortasse facturi, si veteres *sericam* vertissent: tantum in his studium est, à maioribus dissentiendi. Certè autem *Daspodius*, si in tempore sciisset hanc nomenclaturam, auctiorem gymnasiis reculam concinnasset. Interim gratulabuntur hac fortuna sibi mendicantium greges; qui cum crederent *pallia* se gestare, videbunt iam insperatò, *Tunicis* propè *holosericis* humeros grauari: Magno Miraculo! Quod Præco tuus, *Adulphe*, cùm aliud nullum habeat, primum poterit inter sua recensere. Nempe in voce Hebraica שֵׁשׁ primi isti textores *sericum* latére viderunt, cùm *Hieronymus* & *Interpretes* septuaginta, (vtique linguarum rudes) solum ibi *Pallium* vidissent: honoratius quidem illud, sed nondum serico textum. *i* Postremo denique, quærit argutè præco: *Cur vmbra illa, si Samuelis reuerâ fuit, permi-*

H. *Luth. Bibl. germ.* 1. *Reg.* 28. v. 14.
Ein Seidenrock.

I. *Præco Antikell cit. quæst.* 7.

ſerit à Saule ſe adorari; quod ſibi ne Angeli quidem permittendum cenſuêre? Miras mihi anguſtias! Iam frigidùm totus madeo. Sed ne nihil tamen agam; ſciſcitabor ex eodem & ego; cur *Abraamus* (homo diuinorum haud ignarus) *populũ terræ, filios Heth adorauerit*: & cùm ne Angeli quidem ſuſtineãt adorari? Hîc, quod ille pro *Abraamo* fortaſſe reperiet, id me *Samueli* purgando putet reſponſurum. Atque hæc, opinor, plus ſatis ſunt, ad retundendam hominis Thraſonis arrogantiam; quâ ſeſe credidit, *Samuelem* adamantinis rationibus iam expugnaſſe: cùm nondum iis ne vmbram quidem *Samuelis* territârit.

55. CALVMnia, quã præcõtãnero fecit.

Hîc *Baptiſta Iulius Adulpho*, prudenter, inquit, tuus præco, minuſque temere egiſſet, ſi coniecturis quibuſdam, & ratiunculis rem ſe feciſſe probabilem dixiſſet; quis enim vitio tum verteret? Ceterùm ita ampullari, inuictumque argumentorum

K. *Geneſ. c. 23. §. 7. & 12. vt de alijs ſacram.*

pondus

pondus * gloriosè promittere, quod tamen ad aranei telam rumpendam ægre sufficeret, quis à culpâ stultitiâq; excuset? Ego, inquit *Adulphus*, nunquam audire me memini, valde magnum sui contemtorem esse. Sed veniam tamen dandam superbiæ censui, quâ admirator popul⁹ generasset. Est enim inter Alpes, & Alpiũ inquilinos tanti præco, vt ei difficile sit, cristas non erigere; cùm assentari sibi tot Alpigenas videt: homo cetera facilis ad laudes suas, quas & patientissimè audit. Nunc illud magis aueo cognosse, quid pro *Tannero* tu habeas dicere; cui suprà indicasti præconem nescio quid rude improbumque, in hoc ipso argumento exprobrasse? Odit enim angue peius *Tannerum*: & suspicor, esse occultiorem odii causam, quàm eum fateri rubor sinat. Pro *Tannero*, quid habeam, requiris? Istud è multis, *Adulphe*: Insontem à Præcone tuo per calumniam esse luculentam traductum Impera patientiæ tuæ: docebo. *Tannerum* ait *ingens insciti documentum in Colloquio Ra-*

* *Præco, de Miracul. pag.* 32. mit vnwiderstreiblichen Argumenten.

tisponensi palàm dediſſe, quòd manes diceret, poſſe per rhombos magicos in vitam reuocari. a Ac ne quis ambigat rem ità ſe habere, pagellam *Colloquii* diſertè ac nominatim adſcribit, *vndequinquageſimam.* b Ite vos, obſecro, & quotquot alii eſtis, eritiſue, ite per omnes *Colloquii* paginas & quod *Monachij*, quodque *Lauinga*, (vbi præco tum iſte regnabat) typis eſt editum exemplar, luſtrate; idque *Argi* non perfunctoriè, ſed inconniuis oculis uniuerſum exite & luſtrate: tum ſi vnam ibi, aut vſquam alibi in toto volumine vocem *Tanneri* repereritis huius culpæ affinem, porro non intercedam, quin præconem, tametſi nocentiſſimum, abſoluatis. Quod ſi autem nunquam *Tannero* graui Theologo, vox ulla, cuius hic reus agitur, excidit: Vos aliquando tandem oculos ſenſusque aperite, quib⁹, non mendacia, (huic monſtro

a. *Præco de Miracul. pag. 32, & inf. in Indice. Verbo Ná me Vero ſuprà ſunt Verba citata germanicè, litt. B. ad marginē.*

b. *Colloq. Ratiſp. pag 49.*

fami-

familiaria) sed conuitia calumniasq; lege *Remmiâ* proscripta, & hominibus æquè superisque damnata, boni iudices improbetis. Et verò deprehendendæ huîc calumniæ peridoneum id fuit, quod Præco paginam quoque adscripsit, in quâ *Tanneri* disputatio tam absurdè insciteque peccârit: Est ea, quod iam scitis, vndequinquagesima Lauingani codicis *a* (nam hunc Præco solum allegat) certè autem ex eo ipso codice satis liquet, *Tannero* ante tertiam & septuagesimam paginam, eius quidem editionis, nullum adhuc in toto colloquio facilè verbum excidisse. Quid factum igitur oportuit, vt auritus Præco loquentem iam tum & stupidè allucinantem *Tannerum* audiret, prius quàm loqui *Tannerus* inciperet?

Quæris tu, inquit *Iulius*, quid fuerit factum? Ego iam reperi. Factum nempe à tuo Præcone est ingens *Miraculum*. Ecquod enim tu maius miraculum exspectes, quàm ut *Tannerum* audiat quis loquentem, ante et- 56. PRAECONIS *Miraculum in calumnia fauendâ.*

a. Colloq. Ratisp. Lauinga excusum. pag. 49

iam quàm loquatur. Sunt apud *Iberos Zahuri* quidam; quos ferunt *b* tam esse probè oculatos, vt quicquid est viscеribus terræ abditum, id omne velut per crystalli glaciem clarè conspicentur: nec eos cadauera, si qua cœmiteriis defossa putrescant, morentur, quin illa, per incumbentium marmorum opacas moles traiectis oculis, intueantur. Perspicax gentis acies, quis neget? Verum ad hos *Præconum* obtutus, noctuæ ii talpæque meræ, & pleni τῆς ἀορασίας. * Hi enim nostri præcones ea quoque transpiciunt, & è libris memoriter legunt; diciique ac disputari liquido iam audiunt, quæ nondum vsquam aut scripta aut dicta, aut ficta exstiterunt. Ceterùm cedò sis librum; experiar, an ego te sim perspicacior; & *Tannerum*, quē in quadragesimâ nonâ paginâ tu frustra quæsiisti, ego inibi aut scriptum inveniam, aut audiam certè

*Cæcitatem.

B. *Vairus lib. 2. de fascino cap. 4. Rhodig. lib. 16. antiq. lect. c. 2. Delrius comm. in Medeæ versum 231. & 1. disquis. c. 3. q. 4. litt. c.*

disputa-

disputantem. Ita *Iulium* cùm librum curiosè dispexisset, & nusquam ibi comparere ullum *Tanneri* vestigium deprehendisset; fassus est, hominem *Alpinum* in bonæ mentis fideique patrimonio decoxisse. Sed inhærebat lateri *Adulphus*, vnaque cum *Iulio* librum euoluebat. Iamque & ipse spem de vindicando Præcone abiecturus; animum insperato recipit: nobisque insultans, hîc, exclamat, capti planissimè iam estis. Simul in extremâ paginâ, hæc de Magis verba commonstrat, *solebant etiam mortuos exuscitare, vt exemplo Saulis & Samuelis probatur.* Mox, absoluite meum mihi Præconem, inquit: aut litem ego vobis non dubiam contestabor. Ego; parcius hæc paullò *Adulphe*, dum quos, & quâ de re, accuses, liqueat. Cuius enim hominis illa sunt verba, quæ modò recitas? Si *Tanneri!* nihil porro caussabimur, quin Præconi tuo vapulatum dedamus. Sin cuiusuis alterius! lege talionis age, & nobis Præconem tuum dede. Hîc *Adulphus* oculis iterato defixis, no-

men *Tanneri* requirere; sed cùm omnem orationem à calce ad caput fruſtra relegiſſet, neque *Tannerum* tamen, ad quem vox vlla pertineret, vſquam reperiſſet: tum erubeſcere ſe ipſe; & in ancipiti hærere. Sed colore mox aliquo culpam cæpit prætexere; paruiq́ue referre dicere, *Tannerus* à præcone, an *Gretſerus* inſimularetur. Nam certè *Gretſeri* nomen pro *Tannero* teneri: paruo vtique lapſu. Itáne autem paruo? Nempe ſi *Paullus* neſcio quis grādem mihi pecuniam ſublegerit, atque ego in te *Adulphe*, continuo incurram, colloq́ue obtorto in ius traham, & verò te propalam furem; aut mihi obæratum, ac tardum malumq́ue nomen aſſeueratè clamem, nexumq́ue dedi à prætore aut infami litterâ notari, idcirco petam: Tu parui tunc dices referre, *Paullum* an *Aduſphum* ego reum furti poſtularim? Nec verò operarum & ἐργοδιωκτῶν σφάλματα * hîc vllum cauſſaberis, *Adulphe*. Nam idem *Tannerus* etiam in Indice libri, iterata calumniâ inſons laceratur.

*Exactorum errorem.

c Qua-

c Quare hæc istis, tã audacibus, si libertas concedatur, videtis quam magnus se campus aperiat, quo possint in insontes debacchari: *Titum* an *Caium* insimulẽt, iuxta habebunt; neq; ad rem arbitrabuntur pertinuisse, quicquid in Nomine subdititio temere labantur. Apage mihi tu hos temerarios nomenclatores, qui ut *Tannerum* inuidiæ populari subiiciant, alterius illi dicta factaq; impudenti mendacio, & stentorea voce impingunt; indeque velut infami luto aspersum per ora populi traducunt. Quid igitur restat, nisi vt præco factam à se iniuriam *Tannero* calumniamque decumanam fateatur; & plebecula iam verba sibi ab his præconibus dari tandem agnoscat;

Verùm tametsi hæc ita se habent; videor tamen in alterum me hamum induisse, dum ab altero gestiens eripi. Nam nihil adeo pugnat iam Alpinus noster, quin in *Tannero* quidem (ut placidè dicam) sit allucinatus: Certè autem in *Gretsero* adhuc triumphat.

57. GRET. *seri dictum in Ratisp. Colloquio defenditur.*

c. *Præco in Indice Miracul. litt. a.*

phat. Quomodo enim in *Gretsero*? *Quòd absurde nimis & nimis inepte, a Magos dixerit solitasse mortuos excitare.* Absurdè, quis neget; si pro eo, quàm aures Alpinæ sunt argutæ, *Gretserus* itidem argutè hoc disputasset. Rectè autem & eruditè, si dicentis mens, à mala interpretis mente in partem sequiorem non distorqueatur. Quod enim paulo me ante dicere memini, qui confitetur *excitari à Magis mortuos posse*; id vel ait fieri ui planè stygia, quæ rhombo & funerali odario insit. Atque hoc pernegabit se *Gretserus* aut sensisse vnquam, aut dixisse. Et certè si etiam dixisset, (quamquam id ex meo maiorumque sensu dixisset nunquam *b*) tamen ne sic quidem patrocinio careret, quo ab inverecundo buccinatoris rictu posset defendi. Prætenderet enim scutum illi magnus *Aiax*: *Iustinus*, inquam, Martyr *c* qui de *Samuele* per

A. *Praco de Miracul. pag.* * ganz vngreümbt.

B. *Tertull. lib. de Anima. cap. 57. Theodor. q. 62. S. August. & alij supra.*

C. *Iustin. mart. in Dialogo cum Tryphone.*

vene-

veneficam euocato, disertè, *omnes*, dixit, *animas virorum iustorum & prophetarum, sub potestatem eiusmodi virtutum cadere.* Verùm hoc vallo muniri *Gretserus* iam nequaquam cupit; suis adhuc se armis tuetur. Cùm enim diceret, *solere quondam à Magis mortuos excitari, velut Samuelem ab anu Endorianâ*, ideo modo dixit, quo omnes alii dixêre, qui germanum *Samuelem* voluerunt ab illa venèficâ ad *Saulem* esse euocatum; *d* non sane vt vellent, eum ipsâ vi magici carminis, sed nutu cælestiori à Deo iussum prodire, dum interea loci bustuaria *Pyrrha* ritus irritos in rhombo vel peragebat, vel apparabat. Quâ ipsâ tamen in re, non approbabat nefariam vetulæ artem DEVS; sed quod vltro facere rectè licuisset, vt *Sauli* per *Samuelem* ingruens malum denuntiaret; id fecit modò, non cogente, (absit) sed comitante solùm hac orci funestâ molitione. *e.*

D. *Quos supra plurimos citauimus.*

E. *Vide Salian. tom. 3. Annal. sub vltimum annum Saulis n. 86.*

CAPVT XIV.

Quartum ac postremum genus miraculorum, à Cœlo.

58. AD VERUM probumque Miraculum ingressus.

POTERAT ab his carceribus procurrere omnis hæc disputatio; atque inde, missis circuitionibus, rectà statim ad flectendam metam properare: cùm in eo potissimum altercetur hic Præco, quî monstret, germanis verisque *miraculis* neque *Ecclesiam Romanam* inclaruisse, neque suorum *Prosuecham* illis, ad fidem faciendam, eguisse. In vtroque irritus labor. Sed huc venire vt liberius ego, (quamquam tardius,) possem: necesse habui, quædam prius diuerticula petere; & *naturæ, artisq.*, ac multò maximè *Stygis* ostenta submouere, ne pòst in medio demum cursu hæc sese ostenderent, & aut dolo prodigiis veris miscerentur; aut loco deturbari tum denique intempestiuè deberent. Quare facere iam operæ precium videbor, cùm *spuriis miraculis* omnibus liber, ad vera seriaque, id est, ad *Dei miracula*, progrediar: quæ

quæ mihi posthac sola velim accipiatis, quoties *miraculi* nomen ἁπλῶς vsurpabo. Ceterùm ne ista quidem prodigia in omnibus consentiunt. Nam horum nonnulla, eò solùm *diuina veraq; miracula* nominantur, quòd verè à Deo, absque alterius causſæ principis adiumento, perficiantur; quamuis & naturæ viribus effici quandoque possent. Quædam alia *Diuina* dicuntur, quod ea sic à Deo fiant, vt à nulla alia causſa principe neque fiant, neque fieri vnquam possint. Et priora quidem, etsi æque sunt diuina testimonia; tamen à veri propriique miraculi rationibus longiusculè recedunt.

59. VERI *proprij q; Miraculi definitio.*

SIQVIDEM ad perfectum DEI *Miraculum* censeo duas esse res in primis necessarias: Quarum altera est, vt *rarum* id opus; & siuè quà *toto effectu*, siue certè quà *modo*, sit omnibus *insolens*. Altera est, vt *præter aut supra naturæ totius vires*, diuinitus efficiatur. *a* Iacta hîc sunt

a *Franciſ. Suar. in 3. p. tom. 1. d.* 31. *& to. 1. de Relig. tract. 3. lib. 2. c. 16. & communis.*

fun-

fundamenta, quibus moles omnis, quæ reliqua est, inædificetur. Ita namque *miraculum Dei, quà toto effectu perfectum*, habebitur, si homo functus, ab inferis reuiuiscat; Si sol retro actus diem extendat; Si duo eodem in loco corpora, alterum ab altero penetrentur; aut si quid adhuc siue *Naturæ* vim, siue *Artis* industriã omnem & geniorum ingenia viresq; triumphat. Id enim vel prorsus erit, ἐκ τῶν ἀδυνάτων; * vel si fieri vsquam possit, necesse est, à solo Numine ut fiat. Ita rursus *miraculum quà modo solo perfectum* habebitur, si morbi etiam non insanabiles, ad vocis imperium, aut hominis precantis, & quouis interuallo distantis, nutum absq; artis & naturæ patrocinio repente dispellantur. Quamquàm enim *effectus in seipse* naturæ limites tunc non transeat; *Modus* tamen ille, quo sanitas ea recipitur, supra naturæ totius ingenium est. His duabus è rebus, quas ad *Miraculi* rationem cõtendo necessarias esse, finitionem *Miraculi* procliue est inuenire: ità, ut *Miracula*

*Ex ijs quæ fieri nequeũt.

la dicamus, *esse effecta quædam tam usu rara, quàm viribus creatis omnibus planè maiora.* *b*

60. QVATTUOR gradus veri Miraculi

Eisdem è fundamentis quadrifariam partiuntur nostri Theologi, omnes miraculorum gradus. *a* Quorum primum, ex iis effectis constituunt, in quibus elaborandis natura prorsus omnis vndique succumbit; eò, quòd non *modus* solùm, sed *res* etiam ipsa sublimior sit maiorque, quam quò attollere se naturæ vis queat. Ita magnus olim *Imperator*, cum *Solem* præcipitem stitit; *Lunamq́*, properantem, freno inhibuit: *b* Ita *Christus* præ isto, cùm *Virginis* vterum, *c* cùm *sepulcrale* saxum, *d* cùm *Cæli* vallum *e* nusquam pate-

B. *Ita Catholici & ratio ipsa. Vide Suar. Malder. intra cit.*

A *S. Thomas* 1. *p. q.* 105. *a.* 8. *& lib.* 13. *contra gent. cap.* 101. *Silvester Malderus, aliiq́ inf. cit.*

B. *Iosue cap.* 10. *vers.* 13.

C. *Luc.* 2. *&* 7. *& Isa.* 7.

D. *August. serm.* 138. *Hieron. ep.* 150. *ad Hedib. q.* 6. *& comm. SS. pp.*

E. *Vide Suar.* 3. *p. tom.* 2. *d.* 48. *l.* 5. *myst* 4.

factum

factum aut violatum, corpori tamen suo peruium habuit: Ita potissimùm DEVS, cùm ὑπερφυῶς diuinæ naturam hominis arctissimè sociauit: *f* quid nisi *Miraculum*, in principe hâc classe collocandum, dederunt? Alterum deinde gradum faciunt ea, quæ fieri quidem aliis in rebus ab ipsa etiam naturâ solent; in hac autem aut illa materie effici nec solent, nec possunt. *g* Exemplum esto. Suppeditat natura vitam sensumque animantibus; (neque enim miraculum creditur, cùm aut homo quispiam, aut leo procreatur) atquî vitam animamque cadaueribus postliminio indere, id verò natura desperat. Et quamquam inserit suâpte vi nascentibus oculos; tamen erutos deinde, nunquam nec ipsa potest per se *natura*, neque, quæ naturæ ancillatur, *Ars*, instaurare. Quare cùm *Christus* aliique aut mor-

F. *Ioan.* 1. *Verbum caro factum.*

G. *Ita explicat S. Thomam, eruditè Siluester comment. in* 3. *cont. gent. c.* 101. *& vide etiam Gab. Vasq. in* 1. *p. d.* 176. *n.* 20. *&* 22.

tuos

tuos excitârunt, aut oculis emortuis visum restituerunt, *Miracula* mihi videntur secundæ classis edidisse.

Tertio in gradu reponit *S. Thomas* ea, quæ supra naturæ conditionem hactenus eminent, ut ordine solùm modoq; tam admirando fiant, quem imitari natura capereque ars minimè possit; eò quod aut celerius quædam, aut multo aliter efficiantur, quàm si per causas & principia naturæ, velut ex more, efficerentur. Ita cùm absque malagmate, herbisué medicatis, clam palámue subditis, vulnerum hiatus subito coolescunt; aut liquidus aër in pluuias, nullo naturæ auxilio repente spissatur, *Dei miraculum* est, sed tertiæ notæ. Postremum miraculi gradum appellant, *h* Cùm quidem neque *res* ipsa aut rei *materies*, neque *modus* operis, naturam stygisque potentiam superat; ex adiunctis tamen satis liquet, rem non Orci machinis, sed diuinis opibus administrari. Quod aiunt liquere nobis bifariam posse.

H. *Ioan. Malderus, de fide q. 2. a. 5. dub. 4 sect. 3.*

Nam

Nam exigit quandoque *Numinis prouidentia*, quandoq; ipsa operis *Vtilitas*, ne dubitare prudenter possimus, quin res â beneficâ manu, cælestiq́ue opifice, magis, quàm ab hostis improbi liuore proficiscatur. Et *Prouidentia* quidem, quem mediocriter bonũ hærere permittat, quin, si ad vatis imperium audiat ruisse de cęlo flammas; *i* & coniuratas in pluuiam cõisse nubes; *k* id omne, factum iubente DEO vociferetur? At potuisset hæc eadem omnia *Orcus*. Potuerit hæc eadem & *Natura* & *Orcus*, sed potuerit alibi: hîc autem, & cum his, quæ rem vndiq́ue tum circumstabant, adiunctis, aio, enimuero Orcus non potuisset. Obstitisset enim *Prouidentia*; cuius id munus erat, ne in re grauissimâ populo sineret imponi. Quem equidem locum infra profusius vrgebo: *l* nunc suum in tempus reseruo. Porrò *Vtilitas* operis sola, tametsi suum habet momentum, ad rem, qua de agi-

I. 3. *Reg.* 18. ℣. 38.

K. *Ibid.* ℣ 45. *de Elia propheta.*

L. *In cap. an Miracula sint signa vera Ecclesiæ.*

mus,

mus, dignoſcendam : tamen cùm in hæreſin pugnamus, hoc telo nobis vtendum haud ducimus, dum penetrabiliora etiamnum ſuperſunt.

Ceterùm patrat hæc *Miracula* DEVS, aliquando per ſe ipſe ſolus & ἀμέσως*; cum abſque hominum cælitúmque miniſterio editis mirandis operibus, iam improbos repente multat, iam pro innocentibus propugnat; iam imploratus ægritudines, capitiſúe diſcrimina præſens profligat. Quę ferè in modum angelos DEVS aliaque olim, & hodie etiamnum animas ex nihilo ſolus procreat. Quamquam iſtarum procreatio ad veri Miraculi nomen eò nō admittitur, quod vſu perpetuo nouitatem, ſuique inſolentiam, exuerit: A admitteretur verò, ſi quam animam DEVS abſq; corporis, iam affecti præparatiq; habitudine, produceret; res n. vt foret prętet naturæ ordinem, ita rara nouaque haud dubiam admirationem cieret. Aliquandò non aſpernatur DEVS, Cælitum Hominumúe miniſteria, in

61. VERA *Miracula à Deo, à Chriſti humanitate, à Sanctis facta.*

*proximè, immediatè.

A. *Vide Silu. in 3. contra gent. c.* 103. & *com.*

Miraculis edendis. Ita perhibent iurati testes; & pleni sunt historijs omnes libri, quà profani, quà sacri: quibus tam varijs ac multis omnem promiscuè fidem derogare, & solâ dissentiendi libidine refragari, non humani & liberalis ingenij, sed *Islebicæ Gebennicaq;* ceruicis est: cui incredibile cõtinuò habetur, quicquid omnium ætatum consensio meliusculum de Ecclesia Romanâ tradidit; eidem, vbi Catholicis labes à quouis triuij scurrâ adspergitur, omnia continuò creduntur; & testes ibi tabulásue requirere, est diei meridie, caligantis lucernæ fuliginem optare.

62. *Discrimen inter Miracula Christi, & aliorũ falsorum.*

Sed his tantisper comperendinatis, alia nobis in præsens disputantur: an inter vera hæc *Christi*, *Falsumq; Miracula* nullum intersit discrimen? Nec verò mens mihi est, de *Christi* Diuinitate controuersiam hanc mouere: eò quod apud omnes exploratò certum sit, *Deum*, (siue *Christum* quà *Deus* est) *Principem* omnis Miraculi caussam esse: homines autem θαυμαλογους, ipsamq; *Christi* humanitatem, caussæ

cauſſæ *Principis* merum *Inſtrumentum* in conficiendis Miraculis fuiſſe. Cùm igitur in hac *Inſtrumenti* conditione, *Chriſtus quà homo*, nihil à reliquis, magnopere diſcrepet; ſaltem qua alia in re ceteros omnes præſtet, hîc indagemus: Quo quidem in genere magnam apprimè video *Chriſti* prærogatiuam, quâ ſublimior vnus ex omnibus eminet. Nam ceteris Cælitibus, nec vbiuis locorum, nec quoties lubitum eſſet; ſed ad præſcriptum Numinis, intus agentis, moderantiſque, conceſſa per interuallum poteſtas eſt, ἰᾶ τέρατα καὶ σημεῖα ποιεῖν*. Atquî *Chriſto* DEVS *nec metas rerum poſuit, nec tempora*; ſed in omne genus Miracula, *Imperium ſine fine dedit*: vt proinde cenſeant eruditi, non ἐξίχυς * modò, ſed etiam καθ' ἔξιν,* ius ei vimque ad edenda Miracula inſedîſſe: *a* eô quod quoties collibitum fuiſſet, ope diuinâ præſenti nõ aliter vteretur, quàm quo ferè pacto

* *Prodigia & ſigna.*

* *Excellenter.*

* *Per modum habitûs.*

A. *Ex S. Greg.* 2. *Dial. c.* 31. *S. Thom.* 2. *2. q.* 178. *a.* 1. *Suar.* 3. *p. tom. id.* 31. *d.* 2. *Joſeph. Kaguſa* 13. *p. q.* 13. *a.* 2. *ſubfin.*

nos *habitu* suo vnusquisq; ad nutum vtimur. Eximium hoc, inquit *Iulius* est discrimen, & ad *Christi* prærogatiuam singulare. Sed si hos ego Theologos teneo, videntur ij, nescio quod alterum huic addere, dum *Christum* aiūt, ὡς ἄνθρωπον, planè φυσικῶς *: ceterorum vero vnumquemq; ἠθικῶς * duntaxat, ad effecta tam admiranda concurrere solitasse. *b* Et habent hi sua, cur ita sentiant, momēta: tracturi si possint, in partes de Patrib⁹ quosdam, quibus ἡ ἀνθρωπότης τὸ θεότητος ὄργανον * vocatur: Organum inquam seu *Instrumentum*, de ea non dubiè classe, in quâ & DEVM facimus veluti caussam principem agere: Planum est autem, Deo non posse in Miraculis nisi rationem caussæ Physicæ tribui: quare nec *Christo* censendi sunt Patres, aliud instrumenti genus, quàm Physicum adstruxisse. Cùm hæc *Iulius* opportunè ad rem dixisset; ego, appa-

* *Vt Instrumentum Physicum.*
* *Vt instr. moreis.*
* *Humanitas Christi organum seu instrumentum diuinitatis*

b. Ita Ferrar. Catet. 3. p. q. 13. a. 2. Nunnus ib. q. 62. Greg. Valentia tom. 4. d. 1. q. 13. p. 2. Suar. 3. p. d. 31. Sect. 1. Pessant. ib. q. 13. a. 1. d. 2. Vega lib. 7. Trid. c. 11. &c.

ret,

ret, inquam, *Iuli*, quòd principio præfatus es, id modestè verius, quàm seriò abs te fuisse dictum. Quî enim hæc talia ex meditullio nostræ Theologiæ depromeres, nisi tu præter Iuris tui prudentiam, diuinas etiam litteras per quàm didicisses? Sed est sanè, quod dixî, multorum, nec infimi subsellij, Theologorum, ea de *Christo* persuasio. Apud me tamen perpotuêre alij; quorum pleriq; melius opinantur, ne Christo quidem in Miracula datũ plus fuisse, quam vt in genere *Mortis*, perinde ac ceteri quique, influeret. Quam etiam in rem, suis illi momentis non deficiuntur. Vnum, sultis, accipite, sed vnum de multis. Persuasum iam olim Theologis est; & persuasioni ratio suffragatur; In Sacrorum dubijs coniectandis, interpreti eam verborum mentem perpetuò am-

C. *Scot. Altis. Abul. Bassol. Rich. Occam. S. Bon. Dur. Henr. Molina. 1. p. q. 45. a. 5. d. 2. Gab. Vasq. ib. d. 176. c. 4. & in 3. q. d. 57. c. 5. Becan. de Incarn c. 10. n. 10. Ioseph. Rag. in 3. p. d. 106. §. 3. & communior.*

plectendam, quæ vsu recepta maximè, & à vocis familiari significatu quã proximè abesset: idq; tum potissimũ, cùm de effectis memoraretur, in quibus interuenisse nouè Miraculum neque scriptura propalam traderet, neq; res etiam ipsa aut circumstans conditio requireret. *d* Certè verò cùm de *Christi* Miraculis agitur, nusquam neq; litteræ sacræ, neque Concilia & Patres ijs disertè verbis vtuntur, quorum familiaris vsuque recepta significatio, influxui Physico prior sit quàm ἐνθέσει: eamq; nulla circumstet necessitas, quæ ab vsitata facilique verborum sententia diuertere, atque ad sensa ἐξαλλαγὰ credituq; difficillima deflectere nos cogat; *e* insuper autem *Physicus Christi* concursus ad pleraq; Miracula, sine nouo Miraculo fieri nequeat, fieri tamen alter facillimè

D. *Ita consensus Theologorum, ex S. Aug. 1 Trinit. c. 12. & lib. 2 in Genes. ad litt. c. 1. & ex Basil. in Hexam. Ragusæ d. 106. §. 3. &c.*

E. *Quod patet inductione omnium eorũ, quæ obijciuntur: Apud Auctores litt. b. ac c. nominatos.*

possit.

possit. Quid, obsecro, caussæ habebimus, cur illum potius modum, quã istum *Christo* vindicemus? Sed quia non ad *Præconis* (hominis Alpini) captum hæc disputantur; & alterutra pars in hac lite vincat, Catholicis iuxtà est (neq; enim Religionis interest, in hac re dubitare) suum vtríque ius relinquamus: &, quod reliquum erit, ecquid noster etiam Tiro in his *Cæli Miraculis* à verò discesserit, aut ex more in conuitia se calumniasque effuderit, arbitremur.

CAPVT XV.

Præconis ridiculus error de Miraculis Christi.

63. QVID *præco inter Cæli Miracula allucinetur.*

IVLIVS, cùm hæc ego vix dum effatus fuissem, dubitas tu, inquit, quin ille nauiter etiam hîc suo munere sit functus? Certè enim, si vsquam homo potuit, hic in primis debuit velle, suas res agere, id est, ea dicere, scribereque, quibus posset Romanæ Ecclesiæ δεινήν τινα διαβολὴν κατα-

*Graue Calumniam adspergere.

χίειν. * Nam in hoc demum capite, quod iam prior tu monuisti, rerum omnis litium que nostrarum cardo vertitur Ego verò, Iuli, nihil habui, de quo dubitarem: Sed ne viderer hominem indictâ causâ damnare, dixi velle me prius arbitrari. Et sanè iam vobis, quid arbitrer, dicam. Etenim fatendum principio est; non egisse tam oscitanter ac supinè Præconem, quin, priùs quàm in *miracula* arietaret, ex libris nostratibus τὸν ὅρον τοῦ σημείου ἐξεμαθὼν ἀκριβῶς * conquireret. Et reperit demum: eoque specimine documentum dedit, sese non vanas solùm & futiles calumnias in Catholicos palam effingere, sed veras etiam probasque finitiones è libris Catholicis furtim exscribere didicisse Quare hactenus feliciter: si in primâ *Miraculi* descriptione, scribere continuò desiisset: digitum inde vix vnum processit, καὶ αὐτίκα ἐπελάβε μανίης νοῦσος: * ita vbique mox aut labitur præceps, aut somniat vanus, aut inceptus delirat. Vos quædam accipite, quæso,

*Probã Miraculi definitionem.

*Et confestim furoris subijt morbus. Vt ait Herodotus.

quæso, &, si ante noctem omnia posſitis, transnumerate.

Hoc enim primum eius ſpecimen quale vobis poteſt, & quàm ridiculum videri? Ingreſſus præco docere, quanto interuallo hominum aliorum miracula, à miraculis *Chriſti* hominis ſuperentur (*Chriſti* quà hominis, inquam, diſertè; *a* nam quà DEI, nihil in præſens ille) duabus ait è rebus videri id poſſe. Et animaduertite, obſecro, è quibus. Alterâ quâ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο: *b* altera quâ συνελήφθη ἐκ πνεύματος ἁγίου, καὶ ἐγεννήθη ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου. *c* Hæc duo (inquit pag. 25, v. 21.) *edidit CHRISTVS miracula, quæ nullus hominum Celitumq; eſt imitaturus.* Quid agis, & vociferaris hîc præco? πῶς τὰς φέρνας ἐκ πεποίησαι; Fecitné, te iudice, hæc miracula *Chriſtus*? Quomodo autem *Chriſtus*? Vide ſaltem quid ſcribas; ſi tam vecors es, ut, quid inter Alpicolas tuos loquâre, non atten-

64. PRIMVS *præconis lapſus in his Cælo Miraculis.*

A. *Pag.* 24. & 25. & 26.

B. *Ioann.* 1. *Verbum caro factum eſt.*

C. *Ex Symb. Apoſt. conceptus de Spiritu S. & natus ex Maria Virgine.*

das. Nam CHRISTVS apud nos, non DEVM duntaxat, sed DEVM *hominem* iam antiquitus hodieque significat: nisi tu nuper aut cum *Ario d DEVM*, aut cum *Manete e hominem* ex *Christo* expunxeris. Quod cum ita sit, πεῖθεσιν hanc, sodes, examina; & ecquid bonæ mentis insit explora. *Christus*, (*id est*, *DEVS iam reipsa exsistens homo*,) *duo fecit ingentia miracula*; *alterum* τὴν ἑαυτοῦ ἐνανθρώπησιν; * *& item alterum*, τὴν ἑαυτοῦ γένεσιν ἐκ τῆς παρθένου. * Quomodo autem ille, qui iam antè verus exisiebat homo, potuit efficere, vt idem ipse tum denique à virgine conciperetur & fieret homo? Aut certè si tum ille nondum erat homo, quomodo iam tum erat *Christus*, id est DEVS homo? Et quomodo iam miracula patrabat DEVS homo, cùm nondum esset homo? Nos enim, (nisi ab *Aristotele*, ipsâque philosophiâ fallimur) *causam effectricem*, *suis effectis*

* *Suam incarnationem: quam Damascenus lib 3. fid. c. 6. ἐνανθρώπησιν. & Cyrill. lib. de Incarn. Vnigeniti, σάρκωσιν. appellant.*

* *Suam conceptionem ex Virgine.*

D. *Vide Sanderū lib. 7. de visib. monarch. hæresi 8. 13.*

E. *Apud Suar. 3. p. tom. 1. d. 2. s. 1. & alibi.*

etc-

credimus esse priorem. Quare si *Christus* quà DEVS homo, geminum illud prodigium effecit, vtique iam prius esse debuit homo, quam per ἐνανθρωπήσεως * suæ miraculum, fieret homo. Quod si autem ante suam σάρκωσιν, * homo non fuit, (vt profectò non fuit) efficitur necessario, DEVM hominem, id est, *Christum*, miraculum ἐνανθρωπήσεως suæ nequaquam edidisse. Quid est igitur quod de Præconis huius ridiculo lapsu iam iudicemus? Malitiamné, an stultitiam fuisse? Hanc, magis est, ut suspicemur. Et leuior noxa fuit, mentis hebetudine, quàm animi depraua-ti malitiâ peccasse. Potuit ille stupo-rem hunc ab anteambulone didicisse; qui, cùm in disputatione nuper inca-luisset, ausus est palàm contendere, *Theophylactum* ducentis ante annis vixisse, quam vnquam nasceretur. Κλῦτε φίλοι πάντες, * exclamat *Iu-lius*; Potuitné hoc vel dicere ille, tam absurdè, vel audire alii tam pati-enter, quin effusè rideretur? Caue tu verò *Iuli*, ne quid apud hos, de risu.

* *Incar-nationis.*
* *Idem.*
* *Audite Amici Vndiq.*

Nam magnificè se credunt loçutos, etiam cùm παράδοξα hæc inter suos ebrii promunt: quippe quos consuefecêre pridem, sibi omnia credere. Quare ne quà ad decumanum mendacium, auditoris cachinnus ebulliat, mordenda multis laurus est; non ignaris, apud *Commodos* impunè vix renideri; *f* nisi cùm in angulo ridetur.

65. SECVNDus laps' præconis in his Miraculis.

Sed in vno, & fortasse leuiusculo hominis mendo, morosior potuit prolixiorque videri hæc censura. Ad aliud ergo compendiariâ ducam. Vbi testes adesse vos iubeo, arbitrosq; quàm nihil solidum constet, quicqd hi cæmentarij in fabulo hæreseos, extra *Petri* petram moliuntur. Dixeram antea, exscripsisse Præconem haud neglegenter, hanc veri miraculi sanam definitionem; *a Effectum supra vires præterq; ordinem vniuersæ*

f. *Dio Cassius, & ex eodem Io. Xiphilinus in Imp. Commodo.*

a. *Pag. 9. §. 9. & pag. 31. §. 14. & pag. 39. §. 24. ex S. Thom. 1. p. q. 110. a. 4. & alijs.*

natura

naturæ creatæ. Præclarè hactenus. Sed quid appendicis? *Cacodæmonem, & vim omnem stygiam, si rumpatur, nihil efficere eiusmodi posse.* * Neque hoc absurdè; si in reliquis colorem seruet; Sed videte, quàm mutet? Omnes induit histrio colores, alios ex aliis; solo rubore nondum pingitur: quem quia puer exuit, viro repetendum esse iam negat. Quod quò citius intelligatis, requiram ex ipsomet ego; quæ tandem & vbi hoc genus vera, Deoque soli propria, & neque Naturæ, neque Stygi concessa miracula, putet reperiri? Atque ecce continuò, & præquàm audacter adnumerat multa; & in iis ista. *Rubum ardentem, & nullo violabilem igne. b Asinam Balaami; quam voce humana loquentem audiit natura, & obstupuit. c Ferrum in amne quamquam graue, & iam funditus mersum, tamen ad Elisæi vocem attollere sese, & natare doctum. d Præterea ruentem desuper ignem, &*

* *Pag.* 27. §. 2.

B. *Exodi c.* 34. §. 10.
C. *Deuteron. c.* 16. §. 32.
D. 3. *Reg. c.* 6.

voraci flamma iam victimas Eliæ, iam regis satellites haurientem. e Deniq; Leones; quos tametsi famelicos, prædaque appetentes, tamen Danielis innocentia coercuit, ne famis maiorem, quàm vatis rationem haberent. f Hæc inquit, *omnia tum Scripturæ, g tum alia quamvis h Prophetarum Christi, & Apostolorum, prodigia, quibus illi aut oculos cæcis, & loquelam mutis reddiderunt, aut elephanti psoras deterserunt & stygis inquilinos ab hominum corporibus exturbarunt, veræ meraq; Dei miracula fuêre.* Neque exspectat, dum huius à se ratio postuletur: quippe cum eam ipse iam vltro grauissimam assignârit; *Nam hæc*, inquit, *effecta omnia supra vires, præterque ordinem naturæ totius attollunter; i qualia Cacodæmoni imitari, quantumuis callido artifici, nulla unquam licet.* k Amplectimur omnia

E. 2. *Reg. c.* 18. & 3. *Reg. c.* 1.
F. *Daniel. c.* 6.
G. *Pag.* 9. §. 15.
H. *Pag.* 11. §. 12.
I. *Pag.* 9. §. 9. & *pag.* 39. §. 24.
K. *Pag.* 27. §. 2.

liben-

libentes; & quæ fidiculis exsculpere ab aduersario cupiissemus: data oblataque, quid ni sponte recipiamus? Interim quàm cautè circumspecteq; hæc ille dederit, cognoscite: cùm in iis secum ipse manifestè pugnet; & plenus τῆς ἀνιλογίας, * suâmet scita conuellat. Etenim ea ipsa prodigia, quæ hîc in exemplum veri miraculi, copiosè produxit, Deoque soli tam esse propria asseuerauit, vt eadem diceret stygios diuersitores imitari, vi nullâ posse. Eadem confestim sui oblitus (ὅπερ πόρρω ψεῦσαι μάχης ἀμνήμονες*) negat esse Dei solius propria; sed fieri itidem ac sæpe etiam à cacodæmone solere. Adnotabo vobis hîc loca, quædam, & (ne cui dolo malo agere videar) pugnantium sententiarum singula inter se paria committam.

* *Contradictiones.*

* *Quemadmodũ mendaces sæpe sui sunt immemores.*

CAPVT XVI.

Præconis ἀντιλογία de Miraculis Eliæ, Mosis, Elisæi, Danielis, &c.

66. DEIGne Eliæ ἀντιλογία 1.

PRINCIPIÒ, *verum*, inquit, *miraculum, & Dei solius proprium fuit, ignem de cælo deuocare, & eo vel aras victimas, vel obnoxios regis satellites absumere. a* Cur istud verò? Vtique, si constare tibi tu voles, (iam enim cum ipso præcone, vt si coram sit, loquar) vtique ideò dices, quòd, *ignem de cœlo in victimas, satellites q; spargere, præter & supra naturæ totius vires arduum habeatur: eaq; propter Cacodæmoni ἀδύνατον. b* Hîc ego te nolo (quod facilè possem) scientiæ physicæ rudem, ac etiam dum barbatum tironem ostendere, cùm pueri iam & adhuc in prætextâ φιλοσοφῶντες, nôrint, opus hoc à caussis etiam naturalibus effici solere: verùm his ego iam armis nondum vtor: Te po-

A. *Pag.* 10. §. 26.

B. *Præco de Miracul. pag.* 9. §. 9. *& pag.* 30. §. 24. *& pag.* 27. §. 21.

tius

tius, te inquam tibi oppono; qui, quo ore calidum, eodem & frigidum flare didiciſti: quando tu ipſe mox infrà, *c* aſſeueratè doces, *Cacodæmones verum de cælo ignem deducere poſſe*: idq; vt nobis demonſtres, ad *Ianſenium*, *d* imò ad *S. Paullum* Patreſq; magnis ampullis prouocas; eoque telo iugulatos *Bellarminum* *b* ac Ieſuitas *f* exſiliens clamas. Quaſi verò aut *Bellarminus*, aut quiſquam alius *Ieſuita*, tam obſtupuerit, vt hac de re vnquam dubitaret; *g* tibiq; neceſſitatem hanc imponeret, rem & nobis, & (quod ſupra monui,) pueris compertam, thraſonico plauſu, tam copioſè confirmandi? Tu, tu, mi homo, tu ipſe prius non dubitâras modò, ſed etiam apertè negâras, *h* *Ignem de*

C. *Præco ib. pag.* 121. §. 19.

D. *Euang. concord. cap.* 123.

E. F. *Præco ib. pag.* 119. *& p.* 121.

G. *Quod infrà fusè oſtendam, quo ſenſu negârit, quo non negarit. Imo contrarium docere à D. Thomâ, & IESVitis videfusè apud Suar. de Relig. tom.* 1. *tract.* 3. *lib.* 2. *c.* 16. *n.* 11.

H. *Præco ib. pag.* 19. §. 26. *& pag.* 23. §. 7.

cælo

calonisi per solius Dei imperium, deduci posse; ideoque verum Dei miraculum esse. Et hic tamen ecce vltrò concedis, eundem per stygias quoque vires deuocari indidem posse: & ideò Dei miraculum non esse. Vbi tu mihi ostende, si potes, inter *posse & non posse*, interque *esse*, *& non esse*, ἀλλοιότατα ἀσύγκριτα defuisse. Præcipio, quid causari iam velis, quo te extrices: sed paullo pòst, quàm ridiculi sint tui conatus, aperiam.

67. ANTILogia secunda de rubo Mosis ardẽte.

Nunc ab incepto diuertere, non est consilium. Sed quàm præsens tu tibi in ceteris etiam exemplis fueris, indicabo. In iis posuisti tu *Rubum*, quem *Moses*, quàm ardentem viderat, tam inter ignes innoxium vidit & incombustũ. Hìc *Grande Dei verum q; miraculum*, exclamas. Ego rursus, caussam à te, cur istuc iudices, requiro: tu mihi, tuam miraculi finitionem occentas; quâ vnâ, quicquid in veris diuinisque prodigiis recensetur, necesse est omne contineri. Quare & *Rubus ardens*, dum, te iudice, inter di-

L Prace de Miracul. pag. 9. §. 18.

uina

tuna veraque Miracula numeratur, eâdem finitione, dicendus est, circumscribi. Quæ igitur est definitio tua? Ni pertæsum est, compendio repetatur. *Opus omne ac solum, quod præter aut supra vires ordinemq; vniuersæ naturæ creatæ conficitur.* Ita te memini iam olim, vera ac diuina omnia, à falsis ac naturalibus discriminasse. k Quod si ita est, profectò fatendum tibi iam erit, nullâ vi stygiâ fieri posse, vt lignum viride inter flammas innoxium conseruetur. Itáne ergo? Tum tu igitur geniis tam potentibus, tam effectu non difficillimam, & ne humanâ quidem sollertia maiorem, tam præsidenter imperiteq; abiudicas? Quid igitur si quos *Mutios* nostros videas, manum in stridentibus flammis, aut alios, dexteram in ebulliente plumbo impunè versare; cum eas aut alii succo, aut nescio quo alio liquore leuiter prius perunxerint; quid, inquam, homo inconstans, tu dices? *Artisne*, an *Stygis* id ope, fieri respondebis? Vtrumuis attigeris,

k *Greco. ib. pag.* 39. v. 24. & *pag.* 9. v. 9.

vlcus

vlcus erit. Nam vtrobique te ipse iugulabis; dum non solis certe diuinis, sed etiam finitis viribus id fateberis esse concessum. Et ne longius te abducam; si quà videas legasué nostros siue homines, siue libros, siue cælitum statuas imaginesque à tuis, aut tuorum similimis *Geusiis*, *Hugonottis*, *Britannis*, *Bohemis*, in exstructi rogi incendia coniecta, nihilo minus intacta illæsaque vel resilire ex ignibus, vel ad instar Salamandræ in ignibus conseruari; (&exempla non deerunt, *l* si quærere te liuor finat) quæso te ego, obtestorque, ecquid tu prodigii conscius spectator, si à populo circumstante interrogeris; *diuinâ*, an *stygiâ* vi, libri ii Catholici, statuæque cælitum, & cerea agni cælestis sigilla, inter tot furentium flammarum globos, cyclopumque adspirantium folles, innoxiè durârint: ecquid, oro te,

L. *Obuia sunt apud Rupertum Tuit. lib. de incend. opp. c. 3. 4. 5. Et Till. coll. lib. 4. c. 24. de tribus statuis B. Virginis anno 1533. inter ignes illæsis, Et Iacob Gault. chronol. anno 1608. de Miraculo Fauernensi, &c.*

respon-

respondebis? *Diuinâ*, dices ac cælesti potentiâ seruatos? Periisti, totus; caussæque tuæ prævaricator, rogum ipse apud tuos meruisti; qui Catholicos, diuini verique miraculi patrocinio, videberis absoluisse, cum patrocinari mendacio DEVS non possit. Sed frustra sum ego; nunquam hodie istud tu respondebis Dices igitur, (& hoc opinor, dices) arte *stygia* violenter in igne fuisse defensos? Itáne autem arte *stygiâ*? id est, si bene te teneo, *naturali*: (nam styx nihil ealet, quod sit præter aut supra naturam creatam, vt iure dixti. *l*) Tum tu ergo quid iterum à teipse dissentias, vide. Nam, ne nescias obliuiose, *stat contra, clamatq; tibi tua pagina*, τὸ ψεῦδος. * Quæ pagina? Illa, inquam, quâ supra, *rubum ardentem, & non tamen ambustum*, inter ea miracula reposueras, quæ, nisi diuinis viribus, effici prorsus nequirent. Quare si stygis potentiam, à diuinâ cælestique

*Mentiris.

L. *Praco de Miracul. pag. 39. & 9. ex certa & communi.*

M. *Praco ibid. pag. 9. §. 9. & 18.*

tu

tu secernis, necesse erit, vt & rubum, & ea, quæ rubo facilius ardent, Orei viribus inter flammas illæsa durare non posse confitearis. Vbi denuò tuum *posse*, & *non posse* quemadmodum in concordiam reducas, pertenta.

68. ANTI-*logia alia de leonibus Danielis, a-fina Balaami, ferro Elisæi, &c.*

Ego interea loci, de *leonibus Danielis*, idem pertendere: atque idem possem de *Balaami* (quem tu vt *Hebreus* à matre dissentias, *Bileamũ* appellas: vtique *Balaamum* dicturus, si nobis *Bileamus* vocaretur.) & idem postremò possem de *natante ferro*, vrgere. Quid enim facilius est cacodæmoni, quàm ferrum inter vndas emersum, atque innatans, occultè sustollere? qui quidem *Icaridas* nurus, & volucres *Canidiæ* neptes, hodieq; per aëra sublimes ferre, siue in hirco, cum lubet, siue in rutabulo, quotidie solet. Hęc tu tamẽ omnia veris Miraculis id circo accẽsuisti, quod Stygijs posse aribꝰ præstari desperares; & de *leonibus* quidẽ, ridiculũ est negare. Mille habet compendia artifex, quibus ab innata ferociâ belluinam famem inhibeat, rictusq; famelicos, & vngues in prædam exsertos compescat. Suppe-

tent historiæ tibi & perquirenti obuiam ibunt; quæ ostendant, Orci histrionibus tigres etiam immanes parére & feros leones pro Melitensi catellâ esse; aut iubatos aliquando serpentes ancillari solitasse: Id verò cuius alius ope, quàm Stygis? Iam ad *Bileami* tui asinam non exspectabis dum porro veniam, teq; præillâ ipsâ, (si inficiari perseueres, Cacodæmoni vires esse, quibus in pecudis linguam mouendam torquendamque abutatur) *Arcadem* esse conuincam. Nam loquitur res ipsa, viuuntq; mille testes, qui cõtraueniant; ij fatebuntur, audisse se puellas, puerosque (quos obsidione malus genius premebat) iam *Græcè*, *Hebraicèq*, iam cum exteris *Italicè Gallicèq*, loquitantes: quos tamen omnibus constabat, pedem è corte suâ nunquam vllum extulisse, neque plus litterarum attigisse, quàm *Bileami* tui pecus attigerit. Hos igitur si Cacodæmon potuit ad enuntianda verba tam aliena cogere; eorumque linguam, ad voces quasuis tam disertè formandas inflectere; quis neget, itidem & pecudis

dis indocilem linguam ita motare agitareq; posse, vt in sonum velut humanum aliquando conformetur? Quare non diffiteberis tu, quin etiam hîc tui te simile, id est, probis ac eruditis omnibus dissimilem, declarâris. Ex quibus plerisque facilè agnosces quàm sapiêter *Tullius* dixerit, *a malè institutam rationem* (qualis est tua) *exitum reperire non posse*: sed à prauis initijs ductam, quanto longius proueharur, tanto plures in obices scopulosq; allidi.

69. Quo pacto Catholici dicant Rubum ardentẽ, fuisse Miraculum.

CVM hæc ego diffusius, quasi cum præsente colloquens, disputassem, nõ abnuit *Aduiphus*. Præconem, laqueo, quem ipse nexuisset, planè constrictũ teneri. Ceterùm ad me conuersus, tu verò inquit, perinde captus mihi videris. Etenim ne tu quidem aliâ finitione Miraculum concluisti; estque eadem omnium tuorum concors sententia; quippe à quibus ὁρισμὸν* suum transcripserit meus Præco, vt tute affirmas. Agam igitur lege sirempse tecum; & tuis te ratiunculis

* definitionem.

A. *Cicero in* 1. *Nat. deor. ante finem.*

tene-

tenebo. Si enim ex te itidem hîc percontemur; *Rubum Mosis ardentem, Eliaq; ignem; tum deinde natantis ferri prodigium, & ruptum Asinæ silentium; tum deniq; leonum, in prædâ iam captâ, ieiunium*; & (quod meus eodē pertinere voluit *a*) *Heliodori sacrilegi prædonis, supplicium, b* inter diuina Miracula tu reponas, nec ne? Cedò, quid itidem tam circumspectè tu respondebis, vt effugere aut ἀνιλογίαν hîc omnē, aut dicti absurdioris censurā, posse te speres! Affirmabis, esse *diuina*? Necesse igitur erit, vt ista cū ijs definias; sintque tibi *non solùm rara & mirifica, sed etiam præter ordinem supraq; potestatem naturalium caussarum vniuersè confecta.* Hæc autem vt tu concedas, in regrum tibi iam non est; qui meum hunc ludos ideo feci sti, quod incautè concessisset. Negabis igitur *diuina esse?* Damnabunt tui te omnes: & ipsæ te sacræ litteræ transfugam dicent, à quibus manifestò defectionem ad perduelles feceris. Nam

A. *Præco de Mirac. pag. 24. §. 1.*
B. 2. *Mach. c. 3. §. 26.*

hæc omnia sic illæ memorarũt, vt iis, ceu diuinis testimoniis, iam Vatum innocentiam, iam causſæ iustitiam, aut si quid aliud necesse fuit, opportunè confirmarent. Quare eâdem te caueâ vides inclusum, in quam paulò antè (quod equidem agnoui) Præconem meum compegeras. Placuit hæc *Adulphi* non intempestiua velitatio. Et sanè terruisses me, inquam, hoc iaculo; nisi præuisum id mihi iam tum fuisset, cùm in arenam descenderem. Nunc vide, quàm facili flexu tuam hanc petitionem exeam, Præcone intra teli iactum relicto. Equidem sic statuo: Effecta (quibus de loquimur) omnia fuisse, diuina quædam miracula, nec ab Orci malis artibus prodiisse: Interim tamen naturæ finibus *sic etiamnum inclusa mansisse, vt* (si rem modumque rei nudè spectes, & mente conditiones quasdam circumstantes, à re seponas) fieri eadem omnia à causſis etiam principiisque naturalibus potuerint. Quod tametsi primo aspectu mirius possit videri: tamen omnia congruent, si ea

voles

voles reminiſci, quæ non multò antè, *c* de quadripartita claſſe diuinorum miraculorum, ſunt diſputata: vbi docui Catholicos, ea etiam effecta, diuinis miraculis adnumerare, quibus DEVS ipſe præter morem quandoque aut impios mirificè fulminat, *d* aut inſontes gloriosè conſeruat, *e* aut pro vero conteſtando acriter propugnat; *f* aut gloriæ ſuæ, potentiæque magnitudinem, cum videtur, oſtentat. *g* Quamuis enim fieri eadem à cauſſis naturalibus queant; tamen ſi liquido conſtet, ea (hoc quidem loco aut tempore,) non per naturæ vires, ſed Dei ſolius imperio peragi; fatebimur eſſe *diuina, ſed infimæ notæ, miracula*: quibus etiamſi par conditio prorſus finitioque non ſit, quæ primarum claſſium miraculis tribuitur: certè tamen ad fidem faciendam haud multo minus idonea poſſint.

C. *Supra, cap. 14. Num. 57. 58, &c.*

D. *Vt Pentapolitas Geneſ 19. §. 24.*

E. *Vt Danielem inter leones. Dan. 6. §. 22.*

F. *Vt 3. Reg. c. 18. §. 38.*

G. *Vt 1. Reg. c. 12. §. 18. cum Dominus dedit voces & pluuias, precante Samuele.*

videri: dummodo, quod suprà monui, ex *adiunctis*, rem circumstantibus, planum sit, ea (tum saltem) diuino imperio nutuque fuisse perfecta. Quod quia de ignibus *Eliæ*, & *Elisæi* ferro, & *Danielis* leonibus, quæque alia hoc genus plura sunt, mihi ex probis indiciis indubitatum est; quid nî censeam, eadem in *diuinis* esse *miraculis* habenda; tametsi sciam, ea ipsa, & *Naturam* quoque & *Orcum* moliri quandoque consuesse; dum videam, hîc certè, molitos non fuisse? At præconi tuo integrum non est, hàc mecum elabi: quippe, qui insciticæ suæ rudimenta sic instituit, vt duo ἀδύνατα atque ἀσύστατα veçors componeret, dum *omne diuinum miraculum* hoc limite circumscripsit, vt simul *nullis naturæ viribus ullum unquam effici posse* diceret: *h* & simul, hæc, quæ dicta sunt, *Eliæ*, *Danielis*, *Elisæi* aliorumque ostenta, in *diuina miracula* (sui immemor) referret. *i*

h *Id. Praco de Mirac pag.* 39. §. 24. *& pag.* 9. §. 9.

i *Idem ib. pag.* 10. *per tot.*

vbi

vbi vides *Adulphe*, quid inter nos duos interſit. Nec miraberis hanc hominis tui vertiginem: inſiſtit malè ſolido ſolo, & ad quamuis auram trementi fundamento: quòdque pridem dixi, felicior eſt in aliorum monumentis furtim compilandis, quàm in ſuis centonibus decorè conſuendis: cùm ad exſcribenda noſtra ſit perſpicax *Argus*, ſed ad ſua deinde conformanda *Cæcilius* merus.

CAPVT XVII.

Præconis imperita xeia de Gregorio Thaumaturgo.

ADVLPHVS, cùm cetera iam videre ſe diceret: id vnum cruciari ſe etiamnum aiebat, quòd nondum teneret, quibus tandem adiunctis indiciis cognoſceretur, hæc vatum, oſtenta, Dei ſolius conſiliis edita fuiſſe; ſi daremus, fieri certè ab *Orci* Naturæque molitionibus interdum poſſe? Tum ego, molliam hunc tibi ſcrupulum, *Adulphe*, non multò

pòst; cùm illuc ipsa nos rerum series ducet. Nunc impera tantisper animo, dum hunc lucũ, quem cædere cæpimus, sublucare de reliquo pergamus. Nam obiacent trunci informes, & decidui adhuc stipites multi, quibus Præco tuus iter hoc sepsit, ne recta ad verum iretur. Quare viam vt aperiamus, bipenni resindiget, ac dolabrâ; quam vtramque tibi mox commodabo.

70. PRAE-*coreprehendit maiores qui Gregorium Neocaes. appellârint Thaumaturgum.*

ATQVE ecce! iam pbuiam in tempore cippum, quem primum amoliemur. Reprehendit omnem antiquitatem, homo temerarius, vt cui *Gregorium* iam olim *Neocaesareæ* Antistitẽ, placuerit *Thaumaturgũ* cognominare: *Quâ in re & modum*, inquit, & decorũ excessit. *a* Quis ita, mi cẽsor, quis excessit? Antiquitas, nẽpe omnis, & Patrũ, Ecclesięq; ab annis plus mille trecentis consensio. *b* Iam tandem rem edixti, quam dudum presseras. At ego te rebar vltimas tantum æta-

A. *Praco de Mirac. pag. 31. §. 6.*

B. *Nam floruit Miraculis ingentibus Anno 240, &c.*

tes,

tes Ecclesiæ nostratis carpere: iam, quod video, totam iubes antiquitatem in ius ambulare; & homo proletarius, heriqué de terræ filiis emersus, audes *Magnum Basilium*, & *Gregorium*, Nyssæ antistitem, (vt alios taceam; quales, ô superi! quantosque viros?) impudens sub censuram vocare, notatosque senatu mouere? Hi enim, & alii nobiscum ad hunc diem omnes, *Gregorium Neocæsariensem* consuerunt *Thaumaturgum* indigetare. Certè *Nyssenus* suum περὶ δὲ τῆς γρηγορίου δὲ ἐν ἁγίοις θαυματουργοῦ * volumen hoc ipso titulo inscripsit; quem pari dein epiphonemate concluſit: *Sunt*, inquit, *& alia Magni Gregorii miracula: ea nos incredulis* (tuis) *auribus parcētes, ne offendantur, qui propter amplitudinem earum rerum, quæ memorantur, veritatem Mendacium* (agnosce genium tuum) *esse putant, scriptis non adiecimus.* Basilius verò *c* cùm eundem Prophetis Apostolisque comparasset, de-

* 8. Greg. Nyss. de S. Gregorio Thaumaturgo.

c Basil. lib. de Spiritu S. cap. 29.

nique sic de *Gregorio*, pergit: *Ille fluuii cursu in diuersum vertit, præcipiens illis in magno Christi nomine; & paludem exsiccauit &c. Vt per longum sit, percensere eius miracula; qui propter donorum excellentiam in omni virtute, & signis, ac prodigiis, ab ipsis etiam veritatis hostibus alter Moses appellatus fuit.* Hæc tibi *Basilius*. Hæc & *Nyssenus*, & quos seculis ab hinc tredecim, nemo fuit, qui idcireo dãnaret; tu primus in illos infestus aries incurris, & absurdè, impieque fecisse contendis, cùm *Gregorium* appellarunt Thaumaturgum. *Absurdè*, inquã & *impiè*: nam aliud nihil voluisse te, sic tuis argumentis ostendo.

71. ARGVmentum præconis aduersus Gregoriũ Thaumaturgum.

Iis honoribus ornare hominem, quos DEO soli debitos profitemur, & absurdum nimis & impium est; Atqui titulus honosq; Thaumaturgi DEO soli debitus est: Quare eo titulo cohonestare Gregorium, aut quemlibet alium, non tam absurdum, quàm impium est. Propositio nulli est dubia. Assumtionem, tu ipse, verbis hebraicis, græcisque

que probas: d non intelligendus alioquin à plebe Germanâ, interq; Alpium rupes duratâ, nisi à Iudæis vsque *Niphlaoth gedoloth*, & mox diuerbium ab *Iberis*, (quos, quid ni perditè ames?) *De luengas vias*, *luengas mentiras*, e ac demum aliud à *Gallis*, si quid licuisset, mutuum sumeres: vt cum versicolori centone, ridiculculus, ad hiantium anicularum comitia prodires; eamque famam colligeres, quâ posses mox omnibus rusticis tuis litteratior audire. Nam ἐν ἀμύσοις, καὶ κόφυδος φθέγγεται. *

Sed videris tu tamen asthmate cum primis laborare, grauemque anhelus animam ducere, quoties loquendum alitèr est, quàm nutricula docuit. Vnde non valde præcipitas tuum tot linguarum torrentem; sed ne qua vocum copia præfocet, stillatim nobis (ut in fundo solemus)

* *Inter indoctos, & alaudas sonas.*

D. *Praco de Miracul. pag.* 30. §. 29. & *pag.* 31. §. 2, &c. Niphlaoth gedoloth, der recht Thaumaturgus, der allein Wunder thuet/Ps. 72; 86. &c.

E. *Idem ib. pag.* 66. §. 10.

NIPHLAOTH GEDOLOTH, admetiris; lenteque per LVENGAS VIAS extendis tuum LVENGAS MENTIRAS. Verùm vt hæc sanè mittamus; assumtionem tu tuam his siue Hebraicis, siue qualibuscunq; momentis ingrederis probare. *Teste regio vate, DEVS est, qui facit mirabilia magna solus. f Deo igitur soli debitus est honos titulusq; Thaumaturgi: homini autem cuicumq; nimius est & inconcessus: ac proinde, seu Basilius olim, seu Nyssenus deinde, seu tredecim porro seculorum antiquitas, Gregorio, Thaumaturgi nomen arrogauit, modum hominis excessit: Deiq; cognomen, homuncioni nec rectè, nec religiosè indidit.*

72. REFVTATVM *præconis argumẽtum.*

Hæc præconis illepida confirmatio si momentum haberet, videtis ipsi quas ubique turbas conciret? Quid enim *Elisæo g* faceremus, quem quondam *operatum mirabilia*: quid *Eliæ, h* quem *amplificatum in mi-*

f. *Psal.* 71. ℣. 18. & 135. ℣. 4.
g. H. *Eccles.* 48. ℣. 4. & 15.

rabi-

rabilibus suis: quid *Stephano*, *i* quem *signa & prodigia magna* (magna vtique mirabilia) legimus feciſſe? quid his, inquam, omnibus futurum diceremus: ſi ex eo, quod DEVS *mirabilia magna* legitur patraſſe *ſolus*, efficeretur; alium patrare *mirabilia magna* neminem debere? Id enim ſi rectè credimus hinc effici; neceſſe habebimus affirmare, ſacras etiam litteras in *Elia*, *Eliſæo*, *Stephano* modum exceſſiſſe, impieque diuinos honores homuncionibus habuiſſe. Niſi fortaſſis dabitur venia, cùm dixero, *hominem facere mirabilia*, & *prodigia magna*, quantumuis DEVS ſit ποιήσας θαυμάσια μεγάλα μόνος; * crimini verò vertetur, ſi *hominem* appellauero *Thaumaturgum*, eò quod DEVS propriè θαυματουργὸς nominetur! cùm tamen θαυμαλεργὸς, haud alius mihi ſit, quàm ὁ ποιήσας θαυμάσια. O rus & inficetias putetis argumenti! quo ſi tiro philoſophus in ludo argutetur, ineptire meritò dicatur: & cum eo tamen choragio, non puduit præco-

* Qui facit mirabilia magna ſolus.

l Act. Apoſt. 6. v. 8.

*Qui iã magno nasu desit.

nem ὀψιμαθῆ * & tam grandem prætextatum, in rostra ascendere, omnemque vetustatem temeritatis accusare. Sed accuset audacter: absolvimur, quotquot hoc actore iudiceque tam stolidè condemnamur. Quare meminisse potius infelix debebat; vtrumque dici rectè potuisse. Nam & *DEVS* est solus *Thaumaturgus*, nempe ἀνδρομαχικῶς; * vt qui suapte vi, nec à quoquam adiutus, omnia miracula possit soleatque, cum lubitum est, procurare: Et interim *Homo* quoque potest *Thaumaturgus* esse, nempe δευτέρως; * vt, qui non suâ, sed diuinâ vi, ad edenda miracula polleat; nec ipse sit miraculi caussa princeps, sed DEI duntaxat ὄργανον agat & instrumentum. Iam si prior vocabuli sensus urgeatur; assurgimus cum *Dauide* omnes, & DEVM in mirabilibus edendis ἀκοινωνήτως * eximium atque vnicè singularem esse palàm confitemur. Sin ad posteriorē abducamur; iam præeuntem *Ecclesiasticũ* & *Lucã*, longo pòst interuallo secuti sunt *Nyssenus*, & cũ illo præterea omnes,

*Primario, & præcipuè.

*Secundarius, secundas partes agens.

*Incommunicabiliter.

mnes, vt intrepide dicerent, crederontue, hanc δύναμιν & θαυμαλογίειν, * hominibus quoque fuisse concessam: Et in eo se negarent, aut modum excessisse, aut titulos diuinos ad mortales impiè transtuliſſe. Etenim quis inficias eat, quin rectè queamus è cælitibus quemque *bonum*, aut *gloria dignum*, appellare? & audimus tamen hinc ab ipso DEI oraculo, οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς, ὁ θεός: *k* inde à DEI Apostolo, μόνῳ θεῷ τιμὴ, δόξα *l* Quæ cum ita sint, absoluatur antiquitas cùm *Gregorium*, virum tam eximiâ sanctitate, quàm ingentibus, miraculis celebrem, & *Bonum* & *Thaumaturgum* nominauit: Plectatur verò Momi huius impudens censura, quæ, ne quid intactum fuligine suâ relinqueret, etiam hanc sibi litterarum sacrarum, Ecclesiæque consensionem ἐν παρόδῳ * censuit esse carpendam.

*Virtutē Miraculorum.

*In trāsc. cursu.

k Matth. 19. ℣. 19. Nemo bonus, nisi vnus, Deus. ex Graco contextu.

l 1. Timoth. 1. Soli Deo honor & gloria.

CAPVT XVIII.

Præconis inscitia & nequitia, in discriminandis miraculis divinis, & nostris.

73. PRAEco malitiosè erat in dando discrimine Miraculorum.

PORRO si vsquam apparuit, quidliuor odiumq; in homine posset, id in hoc buccinatore mihi videor videre: quærit, agit, vertit omnia, dum, quod rodat, indipiscatur: &, quod canes iratæ solent, vt, cũ figere dentes in homine nequeunt, lapidé fustemúe mordicus vexent; ignaræ, quem lædant: ita præco, dum percitus odio requirit, quâ parte Miraculis nostris incommodet, in eam cæcus irruit, quâ pressius admorsa *a*, dentes sibi omnes hebetaret. Nam palmarium ait hoc inter DEI, nostraque Miracula esse discrimen; quod illa simplici plerumque imperio, nulloque cæremoniarum apparatu constent: nostra verò mirè quàm ineptis ac mimicis gesticulationibus præludant. *Aegyptarum*, aut histrionum simios credas; aut è *Colchide* rugosam anum, cum ebulli-

a A. *Præco de Mirac. pag.* 33. *v.* 21. *& seqq.*

ente

ente cacabo rixantem depingi : tam ridiculè noſtros ille Thaumaturgos in ſcenam producit. Et iuuat ipſum, ſuo, (ſi tamen latino poteſt) ore loquentem auſcultare. *Nam b grande*, inquit, *aſſolent ahenum ſuſpendere aëremq́, ceu lupercalibus, flagellare: mox conuerſi prorſum vorſum, comicâ leuitate, iam mirè abſurdis, iam ridiculis ac ſtultis, iam ſuperſtitioſis & impijs ceremonijs operari. Inter hæc anili carmine, & deſtinato puluere, & variâ crucis imagine bacchantur; perguntq́, characteres effingere, & figuras ſubijcere, & circulos orbesq́, ducere; tum vero balneis incantatis, & aquis piacularibus inſtare, remq́, mille hoc genus præſtigijs vrgere.* Atq́; hæc omnia, ne Catholicis vir integerrim⁹ imponere per calumniam dicatur, teſtibus confirmat, ijs ipſis, quos accuſat. Nam, *conſulite libros*, inquit, *quos* IESVITÆ, *alijq́ vulgârunt.* Nomina, bone vir, quos præcipuè tu libros,

B. *Præco de Mirac. pag. 34. §. 1. & deinceps, verbis germanicis; quorum ſenſus hic redditur.*

quoſq;

quoſq; IESVITAS hîc teſteris ? *Diſquiſitiones*, inquis, *Antonij Delrij magicas c.* Conſului pridem, & perlegi eas magnam partem: nuſquam vlla vox aut ſyllaba, (audite ciues, audite hoſtes,) huſquàm nota vlla, quæ huic Præconis mendacio patrocinetur. Damnat omnes *Antonius* magorum rhombos; omnes hiſtrionicas ac ridiculas (de impijs quid dicam?) ceremonias acerrimè inſectatur: characteres, orbes, balneas, & præſtigias, quas memoraſti, omnes vltimis deuotionibus exſecratur; easque ab Eccleſiâ noſtrâ ſemper eſſe fuiſſeq; alienas demonſtrat. Cui tu igitur bono, aut quàm in rem, hoc eius teſtimonio vtendum tibi putaſti ? Si eò ſolùm, vt oſtenderes, quid apud veneficas tribus, & in *Canidiæ* gynæceo, aut certè in *Fauſti* tui palæſtrâ docere Cacodæmon inſuêrit; (nam de his *Delrius* ſolis narrat) tum tu magnus mihi nugator es; qui nobis obeſſe putes hos Orci Thaumaturgos; quippe quos

C. *Præco ibid. Ita in margine, pagina 34. ad §. 13.*

ipſos

ipsos è tui *Lutheri* ouo, in nidulo *Caluini* confertim excludi quotidie videamus, interq; vos impune grassari; cùm eosdem interea nos non verbo, sed ferro flammaque persequamur. Quamquam non est, cur hoc voluisse te suspicemur. Oppugnatum enim Ecclesiæ nostræ Miracula veneras; eamque in rem vndique omnia contraxeras, quibus Ecclesiæ sperabas inuidiam posse conflari: vt siquid vsquã absurdum aut asinus Madauri, aut *Apollonius Ephesi*, aut commenta *Fausti*, aut spectacula *Magdeburgi*, parturijssent, id aurita plebecula tua cum nostris continuò Miraculis cõponeret; fructumque tuæ concionis, nostrum ludibrium reportaret. Atq; hoc sanè te vnum spectasse, res loquitur: cùm idcirco, præstigijs tuis stultitijsque prolixè commemoratis, hæc verba subijcias *d*; *Tales præstigias in* IESV *vitarum incantamentis est videre, quibus illi Stygias obsidiones soluere consuêrunt.* Bene se habet: aperiendi sunt prorsus oculi, vt simul, & quid

d *D. Praco de Mirac. pag. 34. §. 11.*

IESV-

IESVITÆ Catholiciq; in ſuis Miraculis antiquitus agant, & quid Præcones Iſlebij in calumnijs ſuis delirè ſomnient, videamus.

74. REFELLITUR *praeconis calumnia, de Catholicorum praeſtigijs. Et primò Exemplo Eliæ.*

Duorum capitum, quæ conſtituerat aduerſarius, altero contendit, Miracula diuina eſſe ἀφελέσταλα* ferè, & nullo cæremoniarum emblemate comitata: vt quæ verbo nutuq; potius, quàm interpoſito geſtu, aut geſtu certè permodico & vtili peragantur: eâque in re diſcrimen apparere inter Orci Cælique portenta. Altero tradit, Catholicorũ ac IESV *vitarum* Miracula, eſſe propudijs rituum magicorum ineptiſſq; plena, & vndiq; anilibus lemniſcis, ac geſticulationum pigmentis fucata. In priori, *Alpinum* exhibet fruticem, inficetiæ rurisque plenum: In poſteriori, ſeipſum, id eſt, exercitatæ frontis mendaciſſimum Calumniatorem. Vtrumq; vobis oſtenſurus, auſpicabor à priori. Cùm *Eliæ* viduæ *Sarephthanæ* filium ab inferis excitaret *a*; edidit luculentum haud dubiè Miraculum: quod quidem fuiſſe *di-*

*Simpliciſſima.

a 3. *Reg.* 17. 9. 22.

uinum,

uinum, ne ipse quidem Præco, quamquam omnia audet, audebit inficiari. Et certè si nasus eius erubescceret fateri; cogeret mater vidua, & primulùm orba; cùm recepto filio, *nunc in isto*, inquit, *cognoui, quoniam vir DEI es tu, & verbum Domini in ore tuo verum est.* *b* Fuit igitur id *Eliæ* Miraculum verè *diuinum*. Quod autem huiusmodi est, id ex præconis mente *c*, necesse est, verbi solius imperio, nullâque ferè cum cæremoniâ fuerit perpetratum. Lege sis historiæ totius seriem *Adulphe*; vt inde, quid sacræ litteræ, cum præcone tuo consentiant, videamus. *Tulit eum de sinu eius, & portauit in Cœnaculum, & posuit super lectulum suum. Et expandit se, atq; mensus est super puerum tribus vicibus, & clamauit, &c.* *d* Quid legis, *Adulphe*? aut quas tu mihi non cæremonias modò, sed corporis totius in *Elia* flexus gestusq; mirificos narras? Ego has huiusmodi pandiculationes,

B. *Ibid.* §. 24.
C. *Præco de Mirac. pag.* 33. §. 21. *& seqq.*
D. 3. *Reg. c.* 17. §. 19 *& 21.*

atque

atque istos incubitus, atq; hos trinos commensus, atque hæc demum omnia, ad scenicos histrionum ludos audieram ablegari, nisi tuus fefellit doctor. Nam his proludijs non *Diuina*, sed *Romana* Miracula, id est, (vt tuus τὸ παύλα vult *e*) stygia, vtuntur. Verùm, vt *quandoq; bonus dormitat Homerus*, ità fieri sacris etiam litteris ille dicet, vt aliquando sui oblitæ ineptiant. Habebit hunc ijs honorem fortasse, vt hoc dicat; & vnam earum hanc culpam conuictus deprecetur: alibi nusquam illos hoc genus ludos vsquam memorare.

7 5. REFELLITUR CALUMNIA 2. *Exemplo Elisæi.*

Quid igitur faciemus *Elisæo*; quem legimus, alium non multo pòst, itidē in vitam, diuinissimo Miraculo, reuocasse? *d* Et auscultate, quæso vos, quibus & iste proludijs rem sit aggressus. Principiò famulum dato negotio, præmittit. *Accinge lumbos tuos, & tolle baculum* MEVM, *in Manu tuâ, & vade. Si occurrerit tibi homo, non salutes eum, & si salutauerit te quispiam,*

E. *Præco Supra cit.*

D. *A. Reg. 4. §. 35. & cap 8. §. 5.*

am,

am, non respondebis illi, & pones baculũ meum super faciem pueri e. Quid apertius? Ecce quot ritus examussim præscriptos! Quid faciebat ad rem baculus, & quidem MEVS? quid adiuratum silentium? quid interdicto sublata humanitas? quid subalaris scipio cadaueri iniectus? nempe, si calculos bene subduxit tuus Præco, *Elisæus*, histrionicâ leuitate, suo Miraculo præluſit, qui hæc tam absurda pertinere ad rem credidit. Imò verò, inquit *Adulphus*, crescit animus mihi, & ab hoc ipso documento, quàm non sapienter ita præluserit *Elisæus*, agnosco. Nam eâ ipsâ de causâ sacris obstrudunt sacræ litteræ, consilium *Elisæi* cæptaque euentis caruisse. Audi, si lubet, quid continuò subdant: *Giezi præcesserat, & posuerat baculum super faciem pueri, & non erat vox, neq; sensus. Reuersusq; nuntiauit ei, dicens: non surrexit puer.* f Surrecturus vtique, si missis diludijs, rem vates grauiter & seriò egisset. Ego sanè, quamquam

E. *Ibid.* v. 29.
F. *Ibid.* v. 31.

te

te suspicor, *Adulphe* delicias hîc facere, nec in hoc commento serium, esse; tamen haud ægre adducor, vt credam, præconem tuum, si per ingenii stuporem priori in mentem venisset, hoc sibi responso, vehementer fuisse plausurum. Et potest Alpium certè indigenis idoneum hoc delirium videri; quippe quos ipse iam ad sequenda hæc sua consuefecit. Neque nos etiam nobis in hoc *Elisæi* prodromo plaudemus; si secutum mox *Elisæum*, respiscere, atque damnatis his prolusionibus ad verba solùm imperiaque descendere conspicimus. Nam quis eum credat his porro cæremoniis operaturum, quas ab euentu siniſtro displicitas Numini præsensisset? Itaque absolue tu reliquum libri; quæque mox præsens in excitando mortuo fecerit *Elisæus*, paulisper lege: sed clarùm, vt cetera soles. Quid enim tacitus impalles & cunctaris *Adulphe*? Quia enim quod auebam, inquit, non inuenio. Tametsi, quicquid tandem est, lego. *g Ingressus*

G. 4. *Reg.* 4. v. 34. & 35.

Eli-

Eliſæus clauſit oſtium ſuper ſe, & ſuper puerum, Et aſcendit, & incubuit ſuper puerum; poſuitq; os ſuum ſuper os eius, & oculos ſuos ſuper oculos eius, & manus ſuas ſuper manus eius: & incuruauit ſe ſuper eum, & calefacta eſt caro pueri. At ille reuerſus, deambulabat in domo, ſemel huc atq; illuc: & aſcendit & incubuit ſuper eum. Hic arridens *Baptiſta Iulius*, Quin tu autem ceſſas, exclamat, atque hæc legere porro omittis; ne præco Alpinus hîc denuo obturbet; interque tam lepidos geſtus, emori citius viuentem, quàm reuiniſcere mortuum poſſe vociferetur? Tamen exſpecto, ſi pergis, &, quid euenerit ex eo ſenis incubitu, auſculto. Ego, quid euenerit, exſpectas? *Et oſcitauit puer ſepties, & aperuit oculos.* h Hoc euenit. Tum *Adulphus*, equidem iam inquit, admiror vehementer, tam fuiſſe incogitantem hunc meum, vt iſtuc non prouideret. Quem ego proinde ſi ſæpius deprehendero ſic allucinari, ſtatuam mecũ ipſe, de eius exiſtimatione quid mu-

h. *Ibid.* v. 35.

tem.

tem. Bene tu ſtatues, inquam. Neque enim patiar latére plures eiuſmodi nævos, quibus ille aut imperitiam prodit inſignem, aut maleuolentiâ tranſuerſus agitur. Iam ego, quid ſuper hoc *Eliſæi* miraculo, certè diuiniſſimo, poſſit, velitué comminiſci, vix invenio: niſi quòd fortean reſponſurus eſt; eum ex *Eliæ* diſciplinâ prodiiſſe, alumnum, magiſtri nimis quàm ſequacem. Eaque propter, neutrum ex ſententiâ ſuâ rem geſſiſſe: ſed hunc præſertim in talibus pertinacius hæſiſſe: præque ipſo Magiſtro, videri religioſum fuiſſe. Apparent alia huius plura eius ſpecimina. Quid enim id fuiſſe, cum Naamanum, vt vitiliginis infamiâ ſolueretur, iuſſit ſepties vndis præterfluëtibus ablui? Quam numero huic prærogatiuam, ad elephantiæ pſoras eluendas, eſſe conceſſam? Quid porro illud, cum regi vaticinaturus, *i* arcu ſagittiſque indiguit, & manibus manus ſuper impoſuit; tum feneſtræ valuulam pandere, quæ ortum ſolem ſpectaret, & indidem ter,

I. 4. *Reg. cap.* 13. v. 15. *& ſeqq.*

quater-

quaterque ac sæpius tendere arcum, iacereque sagittam, inani consilio iussit. Omitti cæpta hæc omnia debuerant, si *diuina miracula*, præconis arbitratu fuêre decidenda.

ATQVE ideò, cùm fides *Eliæ* atque *Elisæi* apud hunc Momum suspecta pæne decoxerit: haud multo aliud exspectabunt *Gedeones* & *Iosuæ*, in suis admirandis: quorum illi, cum fragiles hydrias cõplodere ac relucentes lampades ventilare instituissent, infinitam hostium vim, in rabiem actam, ceciderunt. *a* Isti, pòst quàm silentes diebus septẽ mœnia septies circumiêre, demum ad sublatos clamores mœnia collabi, ingenti ruinâ conspexerunt. *b* Ideò vt potentius hominem stringam, digrediar ego ad *Christi* ipsi⁹ miracula; quæ dabit vtique Præco, diuinissima, citra controuersiam, fuisse. Et quæram principio, nullâsne credat eum cæremonias usurpasse, tum cum homini à natalibus cæco visum resti-

76. REFELLITVR *calumnia eadem* 3. *Exemplo Christi.*

A. *Lib. Iud. c.* 7. §. 16. & 20.
B. *Lib. Iosue. c.* 6. §. 20.

tuit? e *Certè enim exſpuit in terram, & fecit lutum ex ſputo, & liniuit lutum ſuper oculos eius & dixit ei, vade, laua in natatoria Siloe.* Debuit his Chriſtus omnibus ſuperſedere, vnoque verbulo copiam cæco videndi facere, ſi τυπτνὶ τὸν κήρυκα ἢ κόρακα * eiuſque impudens roſtrum vitare voluiſſet, ne miraculum ſuſpicione tam improbâ laboraret. Quæram deinde, ex eodem; cùm *Chriſtus* infinitos alios ſanaturus, *ſingulis* ferè *manus* prius *imponeret*, quàm morbos miraculo profligaret; eámne cæremoniam fuiſſe aliquam non arbitretur? Sed hic homo, quippe victor, planiſſimè triumphat. Vltro enim confitetur, *Chriſto in edendis miraculis hunc ritum perquam fuiſſe familiarem*; etſi ideò tamen diuinis prodigiis ille non offecerit, quod *eiuſmodi cæremonia fuerit ad rem, quatum agebatur, perutilis.* f Cedò autem, quæ ea tanta, in hoc ritu fuit manuum, præquàm oculorum, aut pedum, vtilitas? *Ea*, inquit, g

* *Hunc ipſum præconem an Cornum.*

C. *Ioan.* 9. v. 6. &c.
D. *Luc.* 4. v. 40. & *alibi plerumq;*.
E. F. G. *Pag.* 33. v. 23 & 28.

qui

quæ per impositas manus ostendebat h καλοικεῖν ἐναὐτῷ πᾶν τ πλήρωμα τῆς θεότητ σωματικῶς. Festiuè. Quis è manibus impositis hanc olim interpres elicuit significationem, vt tam audacter tu primus asseueraresⁿ? Cras symmystarum aliquis, si forte, quid *Christus*, in abluendis suorum pedibus, voluerit, requiratur; par respondendi ius arrogabit, ut eo dicat indicio, *plenitudinem diuinitatis esse* significatam. Bellos interpretes, & Alpibus dignos. Nescieram antehac, Apostolos cùm aliis aliisque manus imponerent, *i* eaque re miracula patrarent, *k* id nobis indicasse, quo intelligeremus, in ipsis *plenitudinem diuinitatis* σωματικῶς incolere. Et verò posteris quoque Christum accipio pollicitum esse, *l vt super ægros manus imponerent*, ægrique continuò *bene haberent*: quâ pollicitatione ne-

H. *Coloss. 2. v. 19. habitare in eo omnem plenitudinem diuinitatis corporaliter.*

I. *Act. Apost. 8. §. 18. de Petro.*

K. *Ib. c. 9. §. 17. de Ananiâ. & c. 28. §. 8. de Paullo.*

L. *Marci. 16. §. 18.*

mo noſtrûm ſcierat, τὸ τῆς θεότητος πλήρωμα σωματικῶς ἐνοικούσης * fuiſſe promiſſum; niſi nos magnus Alpium interpres id docuiſſet. Quare ſi ſuam interpretationem hanc præco agnoſcit, hoc audiat ἐνθύμημα, nec erubeſcat: *Credituri manus ægris imponent, & ægri ſe bene continuo habebunt: Igitur credituri oſtendent ſeſe totam diuinitatis plenitudinem σωματικῶς continere.* Quo dato, quid ii minus habituri ſunt Chriſto? Sed ita conſuêrunt hi tales, vt quidquid ebrii ſomniârunt, mox de ambone ad obnoxiam plebem audeant renomere.

* *plenitudinem inhabitantis diuinitatis.*

CAPVT XIX.

Præconis calumnia, qua noſtra Miracula ait ſuperſtitionibus plena.

77. PRÆCO nunquam interfuit præſens, ſacris noſtris, qua

PORRO placuit hæc vberius perſequi, vt manifeſtò videretis, nec antiqua vatum, Chriſtiique miracula eiuſmodi fuiſſe, quæ præconis commento

mento subscriberent: sed ea cum cæremoniis æquè multis, aut pluribus facta interdum esse, ac fiunt hodieque nostra. Etenim vt ad nostra veniam; (quod alterum sibi caput adversarius fecerat) subit, impudentem hominis frontem admirari; qui tam præfractè audax, cùm longum syllabum magicarum, stultarumque gesticulationum nugo texuisset; *a* denique & nos ipsos earum testes non erubuerit nominare; & illas easdem, cùm in aliis nostratibus miraculis, tum verò in profligandis orci inquilinis præcipuè affirmarit vsurpari. *b*

QVEM tamen ego si primùm interrogem, an ipsémet nostris adeò sacris ad horæ spatium vnquam adfuerit? &, cùm cacodæmones sacro carmine rituque euocati, excedere iubebantur, oculatus adstiterit? hasque omnes, quas audax ementitur, ineptias, præsens spectârit? nunquam audebit, quamquam perfrictæ frontis est, aut adfuisse se dicere, aut ea, quæ commemorat, vsquam nisi per somnium

a B. *Præcode Mirac. pag.* 34. *per tot.*

nium ſpectaſſe: In quoduis pignus voco; quid palles? & ſi quondam adſtitiſti, quin tempus oſtendis? quin locum vbi tum ſteteris; & homines, quos coram videris; & verba, quæ palimpſeſto exceperis; & facta, quæ cachinno tu riſeris, exſertè ordineque iam promis? Nihil omiſſurum te ſcimus, ſi quicquam iſtorum fuiſſet. An enim præterires locum, tuis rationibus tam opportunum: qui aliis quibuſque minutulis, totas paginas ὁμοιογράφους * otioſus impendiſti; marginesque abs re, corrogatis teſtibus omnes effertim impleſti? Quamquam ſi aliunde mihi non liqueret, ſatis ex eo diſcerem, ad hæc ſpectacula, quib⁹ ab humano hoſpitio inhumani hi hoſpites exturbantur, nunquam te eominus acceſſiſſe; quòd memineras ſiue *Martino* tuo rem olim periculoſam ac pæne capitalem fuiſſe; c ſiue bubones & infernas has vpupas mutato priori nido percupere ad paſtos *Epicuri de grege porcos* auolare; iam

*Etiam à tergo ſcriptas.

c. *Staphylus Lutheri præſens ſpectator; & indidem alij.*

inde

inde cum primum cæperunt, *si eiicis nos, mitte nos in gregem porcorum.* d occinere. Quare, si fateri non audes, te præsentem hæc vsquam oculis tuis spectasse; quid eadem, vt si millies vidisses, exercitato ad impudentiam vultu, tam asseueratò cõtestaris; atq. fieri apud nos (ut modestissimè dicã) tam liberè familiariterque iocaris?

Sed durâ nimis & iniquâ lege hæc tecum disputo. Quasi verò necesse sit, ea solùm, pro compertis habere, quæ millies ipse videris, arbitrâque manu contigeris. Etiam ea fidem hodie merentur, quibus auctoritatem fecêre libri; præsertim peruetusti, & iam carie blattisque ambesi, *quorum titulos abolere senectus* dudum potuit. His enim si fides iam abrogetur, tolli necesse est omnem historiam, id est, lucem temporum, atque iudicem veritatis. Non abnuo, quin ita sit: & ea propter facilis ego tecum ad nouas conditiones descendam; vt adeò nunc solùm interrogem; an vsquam ipse tu legeris, has in Ecclesiâ tam

78. PRAECO *nusquam legit, quæ de sacris nostris impiè tradit.*

D. *Matt.* 8. ℣. 31. *Marci* 5. ℣. 11. *Luc.* 8. ℣. 32.

impios & infames ritus, quos dudum memorasti, dum vel malos dæmones ex infessis corporibus exigimus, vel quæuis alia Miracula ciemus, exerceri? Respondebis, enimuero legisse. At ego te aio certo certius nusquam vnquam legisse. Quam in rem quin tecum sacramento contendam, non refugio. Quos enim denuo tu mihi testes adduceres? quos intestabiles *VVieros*, aut expurpuratos *Bennones*, aut fabularum centones ac centuriones ad libri oram omitteres, si legisses? Noui libidinem tuam, quâ pruris, ad margines seu lectis seu neglectis scriptoribus farciendos. Imò iam testem inquies, produxi, *M. Antonium Delrium*. Produxti hunc, sanè, sed nobis bono; vt qui vnus, si ceteri tacerent, magnis vocibus assiduè clamet; inter τρία Κάππα κάκιστα * illud tibi deberi, quod Κρῆτες, ἀεὶ ψεῦδεις * gentile habuerant. Nam negat ille profanum aut anile quidquam se vsquam Miraculis nostris tribuisse: quamuis non neget, impios Magorum ac sacrilegos ritus insectatum

* *Tria pessima* KKK.
* *Cretes semper mendaces.*

tum sese hostiliter vbiq; fuisse. Fefellisti tu igitur lectorem, & *Delrio* iniuriam insignem feciſti, ſiquid eo teſte aduersus Eccleſiæ Miracula probare molitus es. Atquî certè legiſti tamen; ſed apud alios, fortaſſe, quos ſæpe laudabis; *VVieros* inquam, *Bennones*, aut ſiquos alios calumnia patronos habuit! Primùm hos nondum hîc tu teſtes aduocâras, & an infra ſis nominaturus, haud dum ſcio. Quare & ego cauſſam ampliabo, dum eos tu mihi producas. Tum deinde, ſi etiam hîc illorum auctoritate fuiſſes vſus, minus nihilo apud me egiſſes: quia eos nimirum tu ſiſteres, quos ſcirem in vero tractando PROPTER VIAM feciſſe, & fidei bonæ patrimonio abligurito, nouas tabulas quæſiſſe, quibus in tutum elaberentur. Poſtremò, quâ fronte, vt fidem his habeam?, tu poſtulas; cùm putes noſtris tu tot vetuſtiſſimis Eccleſiæ doctoribus, quos Miraculorum aſſertores vindicesque tibi producimus, fidei nihil eſſe penitus habendum? At nondum in præſens hoc ago: contentus iam

tem. Bene tu ſtatues, inquam. Neque enim patiar latére plures eiuſmodi nævos, quibus ille aut imperitiam prodit inſignem, aut maleuolentiâ tranſuerſus agitur. Iam ego, quid ſuper hoc *Eliæi* miraculo, certè diuiniſſimo, poſſit, velitué comminiſci, vix invenio: niſi quòd fortean reſponſurus eſt; eum ex *Eliæ* diſciplinâ prodiiſſe, alumnum, magiſtri nimis quàm ſequacem. Eaque propter, neutrum ex ſententiâ ſuâ rem geſſiſſe: ſed hunc præſertim in talibus pertinacius hæſiſſe: præque ipſo Magiſtro, videri religioſum fuiſſe. Apparent alia adhuc plura eius ſpecimina. Quid enim id fuiſſe, cum Naamanum, vt vitiliginis infamiâ ſolueretur, iuſſit ſeptiesvndis præterfluētibus ablui? Quam numero huic prærogatiuam, ad elephantiæ pſoras eluendas, eſſe conceſſam? Quid porro illud, cum regi vaticinaturus, ſ arcu ſagittiſque indiguit, & manibus manus ſuper impoſuit; tum feneſtræ valuulam pandere, quæ ortum ſolem ſpectaret, & indidem ter,

I. 4. *Reg. cap.* 13. v. 15. *& ſeqq.*

quater-

quaterque ac sæpius tendere arcum, iacereque sagittam, inani consilio iussit. Omitti cæpta hæc omnia debuerant, si *diuina miracula*, præconis arbitratu fuêre decidenda.

ATQVE ideò, cùm fides *Eliæ* atque *Elisæi* apud hunc Momum suspecta pæne decoxerit: haud multo aliud exspectabunt *Gedeones* & *Iosuæ*, in suis admirandis: quorum illi, cum fragiles hydrias cõplodere ac relucentes lampades ventilare institissent, infinitam hostium vim, in rabiem actam, ceciderunt. *a* Isti, pòst quàm silentes diebus septẽ mœnia septies circumiêre, demum ad sublatos clamores mœnia collabi, ingenti ruinâ conspexerunt. *b* Ideò vt potentius hominem stringam, digrediar ego ad *Christi* ipsi miracula; quæ dabit vtique Præco, diuinissima, citra controuersiam, fuisse. Et quæram principio, nullâsne credat eum cæremonias usurpasse, tum cum homini à natalibus cæco visum resti-

7. REFELLitur calumnia eadem 3. Exemplo Christi.

A. *Lib. Iud. c.* 7. §. 16. & 20.
B. *Lib. Iosue. c.* 6. §. 20.

tuit? *c Certè enim exſpuit in terram, & fecit lutum exſputo, & liniuit lutum ſuper oculos eius & dixit ei, vade, laua in natatoria Siloe.* Debuit his Chriſtus omnibus ſupersedere, vnóque verbulo copiam cæco videndi facere, ſi τὸν κήρυκα ἢ κόρυκα * eiuſque impudens roſtrum vitare voluiſſet, ne miraculum ſuſpicione tam improbâ laboraret. Quæram deinde, ex eodem; cùm *Chriſtus* infinitos alios ſanaturus, *ſingulis* ferè *manus* prius *imponeret*, quàm morbos miraculo profligaret; eámne cæremoniam fuiſſe aliquam non arbitretur? Sed hîc homo, quippe victor, planiſſimè triumphat. Vltro enim confitetur, *Chriſto in edendis miraculis hunc ritum perquam fuiſſe familiarem*; etſi ideò tamen diuinis prodigiis ille non offecerit, quod *eiuſmodi cæremonia fuerit adrem, quatum agebatur, perutilis.* *f* Cedò autem, quæ ea tanta, in hoc ritu fuit manuum, præ quàm oculorum, aut pedum, vtilitas? *Ea*, inquit, *g*

* *Hunc ipſum praconem an Cerunum.*

C. *Ioan.* 9. v. 6. *&c.*
D. *Luca* 4. v. 40. *& alibi plerumq;*
E. F. G. *Pag.* 33. v. 23 *& 28.*

qua

quæ per impositas manus ostendebat h καλοικεῖν ἐν αὐτῷ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς. Festiuè. Quis è manibus impositis hanc olim interpres elicuit significationem, vt tam audacter tu primus asseuerares? Cras symmystarum aliquis, si forte, quid *Christus*, in abluendis suorum pedibus, voluerit, requiratur; par respondendi ius arrogabit, vt eo dicat indicio, *plenitudinem diuinitatis esse* significatam. Bellos interpretes, & Alpibus dignos. Nescieram antehac, Apostolos cùm aliis aliisque manus imponerent, *i* eaque re miracula patrarent, *k* id nobis indicasse, quò intelligeremus, in ipsis *plenitudinem diuinitatis* σωματικῶς incolere. Et verò posteris quoque Christum accipio pollicitum esse, *l vt super ægros manus imponerent*, ægríque continuò *bene haberent*: quâ pollicitatione ne-

H. *Coloss.* 2. *x.* 19. *habitare in eo omnem plenitudinem diuinitatis corporaliter.*

I. *Act. Apost.* 8. §. 18. *de Petro.*

K. *Ib. c.* 9. §. 17. *de Anania. & c.* 28. §. 8. *de Paulo.*

L. *Marci.* 16. §. 18.

mo noſtrûm ſcierat, τὸ τῆς θεότητος πλήρωμα σωματικῶς ἐνοικούσης * fuiſſe promiſſum; niſi nos magnus Alpium interpres id docuiſſet. Quare ſi ſuam interpretationem hanc præco agnoſcit, hoc audiat ἐνθύμημα, nec erubeſcat: *Credituri manus ægris imponent, & ægri ſe bene continuo habebunt: Igitur credituri oſtendent ſeſe totam diuinitatis plenitudinem σωματικῶς continere.* Quo dato, quid ii minus habituri ſunt Chriſto? Sed ita conſuêrunt hi tales, vt quidquid ebrii ſomniârunt, mox de ambone ad obnoxiam plebem audeant renomere.

* *plenitudinem inhabitantis diuinitatis.*

CAPVT XIX.

Præconis calumnia, qua noſtra Miracula ait ſuperſtitionibus plena.

77. PRÆCO nunquam interfuit præſens, ſacris noſtris, quæ carpit.

PORRO placuit hæc vberius perſequi, vt manifeſtò videretis, nec antiqua vatum, Chriſtiique miracula eiuſmodi fuiſſe, quæ præconis commento

mento subscriberent: sed ea cum cæremoniis æquè multis, aut pluribus facta interdum esse, ac fiunt hodieque nostra. Etenim vt ad nostra veniam; (quod alterum sibi caput adversarius fecerat) subit, impudentem hominis frontem admirari; qui tam præfractè audax, cùm longum syllabum magicarum, stultarumque gesticulationum nugo texuisset; *a* denique & nos ipsos earum testes non erubuerit nominare; & illas easdem, cùm in aliis nostratibus miraculis, tum verò in profligandis orci inquilinis præcipuè affirmarit vsurpari. *b*

QVEM tamen ego si primùm interrogem, an ipsémet nostris adeò sacris ad horæ spatium vnquam adfuerit? &, cùm cacodæmones sacro carmine rituque euocati, excedere iubebantur, oculatus adstiterit? hasque omnes, quas audax ementitur, ineptias, præsens spectârit? nunquam audebit, quamquam perfrictæ frontis est, aut adfuisse se dicere, aut ea, quæ commemorat, vsquam nisi per som-

a B. *Præco de Mirac. pag.* 34. *per tot.*

nium ſpectaſſe: In quoduis pignus voco; quid palles? & ſi quondam adſtitiſti, quin tempus oſtendis? quin locum vbi tum ſteteris; & homines, quos coram videris; & verba, quæ palimpſeſto exceperis; & facta, quæ cachinno tu riſeris, exſertè ordineque iam promis? Nihil omiſſurum te ſcimus, ſi quicquam iſtorum fuiſſet. An enim præterires locum, tuis rationibus tam opportunum: qui aliis quibuſque minutulis, totas paginas *omoyoyiꝑus* * otioſus impendiſti; marginesque abs re, corrogatis teſtibus omnes effertim impleſti? Quamquam ſi aliunde mihi non liqueret, ſatis ex eo diſcerem, ad hæc ſpectacula, quib⁹ ab humano hoſpitio inhumani hi hoſpites exturbantur, nunquam te eominus acceſſiſſe; quòd memineras ſiue *Martino* tuo rem olim periculoſam ac pæne capitalem fuiſſe; *c* ſiue bubones & infernas has vpupas mutato priori nido percupere ad paſtos *Epicuri de grege porcos* auolare; iam

* *Etiam à tergo ſcriptas.*

c C. *Staphylus Lutheri præſens ſpectator; & indidem alij.*

inde

inde cum primum cæperunt, *si eiicis nos, mitte nos in gregem porcorum.* d occinere. Quare, si fateri non audes, te præsentem hæc vsquam oculis tuis spectasse; quid eadem, vt si millies vidisses, exercitato ad impudentiam vultu, tam asseueratò cõtestaris; atq. fieri apud nos (ut modestissimè dicã) tam liberè familiariterque iocaris?

Sed durâ nimis & iniquâ lege hæc tecum disputo. Quasi verò necesse sit, ea solùm, pro compertis habere, quæ millies ipse videris, arbitrâque manu contigeris. Etiam ea fidem hodie merentur, quibus auctoritatem fecêre libri; præsertim peruetusti, & iam carie blattisque ambesi, *quorum titulos abolere senectus* dudum potuit. His enim si fides iam abrogetur, tolli necesse est omnem historiam, id est, lucem temporum, atque iudicem veritatis. Non abnuo, quin ita sit: & ea propter facilis ego tecum ad nouas conditiones descendam; vt adeò nunc solùm interrogem; an vsquam ipse tu legeris, has in Ecclesiâ tam

78. PRAECO *nusquam legit, quæ de sacris nostris impiè tradit.*

D. *Matt.* 8. §. 31. *Marci* 5. §. 13. *Luc.* 8. §. 32.

impios & infames ritus, quos dudum memoraſti, dum vel malos dæmones ex inſeſſis corporibus exigimus, vel quæuis alia Miracula ciemus, exerceri? Reſpondebis, enimuero legiſſe. At ego te aio certo certius nuſquam vnquam legiſſe. Quam in rem quin tecum ſacramento contendam, non refugio. Quos enim denuo tu mihi teſtes adduceres? quos inteſtabiles *VVieros*, aut expurpuratos *Bennones*, aut fabularum centones ac centuriones ad libri oram omitteres, ſi legiſſes? Noui libidinem tuam, quâ pruris, ad margines ſeu lectis ſeu neglectis ſcriptoribus farciendos. Imò iam teſtem inquies, produxi, *M. Antonium Delrium*. Produxti hunc, ſanè, ſed nobis bono; vt qui vnus, ſi ceteri tacerent, magnis vocibus aſſiduè clamet; inter τρία Κάππα κάκιστα * illud tibi deberi, quod Κρῆτες, ἀεὶ ψεῦδεις * gentile habuerant. Nam negat ille profanum aut anile quidquam ſe vſquam Miraculis noſtris tribuiſſe: quamuis non neget, impios Magorumaç ſacrilegos ritus inſectatum

*Tria peſſima KKK.

*Cretes ſemper menda-ces.

tum sese hostiliter vbiq; fuisse. Fefellisti tu igitur lectorem, & *Delrio* iniuriam insignem feciſti, ſiquid eo teſte aduersus Eccleſiæ Miracula probare molitus es. Atquî certè legiſti tamen; ſed apud alios, fortaſſe, quos ſæpe laudabis; *VVieros* inquam, *Bennones*, aut ſiquos alios calumnia patronos habuit! Primùm hos nondum hîc tu teſtes aduocâras, & an infra ſis nominaturus, haud dum ſcio. Quare & ego cauſſam ampliabo, dum eos tu mihi producas. Tum deinde, ſi etiam hîc illorum auctoritate fuiſſes vſus, minus nihilo apud me egiſſes: quia eos nimirum tu ſiſteres, quos ſcirem in vero tractando PROPTER VIAM feciſſe, & fidei bonæ patrimonio abligurito, nouas tabulas quæſiſſe, quibus in tutum elaberentur. Poſtremò, quâ fronte, vt fidem his habeam?, tu poſtulas; cùm putes noſtris tu tot vetuſtiſſimis Eccleſiæ doctoribus, quos Miraculorum aſſertores vindicesque tibi producimus, fidei nihil eſſe penitus habendum? At nondum in præſens hoc ago; contentus iam

ostendisse, ea te in nostris Miraculis scurriliter esse calumniatum, quæ neque tu videris vnquam, neq; vllis in libris (nam συκοφαντῶν tuorum emporeticas, in libris nunquam recensco) legisse te demonstraris.

79. PRAECONE audsuit quidem absurda, (nisi ad solum,) quæ de nostris Miraculis tradi.

Reliquum est, vt, si neque lectio te vlla, neq; rei præsentia duxit, ad hanc Miraculorum tam infamem censurâ; aliqua te saltem excepta narratio, quam in gynæceo quondam audieris, excitarit. Hanc tu talem originem si fateris, iam tibi totus assentior; & comperisse te de nostris prodigijs credo mirè multa, imò omnia, eaq; oppidò ridicula, & præ rhombis omnibus, præque acetabulis seu magorum seu mimorum explodenda. Sunt enim hæc vestra comitia, vbi omnes tribus illi ferunt, qui de nobis quam absurdissima possunt comminisci; vnde popularium deinde concionum sementis iaciatur. Mactè animis Præcones! sic itur ad magna volumina, rerum ceterarum inania, sed fabularum opimè feracia. Indidem & *Bellarminus* prodijt, iam septennio prius elatus,

quàm

quàm mortuus; indidem tot monstrorum fœcunda memoratur Societas; & iam regum paricidæ, iam pacis hostes bellorumque turbines audimus; apud eos nimirum, qui ipsi Cæsarum Regumque fasces profanare, *Martemq; accendere cantu* de rostris suis assiduè conantur. In eâdem hac palæstrâ concinnantur hæ vestræ tam aniles nugæ, effætæq; calumniæ, quibus ἐξορκισμὸς Ecclesiæ nostræ infamatis; dũ quicquid inter triuij scurras, quod auribus vestris tinniat, colligitis, id omne continuo velut *à fronte relatum Ammonis* arripitis, populoque cæcutienti, ceu *purum putumq;, verum* crepatis.

Sed ego ne hîc quidem seuerius agam; patiar enim, vt non solùm audisse, sed verò etiam legisse te, gloriêre, facinus inter nos aliquod non optimè factum; adde *& Bernatium* ignes, quos dudum sopitos, in Religionis odium tu rursus animasti; adijce, si collibuit, & sacrilegum mystam, quem Dilinga nuper supplicio funesto do-

80. PRAECO *male conclusa* ἐκ τῆς ἐνικῆς γενικὴν.

cumentum dedit, esse quidem & hîc malos sed esse non impunitos : quid inde tu tamen in totius Ecclesiæ labē traduces? & ab vnius noxâ ', paucorumúe probro (quos præsertim ipsi nos ferro flammaque exscindere soleamus) vniuersorum dedecora flagitiâque præceps affirmabis? Nos si legibus hanc illorum nequitiam sanciremus, si asylum illis opemque promitteremus : haberes tu sanè materiem, in quâ disertum ostenderes te, & sesquipedales ampullas, ad populum iacere totique Ecclesiæ dicere diem posses. Nunc dum tu illos, quod magicis operati sint sacris , ab Ecclesia vides ad atrocissima supplicia damnari; potiṅ, si sanus es , Ecclesiam tu suspicari ritus hos magicos siue in Miraculis edendis, siue in malis genijs euocandis vnquam approbasse ? Certè enim si posse te dicas, dabis & mihi, vt paria faciam ; atque ex eo, quod inter tuos vnum aliquem vel adulterum gladio plecti , vel furem laqueo præfocari , vel anum edentulam & equestrem fumo torreri, conspicio ; rectè

gra-

gradum ego ad *Islebios* omnes, atque ad singulos promoueam: & te itidem mæchum atq; *Autolyci* clepacem alumnum esse, *Caiamq;* tuam in factione *Lamiarum* per aërem aurigari, continuò pronuntiem. Calumniam! clamabis. Fateor ego, sed tuam; quâ dum totam Ecclesiam petis, te ipse imprudens feris.

Hæc posteà quàm apud *Iulium* copiosè disputâram; animus erat bellas è Proseuchâ *Islebicâ* historias probeque compertas subijcere, recentes adhuc omnes, & à foco, quod aiunt, calentes; quibus ἀνίλιωρον lege talionis Præconi reponerem, & longè stultissima inter eos ipsos hodieq; designari monstrarem: cùm æris me vicini sonitus clarior aduertit, quo diei meridies è turri nuntiabatur. Igitur exsiliens procurro, & ὡροlογεῖον τὸ σκιαθηρικὸν * procul intuitus, est sane inquam, quod audio: auocamur. Quãquam ego in *Alpes* has meas intentus, tam prouectum esse iam diem nõ senseram; & mea quidem non interfuit, qui ne domi quidem aliud egissem,

81. EPILOGUS primæ partis ἀγωνιστικῶν.

*Solarium.

sem, quàm vt cum libris hodie negotium haberem. Tuæ me *Iuli*, tuorumque comitum rationes solicitum habent; quos vereor, ne æquo diutius retentos, à suis quemque commodis hîc impedierim. At *Iulius*, me verò tam tu parum, inquit, vt putem hoc quicquid est diei, nulla me aliâ in re fructuosius honestiusque exacturum fuisse. Quare tametsi iam interiùgere hora prandii nos iubet; ego abs te sic discedam, vt vnà cum his rediturum me certò spondeam; quo, quicquid reliquum est huius, vel à te, vel certè apud te, ex pacto cognoscam. Et quia tribus te partibus disputationem conclusurum promisisti; earum primam quæ de genere conditioneque Miraculorum est suscepta, sic mihi abs te persolutam esse iam video, vt non maior ad prandium fames; quàm ad duas, quæ reliquæ sunt, partes itidem persequendas, cupiditas inuitet. Ita ad suum illi conductum, discessere.

FINIS LIBRI I.

AGONISTICΩN LIBER SECUNDVS.

CAPVT I.

Proludium ad alteram disputationis partem: eiusq; vniuersa argumentum.

CÆteris ad curãda corpora digressis; ego, lustrato bibliothecę sinu, libros mihi, quos, si vsus esset, in promtu haberem, colligebam: cùm adest non multo pòst *Baptista Iulius*, & familiares cum eo ceteri. Qui vt ingressus præsentem in loco me vidit; occupasti nos, prior, inquit, cum tamen ipsi vt præuertere te possem⁹, vix tantum nobis sumserimus. vt pransuri discumberemus. Nisi fortasse, quod aliis in vino ludoque solet, id in prandio nobis vsu venerit; vt moram omnem, quam

1. *Reditus ad pomeridianum colloquium.*

quam ibi traximus, breuiorem solitò crederemus. Quod quin ita fuerit, nihil pro me meisque caussabor. Certè autem vel nunc pransos paratos habes; ut abs te, quod reliquum hodie feceras, exigamus. Ego verò te video, *Iuli*, nec *serò* adesse, cùm prior vno te passu vix occuparim; & vidêre tu porro nescio quid serium meditari, qui hoc litterarum fasciculo (hui quanto!) venias instructus. Eum tu si omnem argumentis refertum habes, quibus pro præcone propugnes; magnum hodie tibi negotium sumes, diemque ne crastinum quidem huic pugnæ intelliges suffecturum. Risit *Iulius*, & hunc tu fasciculum ais, quem ego Manu? Tum tu verò magnopere te fallis: nam est plenus non argumentorum, sed nugarum, & serii tam inanis, quàm veri. Simul tradit quaternas mihi litteras; famæ publicæ quadrigam, & cùm falsi, tum dubii tenacem. Quarum ego vt caput alterum inspexi, *Tullium lego*, illustri famâ heroëm, cum legionibus apud Cattos internecione deletum. In alteris

teris res *Ambrosii Spinolæ* in arcto positas, spem Batauis facere, propediem debellari posse si nauiter adnitantur. Ego tot malis ominibus perturbatus, excutio funestas è manibus chartas; & pallidus cum gemitu, potin', inquam, in his tam inauspicatis rerum euentis adhuc delicias facere? & litteras has, tam tragicæ cladis baiulas, dicere, nugarum plenas? Mihi tristiora tu nuntiare, quàm ista nullus potuisses. Effusius inter hæc ille cachinnans, albam mihi mentem exprobrat, qui notas in vulgus has artes nondum ipse haberem perspectas.

2. Digressio *ad insectandam famæ mentientis libidinem.*

Et faciunt hi, inquit, in litteris, quod illorum rabulæ in rostris; assiduè *iocantur*. Quare vehementer erigor, spei que plenus incipio prosperos rerum successus exspectare, quoties hi bubones tam tristia mentiuntur. Nam linguis calamisque imperant; & quod nonnullos consuesse legimus, vt quædam inuersis litteris scribant, id isti faciunt, vt inversis rebus omnia præpostera narrent. Ita cùm vel attollunt sua, vel probra *Mansfeldij*

feldij duciſque *Scæuolæ* fugam, quàm maximè cælant; exploratum mihi eſt omen, res illis eſſe domi peranguſtas, magnoque opere acciſas. Cõtrarium tu ſemper ominare, cùm illi res noſtras commentantur. Ac primis ego menſibus, quibus ambulantem hanc famæ inertiam, nondum probè cognõram, tenere me ſæpe non potui, quin æquè, ac modò tu, conſternarer: arbitratus, fide publicâ, vt quidquè eueniſſet, perſcribi. Nunc poſteà quàm intelligo, mentienti famæ poſitum præmium eſſe, & fingendi audendique ius publicum haberi; nihilo magis perturbor iſtis, quàm ſi negare hodieque nobis, aut *Pragam*, hoſte profligato, receptam; aut *Durlacenſes* copias vno prælio fuſas deletaſque fuiſſe, impudenter perſeuerent: In quo ipſo non potuit non deridiculò eſſe vir nobilis, qui cũ ab eâ factione tunc ſtetiſſet, atque in paucis è clade ſuperſtes profugiſſet; biduo, poſt rem & ſpem amiſſam, auſus eſt ad alium ſui ordinis, factioniſque in hæc verba ſcribere. *Dimicatum acri-*

ter cum Tillio fuisse; resq; eò demum adductas, vt Budorenses * quidem referre pedem, & numero oppressi, cedere cogerentur; paucis quibusdam in pugnâ desideratis; ita tamen, vt in Tillii partibus propè ceciderint plures. Ad hæc amissum esse pecuniæ aliquantum, & impedimentorum nonnihil. Ceterùm vegetos adhuc suorum animos in pugnã prurire; sibiq; consilium esse, primo quoq; tempore in hostem ducere; bellumq; non acrius repetere, quàm continuare. * Durlacenses.

Interea loci nõ audita nobis, sed spectata pænè, & explorata iam omnibus ingens victoria fuerat: & audebant tamen adhuc isti blennos nos credere, quibus fucus etiamtum, fumoque vendito, glaucoma obijci posset, vt neque victoriæ tam claræ, neq; cladis tam acerbæ, magnitudo traluceret. Sed derisa tum simplex calliditas est, & indoles horum, in rebus iuxtà ornandis atque minuendis, exercitata, se prodidit. Tamen his illi studijs res duas in primis consequuntur: alteram, vt suis partibus os egregiè sublinant; alteram, vt apud nos fidem, etiam

am cùm verum, ter in vita, narrant, nullam mereantur. Quod igitur & de copijs noſtris à *Scæuola* fuſis iam legiſti, iubeo mactè animo te eſſe: nam bellaria ſunt, & horum, quos dixi, *Meſſiæ* fabellæ. Ita ſuperi faxint, inquam ego: vt vel his mentem porro tam liberè fingendi eripiant, vel alijs aures ad auſcultanda tam abſurda, occludant.

3. *Diuiſio rerũ, Libro ſecundo tractandarum.*

Diſcuſsâ iam igitur hac panici terroris vmbrâ, non intercedo, quin cæptam hodie telam vrgere vos, omnẽque pertexere ante noctem inſiſtatis. Eò nunc adſumus, inquit *Baptiſta*: & & quò rectius in hac *ὑποθέσει* prouehamur; dicam, quid ego, meusq; comes, in hoc altero congreſſu doceri abs te in primis cupiamus. Iam enim, quæ *Miraculi veri*, quæ *vani* ſint rationes; quidque Præco in vtroque vel *ineptierit* ſtultè, vel improbè *carpſerit*, didicimus. Proximum eſt, vt hæc præterea duo doceamur: alterum, *an Miraculum nobis tam ſit luculentum Eccleſiæ ſignum, vt vel hoc indicio ab hæreſeon omnium ſententiâ dignoſci adhuc*

huc facile posſit: Quod meus Alpicola ſolidum negat. Alterum, *an ea quoq; prodigia, quæ à noſtris aut facta quondam, aut fieri etiamnum feruntur, veri diuiniq; Miraculi nomen emereantur; ſecus, quàm balatro criminatur, cùm ad ſtygis præſtigias ea pertinax ablegat.* Qua tibi in re, nequid erres, nihil ego negotij faceſſam; cum in vtroque mentem Eccleſiæ ſenſaque iam à puero complectar: Sed omnis hæc in *Adulphum* cura vertitur; quē adhuc alienum à vero cum videam, nec meis queam conſilijs in viam reducere: tuus hic velim ſit labor, vt momentis grauioribus rem apud nos omnem confirmes. Aget ſuam & ipſe cauſſam, quà ſe valere putat in primis: vt qui Præconem audierit ab ambone, hoc quicquid eſt argumenti, copioſè perſequentem; eiuſque rationes animo putet impreſſas mordicus hærere, quibus poſſit & ſua nullo negotio firmare, & noſtra ſi velit, per ludum euertere. Quod monitum prius te volui, ne qui cum aduerſario tibi certamen eſſet, neſcires.

Eru-

4. MODVS *rationẽ disputandi in hoc libro.*

Erubuit hac oratione adolescens, cæpitque defensionem parare: quam ego subridens cum opus hîc nullam esse ostendissem; hortatus sum vltro, vt ne quid me cælaret, quod ad summam rem pertinere videretur. Idque dixi in lucro me positurum, si partes præconis ipse susciperet, eumque mihi velut præsentem exhiberet. Ita me mihi duorum laborum altero iam defunctum videri; quem alioquin geminum vnus sustinuissem, si simul & loquentem aduersarium, meis in me verbis armare; & simul pro meipso ipse propugnare debuissem. Ad postulata *Iuly* quod attineret; respondi, daturum me operam, vt intelligerent ambo, nihil, in eo quidem argumento, quod vel veritati explicandæ, vel calumniæ refellendæ sufficeret, à me fuisse prætermissum. Etenim aliis etiam tacentibus, series ipsa disputationis eò ductura me fuerat, vt proximè de hac *Ecclesiæ tesserâ* dicendum mihi putarem. Quod consilium altero iam tanto libentius exsequor, cùm

id

id vobis esse volentibus intelligo. Dabitur tamen hæc mihi venia vt aliud à vobis ego vicissim impetrem. Cùm omnes annuerent; Istud, inquam, dabitis; vt in hac præsertim quæstione, quæ de *Notis Ecclesiæ* erit, vestrum iubeatis præconem διαλεκτικῶς, id est nō tam diffusè ac turbidè, quàm cum in rostris latrat; sed contractè ordineque, sicut in scholis solemus, disputare.

Feret id quidem ille haud patienter; ad *soceri* * exemplа institutus quam in colloquio, (quod fuit Augustæ Tiberiæ, ab hinc annis amplius viginti) extra solis lunæque vias euagantem, ad disputandi formam legemque, reuocare *Tannerus*, cùm sæpe sæpius increparet, nunquam potuit. Vbi rem aiunt festiuè ridiculam accidisse. Aderat enim in coronâ homo paganus, auriga; quem tametsi nihil intelligeret, iuuabat, partium clamores audire, & gestus palæstritarum arbitrari. Is, cum *Tannerum* audisset, validis clamoribus, plus centies *Formam* ingeminare, & vagantes aduer-

5. ODIVM *formæ syllogisticæ apud Præsules.*

* *Iacobi Heilbrunneri.*

aduersarios ad argumenti *formam* continuò retrahere; aut fugientibus, *formam* identidem exprobrare: & intractabiles tamen præconum barbas, ad *formam* conformari pectine nullo posse: spectaculi satur, posteà quàm ad suos redijt, cæpit mirè, quàm omnia placuerint, prædicare: sed in magna inquit, voluptate, vna me res destituit: quod interpres mihi decrat, qui, quod ego plus dimidiatè iam ceperã, vberius explicaret. Requisitus dein, ecquid ergò in sermone latino plus dimidiatè iam tenuisset hoc, inquit, vnum, quod illis aliquid negotij, perpetuò cum nescio quo *Fuerman* * esset. Nam toties visi sunt, siue opem ipsius vocare, siue quicquid aliud de illo altercari vt non esse de nihilo crederem, vnum centies aurigam ingeminari. Equidem si meam adstantis operam desiderari pro certo, (quod suspicabar) credidissem, prodijssem in medium, meiq; copiam siue in libris curru conuehendis, siue in equis commodandis haud ægre fecissem. Et sanè hoc erat; eguit socer huius, aut

* *Auriga*

equo

equo aut vehiculo, quo ad legem rationemque disputandi adduceretur. Eâdem indole gener est; quippe assuetus effluere, & in concionibus populo se venditare, sine vi ad contractum hoc genus dicendi non adigetur: probè memor, etiam felibus ægre esse, cum inclusæ loco, vagari prohibentur; & quasdam sermonis esse *figuras*, quæ campum optent, vbi laxare animam ventilareque possint: in angusto, vix liberum spirandi, nedum mentiendi, spatium esse: Sed vt istud à Præcone quidem non impetremus, tu certè, *Adulphe*, qui caussam hominis acturus es, impetrari à te sines. Quâ eâdem in re, mihi *lex firemps* esto; vt quâ breuitate prior tuas tu rationes, caussæque momenta produxeris: hâc studeam & ego, cùm mea deinde vicissim proferre, tum tua tibi, quàm fieri liquidissimè potest, dissoluere.

CAPVT II.

Argumentum Præconis primum contra Ecclesiæ Notam, Miracula.

6. ADVLPHVS, optasse se quidem respondit, vt à me fieret initium, nec aliud exspectasse. Tum enim se sibi capturum consilium fuisse, vtrum, auditis rationibus nostris, satis sibi factum crederet, an porro etiam esset obnitendum. Sed quãdo & *Iulii*, cui omnia deberet, auctoritas, & rei series, aliud imperaret, gesturum se morem esse; quæque à suis hausissent argumenta, in medium sic allaturum, vt veri non oppugnandi, sed cognoscendi, specimen dedisse, posset videri. Quæ ille pauca (modestius, ac ceteri huius formę solent) cùm præfatus fuisset, composito vultu, sic deinde perrexit disputare. Scitum hoc vestrum est; *Miracula, esse haud dubias veræ Ecclesiæ notas*; a nostrum est;

ADVLPHVS *præconis argumenta recitat.*

a *Communis Theolog. in* 2. 2. *Q.* 1. *& S. Thom.* 3. *cont. gent. c.* 101. *& seqq.*

nequa-

nequaquam esse. *b* Vtri rectius opinemur, sub iudice litigatur. Ego meis partibus bono, sic si iubetis, ratiocinari incipio; & mei præconis non sensa modò, sed & verba propemodum, ordine quo scripta sunt, reddo. Nam vt alibi vobis ἀσύμμετρόντε καὶ ἀσύναπτον * hunc esse concedam; certè verò an hîc probârit eâ se philosophię partem attigisse, quam διαλεκτικὴν vocatis, quæque ordinem disputandi & methodum tradit, vos iubeo arbitrari.

* *Inconcinnũ, maleq; hærentẽ.*

PRIMVM esto. *Certum rei atq; exploratum, & fallere nescium signum, necesse est, ei vni vnicæq; tam sit proprium, vt rebus aliis congruere nullis nec soleat, nec possit.* 7. 1. PRAE *conis argumentum. pag. 68.*

Atqui Miracula vni vnicæq; Ecclesiæ Christi tam propria non sunt, quin aliis congruere pluribus & possint, & sæpe soleant.

Quare Miracula, certum exploratumq; & fallere nescium Ecclesiæ signum, non sunt.

B. *Praco de Mirac. pag. 87. §. 25.*

Propositionem ne vos quidem ipsi dissimulatis, quin vnanimes approbetis. Nec suasero, abnuatis. Eam enim exemplis ille tam opportunis, in omnem eventum, tamque claris explanauit, *b* vt rugosæ etiam matres, & ad colum fusumque intentæ quasillariæ, sperent disputare se posse. De *assumtione* video laborandum. Sed & hanc quibus ille subsidiis, quamque variis munierit, audite. Etenim palam est, inquit, nec paganos olim, nec postmodū sectarios, ad verā Christi Ecclesiam pertinere potuisse. Certè tamen, & illos & istos liquet miraculis interdum editis celebres fuisse. Igitur dubium ei non est, aliquos fuisse, qui extra Ecclesiam positi, miracula perpetrarint. Et vultis, opinor, eos, quiqui fuerint, produci. Sunt enim vero complures in promtu. Princeps mihi obuiam est *Octauius Augustus*: qui cùm fari primulùm incepisset, & *ranas* in prædio molestè coaxantes, pro imperio con-

b. Praco de Mirac. pag. 68. §. 21. & pag. 69. init.

ticesc-

ticescere iussisset; effecit, vt ab eo die nunquam id loci obstrepere audirentur. *c* Hunc deinde *Vespasianus* geminato miraculo vicit; qui & cæco lumen ademtum, cum inspuisset; & claudo vigorem, cum perleui contactu calcasset, restituit. *d* Rursus fœmina quæ videre desierat, simul vt osculum *Adriani* pedibus fixit, videre cæpit: atque eundem ubi alius, tametsi iam mortuum, attigit, oculos illico recepit. *e* Iam vetus est illud, quod de Vestali *Claudiâ* nostis ipsi; *f* cùm onerariam cingulo tractam in littus sola subduxit: in quâ promouenda aliquot hominum millia actum iam egerant. Antiquius illud, cum *Nauius* augur cotem nouacula secuit. *g* Quid, quod *Apollonius Thyanæus*, in oculis *Domitiani* repentè sic euanuit, vt requisitus nusquam inueniretur: *h* an *miraculum* id videri nobis non de-

C. *Sueton. in August.*
D. *Suet. Vespas. & Tacitus 4. histor.*
E. *Spart. in vita Adrian.*
F. *Hieron. lib. 1. contra Iouin.*
G. *Cicero 1. de diuinat.*
H. *August. ep. 5. tom. 2. Lactant. 5. Inst. c. 3.*

bet? Tum verò si *Penates* Deos hac illac ἀυτομάτως ambulantes; *i* & *Epidaurium serpentem Æsculapio*, ingenti marium tractu, *Romam* vsq; comitantem, *k* vidissetis: fieri vos tam mira absque miraculo crederetis potuisse? Ego ne istud quidem à miraculis excluserò, quod *Ælianus l* mihi memorat: alicubi *Mures* tam fuisse siue parcos & continentes, siue mauultis, religiosos, ut nihil *Herculi* sacrum nec arrodere, nec ambedere ausi, magnam loco venerationem apud indigenas conciliârint. Atque hæc de ipsis vel *atheis* olim, vel certè *paganis*, & pluriũ Deorum impiis cultoribus, dicta existimate: *De hæreticis* porro similia proferri complura posse, vos vltro dabitis; qui dudum, quid de *Donatis* studiis (vt alii taceantur) *Augustinus m* tradiderit, meministis. Quare arbitror, argumenti assumtionem satis apud vos superque iam esse demonstratam: vt proinde,

I. K. *Aug.* 10 *ciuit. c.* 16. *& ibid Viues.*
L. *AEl. lib.* 6. *de Animal. c.* 40.
M. *Aug. lib. de Vnit. Eccles. cap.* 19.

nisi

nisi vitio laboret consecutio, non videam, quid toto in argumento sitis reprehensuri. Quæ si taciti vos omnia præconi meo condonatis; iam ad alteram mecum κατάδεξιν transite.

MALAM, ego, rem, inquam, vt hæc tibi nos omnia, tuoque buccinatori condonemus? Nempe vt silentium tu meum, caussæ nostræ præiudicium interpretêre. Quare facis, vt (secus ac instituerâm) non sinam ad alteram petitionem te prius transire, quàm ego primam ostendero omnem fuisse irritam, leuique corporis declinatione sic à nobis iam dudum elusam, vt vibratum imbelli manu telum potuerit rideri; sonitu magis, quàm ictu formidandum. Sed hac ipsâ tamen in re, modi formæque retinens, quod à te exegeram, itidem præstabo. Primùm igitur, aio; ἀνασκευὴν syllogismi, suis tot substructionibus non eguisse, quibus eam præco tuus firmauit. Quamquã illi hoc antiquitus iam solent, ut rem nemini dubitatam, ambitiosâ loquacitate verbosissimè probent; caput autem controuersiæ, ceu

8. REFVTATIO I. argumẽti.

liquidò certum compertumque aut subsultim transeant, molliq; brachio leuissimè perstringant, aut muti penitus omittant. Quod artificiũ nec tuus iste visus est ignorasse: Cui dedissemus, vel gratuitò, veram esse *propositionem*: sed in *assumtione* pernegandâ toti sumus. Ad quam ille fulciendam, vide sis oro, quibus fulcris, à carie situque iam putidis, in tibicinem abutatur? Nam ostensurus, etiam extra Ecclesiæ septa fuisse multos, qui magnis Miraculis æquè inclaruissent; quosdam de fœce hominum producit, ipsi auctori, si saperet, erubescendos.

9. MIRACULA *Apollonij, Aesculapij & Herculis & Odanij explodunsur.*

Nam per fidem, *Adulphe*, quid delirauit histrio, vt nobis *Tyanæum* obtruderet, eiusque infames præstigias, orbique notas impostura hîc loci commemoraret? Nunquã ea nos fieri Miracula ab impijs posse negauim[9]; imò non nisi ab impijs posse, confitemur. Quare si ludio his exemplis *assumtionem* suffulcire volebat, intelligere debuerat, peti è suâ vicinâ propius hæc fulcra potuisse; & nobis non *Tyanæos*, *Apuleiosq;*, sed *Faustos*, & *Agrip-*

Agrippas, & de eâdē harâ mille alios, Lutheri *Caluiq;* discipulos, adduci; quib⁹ omnibus hæc *Tyanæa* Miracula nec demimus nos, nec inuidemus. Nā eiusmodi Miraculorum probra, nunquam huc spectârunt, vt Ecclesiam Christi, sed magis, vt sentinam Orci demonstrarent; indicio nusquam fallente. Tum deinde, qualia hæc *Thyanæi* tandem, & quanta adeò fuerunt, vt ea nostris iste lingulaca sit ausus comparare? *In Ore nimirum oculisq; repentè euanuit*, Papæ: præclarum! Tanquam verò ambiguum sit, fieri malis artibus hoc potuisse? Quem enim fugit, ita *Thessalos* artifices identidem consuesse? Aut quid in eo facinore tam admirandum est, quod supra Naturæ ingenium attollatur? Nos aliquos hîc *Stanislaos* exspectabam⁹, qui verminantes in tumulo artus, atq; humati funeris iam adesa cadauera, per preces animārent; qui mortuos è capulo prodire, qui rediuiuos testes in ius ambulare, & pro vero ferre testimonium subigerent. *a* Nos *Gre-*

a. Breuiar. Rom. 7. May.

gorios, qui montes loco migrarent, qui lacus paludesque nutu in solum verterent: *b* nos *Martinos* nobis pollicebamur, *c* qui morbis quibusque præsens, non lento malagmate, sed medicâ voce remedium afferrent. Hos, inquam, tales, aut horum certè similes Thaumaturgos intenti exspectabamus, quos tu nobis, *Adulphe*, etiam extra Ecclesiâ inuentos demonstrares. Tu interim, tuusque Præco, iuratos Orci clientes, & magiæ compertos tenebriones mihi sistitis: & horum quoque, non nisi vilia quædam aut nihili portenta: *Videri subitò defiisse Apollonium; Aesculapio comitem iisse serpentem; Herculi peperciisse Mures; Infanti terris imperaturo, paruisse ranas.* Defuit adhuc *Maronis etiam culex*, quem nobis Miraculum faceretis; cum grauiora, quæ proferri vel in speciem debebant, obuiam nulla habeatis. Dedecus, *Adulphe*, non iam tuum, sed tui *Præconis*; cuius è paupertino penu, annona tam angustè præbeatur, vt præter hanc amurcam, hasque fraces ingenij & fæces, suppe-

tere

tere disputanti nihil iam possit. Saltem à *Niobâ* suâ fucum tantisper aut purpurissum corrogasset, quo argumentis suis tam macris, & pallentibus colorem faceret. Quæro etenim rursus, quid in his ille siue *Ranis* siue *Muribus* suis adeò, magnum diuinumq; viderit, quod naturæ solius stygisue, sollertia efficere se posse desperasset? Aut quibus momentis alijs, induci cuiusquam animus potuerit, vt hæc commenta tam friuola, veris potius *Miraculis*, quàm τῶν βαλεαχομυομαχίας * fabulis imputanda crederentur? Cùm plerumq; ne apud ipsos quidem, quorum stilo conscripta sunt, tantam sibi fidem meruerint, vt asseueratè rem confirmarent. Hinc illud eorum, *Ferunt*, *Creditum est*, *Aiunt*, & si qua vox alia incertæ mentis timidæq; est index. Quamquam vt audacter illi hæc omnia scripsissent, cõstantior illos *Augustini* retudit fregitque calamus iam pridem: *d Hæc* enim inquit, *atq; alia huiusmodi, nequaquã illis quæ in populo Dei facta legimus,*

* *Ranarum ac Murium pugna.*

D. *August.* 10. *ciuit.* c. 16. *post med.*

virtute ac magnitudine conferenda sunt: quanto minus ea, quæ magica &c. Audiat hæc in Alpibus præco, & erubescat, *Apollonij* necromantias nobis atque *Apuleij* metamorphoses produxisse: cùm professus tamen propalam fuisset, ostensurum se, *e extra Ecclesiam patrata sæpe eiusmodi facinora fuisse, quæ* in speciem, pro *veris fuerint Miraculis credita.* Quid igitur inconstans, ad *Apollonium* eiusq; præstigias diuertit; quas nemo, ne tunc quidem (si à *Philostrato*, *Hierocleq;* discedas) inter *vera Miracula* suspexit; sed palàm cum Orbis consensu damnata in Artis magicæ probra, reiecit? Par est eorum quoque ratio, quos *Deos penates* nominasti, qui vltro citroq; non suis pedibus, quos claudi nullos habebant, sed geniorum occultè manibus, transambularunt. De *Nauio*, *Claudiaq; Vestali*, nolo quid mei sit iudicij, exspectes. Sequor eorum ego sententias, qui centonum *Magdeburgensium* sutores (ex quibus versuram hanc tuus Præco fecit,)

E. *Præco de Mirac. pag.* 70. §. 3.

pridem

pridem facessere, cum his tam illepidis sutelis, iusserunt. Quid enim difficile uel *auguri* fuit (si Magicis artibus studuit) cotem nouaculâ findere? uel *Virgini* nauim trahere, si aut Deus Virginis castimoniam testimonio iuuare; aut Orcus ex fœdere pacto, vires suas voluit ad ludibrium commodare? Vt vt fuerit: in neutrâ re, veritas præiudicio laborauit.

CAPVT III.

Adriani miraculum, an sincerum.

DE *Adriani* miraculis, quod Buccinator in caussæ subsidium affert, *a* minus id quidem ab instituto abludit. Est enim haud æquè aspernandum, *cæcis oculos*, quos à parentibus aut nullos, aut prauos acceperint, contactu integros reddidisse; atque illud fuerat, quod *Apollonium* ex hominum conspectu repentè se subduxisset; aut ranæ se mureſque continuis- 10. MIRACULA *Adriani explosa.*

nuissent. Quare non de nihilo triumphat hîc insolentius homo; *a* & *Bellarminum* alioſque nostros, in isto plus quàm *Gordio* nodo, tricari, ac verò etiam intricari præfocarique, cum magnis cachinnis exsiliens, iactat. Et profectò me quoque consternaret, si improuisum hoc mihi telum incidisset. Nunc idem, quando toties & *Magdeburgica* textrina, & *Calui* sentina dudum in nos contorserunt, deridiculo habetur: cùm cuspide solum plumbeâ minetur, lenteque ab effæminatâ Præconum manu iaciatur. Quamquam, nescio quid solito mihi robustius hodie est visum, cum illud, *Adulphe*, tu vibrasti. Aut enim *Spartianum* ego nunquam antehac tenui, cum de his cæciliis narrat ab *Adriano* persanatis; aut verò tu, vt lacertosius torqueres, telo amentum addidisti; id est, pauxillulum quiddam supra verum auxisti. Ignosce audaciæ meæ. Nam *Spartianum* ego sic semper acceperam, vt qui diceret; oculos vtrique cæcilio, *viuentem ad-*

a Praco de Mirac. pag. 72. §. 14. & seqq.

huc

huc & sentientem Adrianũ, restituisse: Tu autẽ, *Adrianum* alteri, *viuuũ* adhuc: alteri dixisti exanimẽ iã ac *Mortuũ* id præstitisse: Quod mihi plus certè miraculi habet, quàm prius: cùm præsertim tuus alicubi *b* veros etiam Thaumaturgos, neget, à morte vllum vnquam Miraculum edidisse. Hîc *Adulphus*, vt qui falsum exprobrari sibi sentiret, oculis in librum retortis, cùm locum aliquamdiu quæsisset; mihi ferocior, enim vero rectè se, clamat, historiam integreque absque falsi lacinià recitasse. Simul paginam præconis septuagesimam *c* sonanti-

B. *Praco de Miracul. pag.* 114. §. 4.
Wir dem Gegentheil nicht gestendig / daß Gott durch die Heyligen nach jhrem todt / oder durch jhre gebein / in diser Welt Wunder gewürckt. *Lento gradu, mi homo. Quid enim Elisei cadauere factum, cuius contactu mortuus reuixit? 4. Reg.* 13. §. 21. *& Eccles.* 48. §. 14.

C. *Praco de Mirac. pag.* 70. §. 20.
So bald er dises verstorbnen Keysers Leichnam angerühret/ꝛc.

us in hæc verba legit: *Cæcus è terrâ Pannonia, simul ac* (Adriani) *mortui Cæsaris cadauer attigit, visum illico recepit.* His adeò verbis cùm non *Adulphus* modò, sed & *Iulius*, victum esse me crederent, damnarentque suspicionem, quâ temere *Adulphum* notâram: Respondi ego, non *Adulphi* mihi fidem suspectam fuisse; quippe quem viderim, ex sui *Pythagora* scitis verbisque, fideliter omnia retulisse: Neque id agi iam, vt sua mihi dicta probet *Adulphus*, cum præconis libro congruere: Sed magis istud, an præconis verba cum *Spartiani* (quem ad margines laudat) historiâ probè consentiant? Id verò, inquit *Iulius*, cognosci continuò potest, si *Spartianum* venire in rem præsentem iubeamus. Ego, potest, inquam: Et cum dicto, ad forulos rectà decurro; atque inter scriptores *Augustæos*, inuentum *Spartianum*, *Casauboni* scholiis illustratum, *Iulio* trado. Is nihil moratus, hæc *Spartiani* verba, de cæco *Pannone*, clarùm recitat: *d Venit*

D. Spart. in Adriano sub finem,

ad

ad febrientem Adrianum, eumq; contigit: quo facto & ipse oculos recepit, & Adrianum febris reliquit. Ego, papæ! exclamo: ecquid vobis dixi, Timere me, non iam *Danaos & dona ferentes*; sed, hos *Præcones vel vera loquentes*? Ite nunc, vestrisque *Pythagoris* omnia credite! Nempe etiam cum rectè exorsi aliquo usque prouehuntur; mox tamen in obliquum abrepti, susque, deque habent verum, & turpi syrmate vestem historiæ dehonestant. Quemadmodum & hunc *Alpium* inquilinum feciſſe hîc videtis: quem puduit *Spartiani* verba exscribere, nisi *Febrim* ipsius in *Mortem* commutaret; & ex *Febriente Cæsare, mortuum cadauer* efficeret. Tanta ipsius est in rebus vertendis & peruertendis libido. Nisi lubet extenuare noxam; & ne mentitus dicatur, malit homo linguæ latinæ rudem se confiteri, maleque consulto lexico; *Febrim* & *febrientem* pro *Morte* & *Mortuo* interpretatum fuisse; vt *Spartiani* oratio hanc ipsi effecerit sententiam: *Venit cæcus ad febrien-*

brientem, id est, ad mortuum: eoq; contacto & ipse oculos recepit, & Adrianū Febris, id est, Mors, reliquit. Et fauisset profecto hæc nomenclatio præconi, quâ posset inuidiosius Ecclesiæ miracula premere; si *Adrianum* ostendisset, iam exanimatum, & *viuo* alteri oculos, & sibi *mortuo* vitam reddidisse. Sed vtrumlibet duorum fuerit, nobis iuxtà esto; dum habeamus, quò Alpinis hunc suum siue historicum mentientem, siue grammaticum ignorantem liberaliter gratulemur. Porro de re ipsâ sic censeo. Id *Adriani* factum, in *Cæcis duobus* curandis, *Miraculum* planè nullum; sed Miraculi vicem, merum *Adriani* ludibrium fuisse. Argumento est mihi, cùm ipsa *Spartiani* e memorantis dubitatio; tum *Marij maximi f* (scriptoris eo tempore clari) manifesta confessio, rem esse non seriò, sed per hominum simulationem astu actitatā. Simulandi causſam aio, magnis & testibus & momentis adductus, hanc fuis-

E. F. *Apud Spartian. ibidem.*

se

se. g *Adrianum* senio fractum hinc morbi violentia, inde viuendi tædium subegerat, vt obstinatè moriendi cõsilium caperet. Ab eâ mente cùm *Antoninus Adrianum* deducere impensè cuperet, nec verò, dissuadere mortem obstinato posset: vertit in omnia sese, atque initis rationibus, cum alia multa, tum istud in primis sagaciter instituit; vt Deorum auctoritas decretæ morti intercedere crederetur. Ita fœmina virq; callidè ad fallendum instituti, & dolis probè compositis, cum cæcitatem vafrè simulassent, aut magico fortasse commento glaucomam ipsis aliqui adduxissent, ingressi sunt qui dicerent, Deorum imperio agi sese, vt, si lucis solisque vsuram recuperare vellent, ab *Adriano* salutem vterq; peterent: simul indicarent, Deos per insomnia iubere, *Cæsarem* mactè animo esse, & abiectis moriendi consilijs, spem vitæ resumere. Atque his artibus erectum nonnihil *Adrianum* coëgit *Antoni-*

G. *Cæsar Baron. Annal. tom. 1. ann. 139, & Henric. Spondan. ib.*

toni-

toninus (ab hoc in patrem studio, PIVS deinde cognominatus *h*) vitã aliquamdiu proferre; dum demum fame se voluntariâ pater confecit. Quare vt hoc ego, quicquid est ludibrij, valere tandem iubeam. aio Præconem, in eo commemorando, bis à *Viri boni* officio discessisse: fideque malâ, turpiter & *Spartiani* sententiam mendacio collutulasse, & *Marij Maximi* appẽdicem, magno cum veri præiudicio, nequiter omisisse. Viderat quippe exemplum neruos amissurum, si certa prius veraq; allaturum se pollicitus, spleniatas postea cæcitates, & mimicas ægritudines fateretur in scenam produxisse. Facienda prius hæc illis persona erat, vt *Febriens* mortui schema indueret; & simulata cæcitas, dissimulato mendacio, honestius mendicaret.

H. *Iul. Capitol. in Ant. Pio. Cæs. Bar. tom. 1. an. 139.*

CA-

CAPVT IV.

VESPASIANI Miraculum, an, & quare nullum.

MAIVS mihi opus in *Vespasiano* moues, *Adulphe*: scis enim ipse, quàm intemperanter tuus hîc præco exsultet. *Olympionices* is esset, effusius gestire apud Græciam olim vix potuisset. Hoc vno nempe *Iesuitas* credit omnes, ad incitas esse redactos; vt qui, quò se vertere, & hoc adeò telum possint exire, nihil vsquam sibi reliquum fecerint: *a* In eo rem solo iam verti, vt victi victosq; se confessi, ferrum, dato iugulo recipiant. Nimius hic Thrasonis est plausus; ea propter in tempore, ne gaudio crepet, diludio est temperandus. Poterit autem rectius de totâ re statui, si pedetentim singula inspiciamus. Principiò nullos dum video Iesuitas, in extricandâ hac *Vespasiani* comœdiâ, tam anxiè cruciatos esse, qui ab eâ delapsi, salutem

II. MIRACULA *Vespasiani explosa.*

a. Ita ampullatur præco, contra Bellarm. tota pag. 72. & 73.

in

in resti & laqueo quærendam sibi putârint. Nominaret illos præco; aut si nullos vsquam meminerat, faceret, quod olim nomenclatores ἀμνημονεῖς * solent: qui, quoties exciderunt nomina, *b imponunt*. Tùm verò deinde, quid illos ibi tanto opere terreret, aut intricaret? Habent ii magnos duces, qui manu intenta verum sibi, aut veri certè radium ostendant. An enim obscurè præit *Cornelius*, *c* cùm consultos scribit medicos, an *ea cæcitas eaq; debilitas ope humanâ superabiles forent*, respondisse, *huic non exesam vim luminis, & redituram, si pellerentur obstantia*. E qua nubecula posset tralucere sol tam clarùm, quàm veri indicium ex hac voce? Sed pergunt medici: *illi elapsos in prauum artus, si salubris vis adhibeatur, posse integrari*. Salua res *Adulphe*! Si *Bellarminus* solis coniecturis adductus, scripsisset: in hoc *Vespasiani* valetudinario, hinc oculorum tabem, hinc manus affectæ

* *immemores.*

B. *Seneca Philos.* 1. *Benef. cap.* 3. & *epist.* 27.

C. *Tacit. lib.* 4. *hist.*

viti-

vitium ita comparata fuisse, vt naturæ vtrique mederi adhuc posse videretur; quibus illum homo dicax cauillis exagitasset? *Iouem lapidem* testaturus, insanabile malum, & veri Miraculi lemma, & cum omnibus nostris comparandum, clamitaret. Iam vt ipsis *Vespasiani* tã medicis, quã historicis, morbi vim non insuperabilem videri, opemque audit sperari etiam à natura posse; videte, quid mali denuo malus animus coquat.

12. PRIMA *nequitia praconis, in Vespasiani Miraculo.*

Metuebat, ne si, quod res erat, palàm fateretur, plebes minoris hæc impiorum Miracula faceret, nostrorumque esse dissimilia videret: ideò non *Tacitum* dixit scribere, sed *Bellarmi-num cauſſari, b vitium vtrumque Medicis ſanabile viſum. Ceterùm* contemtim, *hæc diſceptare ſe hoc loco nolle: id interim negari certè non poſſe, quin arte ſtygiâ nonnunquam & iis videndi facultas redierit, quos medici ſeriò planeq; cæcos iudicaſſent. c* Ain' istud tu præco? (nam liceat te mihi præsentem hîc statuere) ain', negari

B. C. *Præco pag. 72. v. 17. & ſequentib.*

non

non posse? Imò enim potest, & impunè à quouis potest. Experiamur alter alterum in hac palæstra: in quam equidem prodibo prior; & non luctari, sed inficiari paratus, propalàm exclamo; *Bonâ fide Cæcus, atq; à peritis medicis pro caco verè agnitus, curari malis artibus nunquam vllis potuit:* Audiat ius, audiat fas. Iam & tu prodi aduersus, meumque negantis clamorem, si potes, retunde. Et retunde, inquam, si non totâ myriade Cæciliorum, certè autem triade vnâ: quam ex iis tibi collegeris, quorum cæcitatem, à naturâ medicisque conclamatam, Orcus aliquando profligârit. Exspecto dudum, quos adducas: examino margines, verso vertoque omnes paginas tuas: Neminem vsquam neque video, neque audio. Tu verò, si vel vnum ab *Æthiopiâ* euocare posses, tu, inquam, vt momentum exspectares? tu, ut insultari, exprobrariq; tibi tam &diu, & patienter sineres? Noui pruriginem tuam in auctorum legionibus centuriandis, quibus libri cornua per fas, nefas, in rebus etiam nihili, di-

ſtendis: Id quanto ambitioſius hîc feciſſes, ſi, quod dixi, ab vltimâ *Thule* teſtem ſperare tibi vnicum licuiſſet? Nunc omni tu teſtimonio defectus, rē ſummā, in qua controuerſiæ cardo vertebatur, indubitatā conceſſamq́; iubes haberi. Quo argumento probas, ſanè aut peponem te fungumq́; eſſe, qui non intelligas, hæc alijs tralucere: aut popellum tibi Arcadici gregis armentum videri, cuius auriculis tam licenter abutare.

Animaduertit præco, *Bellarminum* hàc ſibi elapſum: &, certè autem hîc, inquit, retinetur. *a Nam quod porro Bellarminus cauſſatur; c credibile viſum, morbos quibus de agimus, à malo fuiſſe dæmone profectos; vt qui ægri alterius oculos, alterius tibiam inſederit, & membris aliquamdiu captos, mox vtrumq; maleficio ſoluto vexare deſierit; ſitaq; ſpeciem Miraculi* (quod captabatur) *fecerit.* Hac ſua tam bella, inquit, excuſatione, 13. ALTERA nequitia præconis in Geſpaſiani Miraculo.

A. *Præco de Mirac. pag.* 72. §. 27. & *pag.* 73. §. 6.

C. *Bellarm. de Eccleſ. lib.* 4. c. 14. §. *ad* 4.

iam prorſus *incidit in plagas prædâ petita meas.* Nempe totus in poteſtatem venit; HABET. Quis enim, obſecro, (ſi licet) quis *habet*? Vtique *Bellarminus*, inquiet mihi, cuius hæc tam friuola fuit purgatio. Cedò ſis librum igitur, *Adulphe*; hunc, inquã, *Bellarminũ*, qui proximus tibi leuorſum eſt: nam eũ, oportet, ipſum cõſulamus, an dicere ſe hæc fateatur. Atq; eccè! profectò in rem fuit, vt inſpiceremus. Lego enim magnum *Tertullianum d Bellarmino* dicendæ ſententiæ auctorem eſſe; cum quo ille iam non erubeſcit reprehendi à ſcurris: quando meminit, dignum fuiſſe, quem vel *Cyprianus* ſibi Magiſtrum adoptaret. e Hunc tamen iterum, quàm nequiter omiſit Præco, vt totam ſententiæ inuidiam in *Bellarminum* exoneraret: gnarus; cafituram probro ſententiam, ſi *Tertullianum*, eius indieaſſet auctorem? Ceterùm, quid dixerit ſe dignum *Tertullianus*,

D. *Tertul. Apolog. contra gentes. cap. 22.*
E. *Hieron. in Catal. ſcript. Niceph. 4. hiſt. c. 34.*

audi-

audite. Cùm *Romani* gloriam Miraculorum â *Christianis*, quæ tum ingens erat, traducere ad se quoque laborarent; & modò cribrum *Tusciæ*, modò cingulum *Claudiæ*; atq; alibi barbam tactu *Castorum* irruffatam, alibi morbum, *Aesculapij* numine depulsum, nostris Miraculis reponerēt: sic illis respondit, vt inferorum ea esse non Miracula, sed ludibria, demōstraret: Nam *sunt, inquit, interdum beneficia circa curam valetudinis. Lædunt enim primò; dehinc remedia præcipiunt ad Miraculum noua: post quæ desinunt lædere, & curasse creduntur.* f. Nihil verius. Et si pro *Bellarmino*, germanum sententiæ parentem expressisset buccinator, báccare sententia non indiguisset, quo aduersus liuorē muniretur. Sed expedijt homini, vt *Bellarminum* plebi obijceret, in quē petulāti splene mox pruriret. Audiamus igitur qd piaculi sit *Tertulliano* hoc suo responso, sive *Bellarminus* apud præconem meruerit: & audia-

f. *Tertul. loco cit. Vbi lege plura.*

mus ex ipso præcone. *g* Hoc, inquit, suo responso, totus mihi ad ictum patet: vt proinde iugulari suo iam telo *Bellarminus* possit. Quod enim de *Vespasiani* Miraculis ille, id *Islebius* de *Romanis* dicendum æquè, aut plus æquè asseuerat: vexari ab genijs inquilinis, & obsideri multorum artus; eorum ferè, quos nôrint, superstitionibus obnoxios, hoc compendio in sacrilegas preces, & impia vota ruituros, & peregre ad Cælitum templa, opis petendæ, mox inuisuros. Tum verò migrare vltro genios, & cæpta desistere; quorum discessu ægros valescere; & Cælitum fauore, *h* restitutos sè sibi credere; eique fallaciâ deceptos, pertinacius suis quemque erroribus inhærere. Hoc totum? Exspectabam id modò, vt etiá peroraſſe te diceres, iudicesque ad suffragia cunctantes, pro imperio, currere, & damnare nostra Miracula iuberes.

G. *Præco de Mirac. pag.* 73. §. 5.

H. *Præco cælites nostros appellat* Götzen. *pag.* 73. *v.* 18. Der Götz oder der Heylig habe groß Wunder gethõ.

Sed

Sed ampliabis, vel in meam gratiam, hanc actionem: dum paucis te prius, quid erres, conuincam.

Ac primum omnium, puta non *Bellarminum* iam tecum, (quem, notum vs quàm ames;) sed *Tertullianũ* cum *Luciano* eiusq; * συνεγγοῖς altercari; qui *Christi* Ecclesiæque tunc famam verniliter obtrectabant. Tu verò colloquij arbiter, finge te, *Lucianum*, aut ex eius manipulo *Porphyrium*, pro *Vespasiano* velitantem, *Christiq;* Miraculis contemtim insultantem, audire id palàm iactare; vtriusque Miracula nihil inter se discrepasse: quare si nos ex istis rectè putemur conficere, *Christum oportere Deum esse*; se quoq; ex illis censendos esse, probè concludere, *Vespasianum Adrianumq; Deos fuisse.* Iam deinde cogita, *Tertullianum* exaduersùs omnia refellere, atque hæc illis rursus ingerere: *Paganos omnes nullo Dei Miraculo, sed solo vel stygis ludibrio, vel artis beneficio, pellere morbos didicisse: Vespasianum porro Adrianumq; paganos homines fuisse: Quare si quos pepu-*

14. REFVtatur εὐσεβὴς praconis. * Aduersarijs.

lerint corporum morbos. (uti sanè dispulerunt, vel simulatos ac suspectos, si alios nullos) *eos oportere non Dei Miraculo, sed aut stygis commẽto, aut artis medicamento fuisse depulsos.* Hæc tu talia si coràm audisses, quam inde, quæso te, crederes opem copiamque aduersus Miracula nostra tibi comparasse? Nos nullam dum vllam videmus: nisi tu nobis tu usúe hic *Optio* (*Adulphum* renidens intuebar, quem sibi Præco succenturiauerat) nonnullam demonstretis. Erupit hîc vltro *Adulphus*; atq; monstrari: inquit, omnino compendiariâ potest non vna: sed multarum vicem, accipite vel istam, quâ meus vos Præco per *Tertullianum* hîc mactat. Nam *Pagani nulli ullas curarunt ægritudines, Dei miraculo, sed solo stygis maleficio.* (Præiit hanc vobis θεσπιν *Tertullianus.*) *Atquî Vespasianus Adrianusq;, pagani, Cæsares curarunt quasdam ægritudines.* (Assumtionem hanc sibi *Bellarminus* concinnauit: quam si præco meus cum hac suâ commutârit, & pro *Vespasiano* | *Adrianoq;*, pau-

pauculis expunctis, Franciscum, Ignatium, aut hanc Boni nominis *Elisabetham* subiecerit; prodibit hæc vobis assumtio; *Franciscus, Ignatius, Elisabetha curârunt quasdam agritudines*) Quare iam necesse est, vt, si *Bellarminum* indidem dixeritis, de *Vespasiano* colligere rectè sic potuisse: *Igitur Vespasianus suas illas agritudines, non Dei miraculo, sed solo Cacodæmonis artificio procurauit*: mihi itidem meoque præconi iam detis, vt rectè de vestris sic concludamus: *Igitur Franciscus, Ignatius & Reuttensis Elisabetha, suas illas agritudines, non Dei miraculo, sed solo Cacodæmonis ingenio profligarunt.* Intelligitis, opinor, iam ipsi, quantam opem copiamque meus contra vos Præco, ex hoc *Tertulliani* pronuntiato contraxerit.

15 INEptia præconis in Bellarmino refutando.

RISIT effusè, non *Adulphum Iulius*; (quippe quem ætas candorque satis excusaret) sed capillati *Tritonis* rude barbitium; qui non videret, in quantis vitiis, suus sibi syllogismus, laboraret. Quod vt exemplo, ait, non dubio cognoscat; ego *Porphyrium* ei,

quid eamdem in formam ille de *Christo Petroq;* impiè concludat, non grauatè producam. Quid enim si eum *Tertulliancâ* μεθόδῳ, hanc suam assumtionem coniungat, dicatque: *Pagani nulli ullas curarunt ægritudines miraculo, sed solo stygis ludibrio & c. Atqui Christus Petrusq; curârunt ægritudines, Igitur eas Christus Petrusq; non miraculo, sed cacodæmonis astu & ingenio curarunt.* Quid hîc præco tuus in hac impiâ complexione molietur? An bene *Porphyrium* dicet collegisse? Tum ego quid nî in *Isebico* Præcone, agnoscam illos, quorum sacrilega vox hodie reuiuiscat, *In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia?* a An igitur malè illum inquiet concluisse? Tum verò se ipse suamque insciciam prorsus iugulabit; eaque euertet omnia, quibus glorioſus miles, triumphatum à se *Bellarminum* iactârat, & tandem eò se rediget, vt miserabili παλινῳδίᾳ suum ipse paralogismum damnet: & exeo, quod *Bellarminus*, duce *Ter-*

a *Matth.* 10. ℣. 25. *Luc.* 11. ℣. 15.

tullia-

tulliano, miracula *Vespasiani* maleficio stygis tribuenda dixerat; inficietur, ad nostrorum miraculorum inuidiam traducere se (si saperet) quicquam debuisse.

Hæc *Iulius* cùm visus est appositè ad rem dixisse; rogauit, ecquid mei, non iam de rabulæ nugis sed de ipsa historiæ serie, iudicii esset? Cuius ego postulatis vt facerem satis, cæpi primas eius origines strictim recensere. Nempe, *Vespasiano* spem alicunde factam, capessendi imperii, humano maioris; quo rerum gentiumq; vnus omnium potiretur; nam ita vatum oracula, quæ in *Christum* spectabant, assentatores ad *Vespasianum*, quod apud *Iudæos* creatus is Imperator fuisset, detorserant. *a* Huic hominum sermoni cùm *Vespasianus* haud morosè nec segniter, se dedisset, alereque famam non nollet, quâ is haberetur Imperator, quem tot ante seculis è Iudæâ venturum, multi prædixerant; alios ad augendam hanc de ipso

16 OCCASIO ET RATIO MIRACULIS VESPASIANI.

a. Tacit. hist. lib. 5. Sueton. in Vespas. c. 4. Ioseph lib. 7. Bell. Iud. c. 12.

non posse? Imò enim potest, & impunè à quouis potest. Experiamur alter alterum in hac palæstra: in quam equidem prodibo prior; & non luctari, sed inficiari paratus, propalàm exclamo; *Bonâ fide Cæsus, atq; à peritis medicis pro caco verè agnitus, curari malis artibus nunquam vllis potuit*: Audiat ius, audiat fas. Iam & tu prodi aduersus, meumque negantis clamorem, si potes, retunde. Et retunde, inquam, si non totâ myriade Cæciliorum, certè autem triade vnâ: quam ex iis tibi collegeris, quorum cæcitatem, à naturâ medicisque conclamatam, Orcus aliquando profligârit. Exspecto dudum, quos adducas: examino margines, verso vertoque omnes paginas tuas: Neminem vsquam neque video, neque audio. Tu verò, si vel vnum ab *Æthiopiâ* euocare posses, tu, inquam, vt momentum exspectares? tu, ut insultari, exprobrariq; tibi tam &diu, & patienter sineres? Noui pruriginem tuam in auctorum legionibus centuriandis, quibus libri cornua per fas, nefas, in rebus etiam nihili, di-

ſtendis: Id quanto ambitioſius hîc feciſſes, ſi, quod dixi, ab vltimâ *Thule* teſtem ſperare tibi vnicum licuiſſet? Nunc omni tu teſtimonio defectus, rē ſummā, in qua controuerſiæ cardo vertebatur, indubitatā conceſſamq́; iubes haberi. Quo argumento probas, ſanè aut peponem te fungumq́; eſſe, qui non intelligas, hæc alijs tralucere: aut popellum tibi Arcadici gregis armentum videri, cuius auriculis tam licenter abutare.

Animaduertit præco, *Bellarminum* hàc ſibi elapſum: &, certè autem hîc, inquit, retinetur. *a Nam quod porro Bellarminus cauſſatur; c credibile viſum, morbos quibus de agimus, à malo fuiſſe dæmone profectos; vt qui ægri alterius oculos, alterius tibiam inſederit, & membris aliquamdiu captos, mox vtrumq́, maleficio ſoluto vexare deſierit; itaq́; ſpeciem Miraculi* (quod captabatur) *fecerit.* Hac ſua tam bella, inquit, excuſatione,

13. ALTERA nequitia præconis in Geſpaſiani Miraculo.

A. *Præco de Mirac. pag.* 72. §. 27. & *pag.* 73. §. 6.

C. *Bellarm. de Eccleſ. lib.* 4. c. 14. §. *ad* 4.

iam prorsus *incidit in plagas prædâ petitæ meas.* Nempe totus in potestatem venit; HABET. Quis enim, obsecro, (si licet) quis *habet*? Vtique *Bellarminus*, inquiet mihi, cuius hæc tam friuola fuit purgatio. Cedò sis librum igitur, *Adulphe*; hunc, inquâ, *Bellarminũ*, qui proximus tibi leuorsum est: nam eũ, oportet, ipsum cõsulamus, an dicere se hæc fateatur. Atq; eccè! profectò in rem fuit, vt inspiceremus. Lego enim magnum *Tertullianum d Bellarmino* dicendæ sententiæ auctorem esse; cum quo ille iam non erubescit reprehendi à scurris: quando meminit, dignum fuisse, quem vel *Cyprianus* sibi Magistrum adoptaret. *e* Hunc tamen iterum, quàm nequiter omisit Præco, vt totam sententiæ inuidiam in *Bellarminum* exoneraret: gnarus; carituram probro sententiam, si *Tertullianum*, eius indicasset auctorem? Ceterùm, quid dixerit se dignum *Tertullianus*,

D. *Tertul. Apolog. contra gentes. cap. 22.*
E. *Hieron. in Catal. script. Niceph. 4. hist. c. 34.*

audi-

audite. Cùm *Romani* gloriam Miraculorum â *Christianis*, quæ tum ingens erat, traducere ad se quoque laborarent; & modò cribrum *Tusciæ*, modò cingulum *Claudiæ*; atq; alibi barbam tactu *Cástorum* irruffatam, alibi morbum, *Aesculapij* numine depulsum, nostris Miraculis reponerēt: sic illis respondit, vt inferorum ea esse non Miracula, sed ludibria, demōstraret: Nam *sunt*, *interdum* inquit, *beneficii circa curam valetudinis. Lædunt enim primò; dehinc remedia præcipiunt ad Miraculum noua: post quæ desinunt lædere, & curasse creduntur. f.* Nihil verius. Et si pro *Bellarmino*, germanum sententiæ parentem expressisset buccinator, báccare sententia non indiguisset, quo aduersus liuorē muniretur. Sed expedijt homini, vt *Bellarminum* plebi obijceret, in quē petulāti splene mox pruriret. Audiamus igitur qd piaculi siue *Tertulliano* hoc suo responso, siue *Bellarminus* apud præconem meruerit: & audia-

f. *Tertul. loco cit. Vbi lege plura.*

mus ex ipso præcone. *g* Hoc, inquit, suo responso, totus mihi adictum patet: vt proinde iugulari suo iam telo *Bellarminus* possit. Quod enim de *Vespasiani* Miraculis ille, id *Islebia* de *Romanis* dicendum æquè, aut plus æquè asseuerat: vexari ab genijs inquilinis, & obsideri multorum artus; eorum ferè, quos nôrint, superstitionibus obnoxios, hoc compendio in sacrilegas preces, & impia vota ruituros, & peregre ad Cælitum templa, opis petendæ, mox inuisuros. Tum verò migrare vltro genios, & cæpta desistere; quorum discessu ægros valescere; & Cælitum fauore, *h* restitutos sè sibi credere; eóque fallaciâ deceptos, pertinacius suis quemque erroribus inhærere. Hoc totum? Exspectabam id modò, vt etiá peroraſſe te diceres, iudicesque ad suffragia cunctantes, pro imperio, currere, & damnare nostra Miracula iuberes,

G. *Præco de Mirac. pag.* 73. §. 5.

H. *Præco cælites nostros appellat* Götzen. *pag.* 73. *v.* 18. Der Götz oder der Heylig habe groß Wunder gethõ.

Sed

Sed ampliabis, vel in meam gratiam, hanc actionem; dum paucis te prius, quid erres, conuincam.

Ac primum omnium, puta non *Bellarminum* iam tecum, (quem, nouimus quàm ames;) sed *Tertullianũ* cum *Luciano* eiuſq; * συνεργοῖς altercari; qui *Chriſti* Eccleſiæque tunc famam verniliter obtrectabant. Tu verò colloquij arbiter, finge te, *Lucianum*, aut ex eius manipulo *Porphyrium*, pro *Veſpaſiano* velitantem, *Chriſtiq;* Miraculis contemtim inſultantem, audire id palàm iactare; vtriuſque Miracula nihil inter ſe diſcrepaſſe: quare ſi nos ex iſtis rectè putemur conficere, *Chriſtum oportere Deum eſſe*; ſe quoq; ex illis cenſendos eſſe, probè concludere, *Veſpaſianum Adrianumq; Deos fuiſſe.* Iam deinde cogita, *Tertullianum* exaduersùs omnia refellere, atque hæc illis rurſus ingerere: *Paganos omnes nullo Dei Miraculo, ſed ſolo vel ſtygis ludibrio, vel artis beneficio, pellere morbos didiciſſe: Veſpaſianum porro Adrianumq; paganos homines fuiſſe: Quare ſi quos pepu-*

14. REFVTATVR εὐσεβὴς praconis. * Adiutoribus.

lerint corporum morbos. (uti sanè dispulerunt, vel simulatos ac suspectos, si alios nullos) *eos oportere non Dei Miraculo, sed aut stygis commẽto, aut artis medicamento fuisse depulsos.* Hæc tu talia si coràm audisses, quam inde, quæso te, crederes opem copiamque aduersus Miracula nostra tibi comparasse? Nos nullam dum vllam videmus; nisi tu nobis tu usúe hic *Optio* (*Adulphum* renidens intuebar, quem sibi Præco succenturiauerat) nonnullam demonstretis. Erupit hîc vltro *Adulphus*; atq; monstrari: inquit, omnino compendiariâ potest non vna: sed multarum vicem, accipite vel istam, quâ meus vos Præco per *Tertullianum* hîc mactat. Nam *Pagani nulli ullas curarunt ægritudines, Dei miraculo, sed solo stygis maleficio.* (Præiit hanc vobis θεσπιν *Tertullianus.*) *Atquî Vespasianus Adrianusq;, pagani, Cæsares curarunt quasdam ægritudines.* (Assumtionem hanc sibi *Bellarminus* concinnauit: quam si præco meus cum hac suâ commutârit, & pro *Vespasiano* | *Adrianoq;*, pau-

pauculis expunctis, Franciscum, Ignatium, aut hanc Boni nominis *Elisabetham* subiecerit; prodibit hæc vobis assumtio; *Franciscus, Ignatius, Elisabetha curârunt quasdam agritudines*) Quare iam necesse est, vt, si *Bellarminum* indidem dixeritis, de *Vespasiano* colligere rectè sic potuisse: *Igitur Vespasianus suas illas agritudines, non Dei miraculo, sed solo Cacodæmonis artificio procurauit*: mihi itidem meoque præconi iam detis, vt rectè de vestris sic concludamus: *Igitur Franciscus, Ignatius & Reuttensis Elisabetha, suas illas agritudines, non Dei miraculo, sed solo Cacodæmonis ingenio profligarunt.* Intelligitis, opinor, iam ipsi, quantam opem copiamque meus contra vos Præco, ex hoc *Tertulliani* pronuntiato contraxerit.

RISIT effusè, non *Adulphum Iulius*; (quippe quem ætas candorque satis excusaret) sed capillati *Tritonis* rude barbitium; qui non videret, in quantis vitiis, suus sibi syllogismus, laboraret. Quod vt exemplo, ait, non dubio cognoscat; ego *Porphyrium* ei, quid

15 INEptia præconis in *Bellarmino* refutando.

tulliano, miracula *Vespasiani* maleficio stygis tribuenda dixerat; inficietur, ad nostrorum miraculorum inuidiam traducere se (si saperet) quicquam debuisse.

Hæc *Iulius* cùm visus est appositè ad rem dixisse; rogauit, ecquid mei, non iam de rabulæ nugis sed de ipsa historiæ serie, iudicii esset? Cuius ego postulatis vt facerem satis, cæpi primas eius origines strictim recensere. Nempe, *Vespasiano* spem alicunde factam, capessendi imperii, humano maioris; quo rerum gentiumq; vnus omnium potiretur; nam ita vatum oracula, quæ in *Christum* spectabant, assentatores ad *Vespasianum*, quod apud *Iudæos* creatus is Imperator fuisset, detorserant. *a* Huic hominum sermoni cùm *Vespasianus* haud morosè nec segniter, se dedisset, alereque famam non nollet, quâ is haberetur Imperator, quem tot ante seculis è Iudæâ venturum, multi prædixerant; alios ad augendam hanc de ipsa

16 Occasio & ratio Miraculi Vespasiani.

a. Tacit. hist. lib. 5. Sueton. in Vespas. c. 4. Ioseph lib. 7. Bell. Iud. c. 12.

opinionem nihilo segniores incubuisse: Quodque auditione didicerant, eum Imperatorem, (quisquis foret) editis rarisque miriſque operibus clarum fore; *b* hanc eidem deesse gloriam noluisse: Eaque propter initis rationibus omnia molitos, vnde miraculi famam ei conciliarent; ratos id adhuc vnum ad rem summam desiderari. Ita ægros, quos diximus, vel conquisitos, vel *Apollonij fortasse Thyanæi* (nam Alexandriâ per eos dies non abfuisse, compertum est. *c*) magicis, malisque artibus subornatos, hanc experiundi sui materiem *Vespasiano* præbuisse; ut ad famam demum gloriamque miraculi, deluso populo, per mendacium attolleretur. Et fauere mihi aliisq; momenta, cur ita factum crederemus. *d* Nec enim aut *Vespasianum* *Apollonio* familiariter non vsum; aut *Apollonium* ad effingendos cæcos claudosque ru-

B. *Ex Isaia, cap. 35.*
C. *Philostrat. in Vit. Apoll. lib. 5.*
D. *Cæsar. Baron. tom. 1. ann. 71. Spondanus ibid. n. 5.*

dem

dem atque inerexcitatum fuisse: vt quem per id tempus constet, Orientem infamiâ magici nominis implesse, magnisque præstigiis *Alexandriam*, e (vbi *Vespasianus* ipse tum morabatur) ceteramque *Ægyptum* in se conuertisse. Hæc *Adulphus* cum annuens veri non absimilia videri respondisset; in eo conquiesse primum congressum dixit, vt pro præcone aduersus *Miracula*, fateretur nihil se profeciſſe. Exspectare tamen se, an mihi in *Donati* miraculis aqua hæreret; quæ ipse, ad firmandam assumtionem, ex *Augustino* postrema, sed non vtique adspernanda, produxisset. Cupere enim se, quid de iis mihi probaretur, vel in primis adhuc audire.

E. *Philostratus in Vit. Apoll. cit.*

CAPVT V.

De Donatistarum miraculis, quid subobscurè Augustinus.

FACIAM & hîc inquam, *Adulphe*, quod exspectas. Tametsi non 17 In-

ad miracula, quæ recenſet S. Auguſtinus.

non produxti nobis tute miracula *Donati*; ſed ad *Auguſtinum* ablegatos, ibi iuſſiſti videre, quæ quantaque cauſſæ ſubſidia tuus inde præco comparaſſet. Atque ecce, in oculis manibusque eſt *Auguſtinus*: conſulatur, an eius teſtimonio, *Donatus*, aut cum *Donato* quiſquam hæreticus ullum bonæ fidei miraculum edidiſſe comperiatur. Magnum acceſſerit cauſſæ momentum, vtramuis in partem iturus eſt *Auguſtinus*. Sed vaſtum oppidò volumen eſt; cui dies hodiernus nimis quàm anguſtus erit, ſi vobis à capite & ad calcem eſt euoluendum. Itaque iis tu veſtigiis inſiſte, quà præco ſe tuus gloriatur præiſſe. Nam fixit hîc ille ad margines viariam metam, quæ per *Auguſtini* monimenta nos facile ducat. Et videa hîc in orâ paginæ *a* inſcriptum, *AVGVST. lib. de VNITAT. Eccleſ. c. 16. Tom 7 p. 36?* Salua res. Perquire diligenter. Etenim hæc inde ſe verba ait exſcripſiſſe: *Non dicat* (Donatiſta) *Ideo verum eſt, quia illa & illa mirabilia fecit Dona-*

a. Præco de Mirac pag. 80. ad 9. 11.

tus

ius vel Pontus &c. Aut enim non sunt vera, quæ dicuntur, aut si hæreticorum aliqua mira facta sunt, magis cauere debemus &c. Versabat interea librum *Adulphus*; atque ego paginam illi, quo facilius reperiret, identidem ingerebam. Sed ille, malam rem, inquit: hæc me pagina iubet desperare. Nihil vsquam reperio. Quamquam de paginâ quid ridiculi eruciamur? prius tu vide, quam Præco laudet editionem. De quâ ni prius inter nos conuenit, frustra sumus. Ego, nullam verò hîc, inquam, adscripsit: ratus alibi non esse nisi suam, quæ in alpibus seruaretur. Age igitur, & libri saltem titulos inquire; facilis hinc tibi ad caput sextum decimum via: quam ipse iuxtim à margine demonstrat. Sanè iam reperi titulos, inquit; sed caput hoc sextum decimum mihi per molestum est: dudum enim ne hilum quidem inuenio. Et planissimè, aut solus hîc ego sum cæcus, aut meus me doctor hodie facit ludos. Sustulit cachinnum hîc *Iulius*; meumque se iudicium probare dixit, qui suprà monuerim,

vertigine cum primis laborare hos rabulas, in auctorum copiis ambitiosè ostentandis, quos fortasse legerint, viderint, intellexerint ipsi nunquam; sed iam olim ad testimonium accitos, alienâ fide reuocandos etiam sibi arbitrentur: cùm interea famam πλυμαθίας nundinari hoc artificio possint, vt quorum oculis hebetandis bibliotheca, neque *Pergamena*, neque *Alexandrina* credatur sufficisse.

18 DIXERAT hæc *Iulius*; sed torpum tuente *Adulpho*, vt qui vicem absentis iam erubesceret. Sed perspecta mihi res erat, præconem in capite citando hîc quidem non errasse; idque renidens, infra docturum me, dixi. Interim cæptam *Iulij* querelam vrgere perrexi; & alioquî certè hoc ipsi, eiusque symmystis ingenium esse, non abnui. Quid enim in eo facere studiis suis alienum? fallax hominum genus, & ductandæ plebeculæ natum; nec suis tamen natalibus dispar. Traxêre contagium à matre *Islebica*; vt cum fauere locus putatur, nauiter omnia citent ad vnguem; & sibi nec anni, nec

Digressio; de mala fide praconis in citandis auctoribus.

nec folii nec omissi typographi veniã sperẽt: atquî cùm fides loco aut nulla subest, aut ambigua vacillat, citent in aëre quidvis, & vagâ lege, nec locum, nec librum, nec auctorem insigniant; perfugio, quod sibi mendacia reperêre; ne deprehendi per vestigia queant. Ita venustus hic præco dum inf a, nescio quæ, nominum & lemurum monstra effingit; *a* quibus locum nos inter cælites iam dederimus, testem ait habere se domi suæ, *libellum veterem*, qui litteris (iam euanidis, reor, & fugientibus) id consignatum exhibeat. Magni testis auctoritas; quis neget? Sed quin edis, vir magne, libelli tu nomen? *Peruetustus est codex, & legi iam nequit.* Laudo. Atquî vel auctorem libri nominares! *Imò enim verò; sed nullus iam apparebat: & credam ἀνώνυμον vixisse. Adhæc frontem totam titulumq; senectus exe-*

A. *Præconis familiaris hæc vaga citatio. Nam ita pag.* 169. Ich fundte ein Exempel einer Person erzehlen. *& pag.* 315. Ein Bischoff in einer offentlichen Predig ꝛc.

dit

dit. Certè autem libelli vt argumentum referas, exſpectamus! *Quid vultis referā ego? Nēpe plus ſatis eſt, citaſſe. Pythagoremos eſt, DICERE; iudicorū CREDERE. Nōdū vos probè docti eſtis, qui αὐτὸς ἔφα. nec dū didiciſtis.* Vides, *Iuli*, quàm omnes hic præcofungos bardosque nos ducat; quos in re grauiſſimà trahat obnoxios ſtultitiæ ſuæ, velitque omnia confeſtim accredere: dum nobis ne id quidem permittit, quod puero *Catoni* memorant licuiſſe, vt à magiſtro cauſſam ſubinde requireret, cur ita docuiſſet? *In veteri*, inquit, *libello reperi: credendum eſt mihi.* Nihil aliud? *Nihil: ſic ſoleo.* Ita omnes te trunci ſtipitesque ament, ludio! Nos diuina tibi humanaq; monimenta poſitis calculis promimus, nos *Ambroſios*, *Hieronymos*, Auguſtinos, intento digito monſtramus, locumq; & ſenſa eorū & verba oculis exhibemus, neq; moueris tamē. Tu interim cum veteris atq; inteſtabilis chartę ſegeſtria, (q̄d niſi *Voluſiani* calami propudia?) non oculis exhibeas, ſed verbis malè hærentibus

refe-

referas, fidem apud nos meriturum te impudens speras? Quamquam hoc mihi, qui factionis huius studia pridem aduerteram, nouum esse non debet; Tibi potest, *Adulphe*; quem à cunis, & nondum reptantem, exspectârunt exceperuntque hi ludiones, & nebulâ, ne quid videres, septum, in sua deliria per præceps egerunt. Tamen ego si patière, hanc tibi ἐπίχυσιν, * deductâ pelliculâ, quæ vitium traxit, manu curabo; cùm pauxilla quædam honestissimæ tribus documenta dedero.

* *Suffusionem oculi.*

19 LVTHERI, *Melanchthonis, Caluini ratio incitandis auctoribus.*

Laborabat in eo *Lutherus*, vt quondam persuaderet; *Hominem fide solâ, non sacramentis iustificari*: & laborant idipsum eius aliqui nefrēdes. Reclamat orbis, *a* & testem vel vnum à *Luthero*, vel scripturam, vel rationem clamosè efflagitat. Quid ibi *Martinus*? cum ratio æquè ac scriptura, virum destituisset; isque à Patrum quoq; quos ante reiecerat, subsidio excluſum, teneri se sensisset; ar-

a. Vt liquet ex 3.p.q.62.S.Thom. & Catholic. om.

tifi-

tificio, hoc eodem, quod dixi, rimam indeptus est, quà elaberetur. Nam, vt si dictum esset iam perantiquum & vetus, & ubique gentium sermo παροιμιώδης; * ita rem impudenter omnem ceu prouerbio notam, ac velut in patrum lucubrationibus obuiam, audax ementitur; nulla interim nec libri, nec numeri mentione: *b vt sit verum*, inquit, *quod dicitur, non sacramentum, sed fides sacramenti iustificat.* Et persecutus hæc parentis vestigia *Melanchthon*, *c* audacior *Augustinum* sui sibi commenti facit auctorem: Sed vagâ item ac lubrica citatione; nulloque ibi nec littore, monstrato, nec portu, ad quem requirentium industria se appellat: probè intelligens triduo neminem proditurum, qui omnes *Augustini* sinus explorasse se profiteretur. Quapropter impunè tantisper hæc scripturum se vidit, *d In contrarium ait*

* Proverbialis.

B. *Luth. in assert.* 1. *art.* & *in lib. contra Cochleum.*

C. *Phil. Melanchthon. apolog.* 13. *art.*

D. *Melanchthon. cit. a.* 13. *sub fin.*

Au-

Augustinus, quod fides Sacramenti, non sacramentum iustificet. Imponitis nimirum vterque, præclari sycophantæ. Aut si fumos certè vos vendere populo negatis; agite vterque, tuque tuo *diuerbio*, & tu *Augustino* facite colorem: atque vel ad margines extremos admonete, quorum nam istud vsu tam tritum & annis obsoletum fuerit proverbium? quod tamen mater vestra, (si hodie rogetur) deierabit, ante vos neminem sic vsurpasse? Vel aliquod *Augustini* è tanto capitum, titulorum, voluminum, tomorumq; delectu, indicium date, vbi vir apprimè vobis infensus, scripserit vnquam probaritue hoc vestrum commentum? Nempe si aut meminissetis quidquam, aut causæ tam absurdæ fideretis, millies mihi iam *Augustini*, non inane nomen, sed libros, sed versus, sed verba recitare; diemque & consulem, quod aiunt, consignare, studuissetis. Nunc in causa perdita, vt plebem illecebrâ deliniatis, auditum viri sanctissimi nomen, velut e-

scam

scam obiicitis, quâ latentem mendacii hamum trahat incauta.

20 *A. Luth. & Melanchth. malè citatus Augustinus.*

Itaque viri sunt docti, neque in *Augustino* tam peregrini, quam putatis: *a* qui disertè negent, syllabam huius in eo delirii vllam exstare. Quod ego tamen tam artè de syllaba non euincam. Ceterùm id pugno: Nusquam hanc *Augustino* mentem fuisse, quam ei vos abnuenti affingitis. Sensit ille nobiscum, & ecce, clamat: *b Non aliquid prosunt Sacramenta Christi, vbi resistitur fidei Christi.* Rectè omnia: atque ita cum illo nos omnes. Quid inde vos *Melanchthones, & Martini?* Quid? nempe istud: *Non Sacramentum, sed fides iustificat.* Et istud adeò ex *Augustino*? Et quidem in eum sensum, vt voluerit; Sacramenta ad aliud nihil prodesse, quàm vt *fidem* in hominum animis excitent, quâ dein iustificentur? *c*

A. *Romanus in Effing. Caluin Spect.* 5. *Col.* 49. §. 2.

B. *August. tom.* 9. *tract.* 53. *in Ioan.*

C. *Vide Bellarm. lib.* 2. *Sacram. c.* 2. *Aegid. Coning. q.* 62. *a.* 2. & 7. *Greser. summ. Casu.*

Casu. Sacram. in gen. Et consensit cum Luthero Eckhardus. pandect. 1. p. pag. 514. Sacramentis, inquit, digne sitentes, non iustificantur, nisi per fidem. Lutherus autem ipse, in art. 1. hæretica, inquit, sententia est. dicere, quod Sacramenta dent gratiam illis, qui non ponunt obicem. Quicquid postea & ipsi & posteri verbo tenus palinodiam cantarint; vt Bell. cit.

Hoc enimuero negat se vsquam *Augustinus*, (vt vt verba sint) docuisse. Nam si ita est, quæso vos ego, nobis ostendite, quid à Concione præconis, Christi Sacramentum arbitremini differre? An enim loquaculi Stentoris oratio, *Fidem Lutheri* minus validè, in hiante plebecula suscitaret, quàm si libo idē minutulo duntaxat inuitaret? Certè videmus à vestris concionibus prodire quosdam sic incitatos, vt haustam ibi fidem oculis scintillantibus apud omnes obuios mox prodant. Ita enim cum *Thummius* in rostris, summum docet pontificem modò *Latronem esse prædonemq; Europæ*; *d*

d D. Thummium vide supra citatum lib. 1. cap. 1.

modò

ad miracula, quæ recenſet S. Auguſtinus.

non produxti nobis tute miracula *Donati*; ſed ad *Auguſtinum* ablegatos, ibi iuſſiſti videre, quæ quantaque cauſſæ ſubſidia tuus inde præco comparaſſet. Atque ecce, in oculis manibusque eſt *Auguſtinus*: conſulatur, an eius teſtimonio, *Donatus*, aut cum *Donato* quiſquam hæreticus ullum bonæ fidei miraculum edidiſſe comperiatur. Magnum acceſſerit cauſſæ momentum, vtramuis in partem iturus eſt *Auguſtinus*. Sed vaſtum oppidò volumen eſt; cui dies hodiernus nimis quàm anguſtus erit, ſi vobis à capite & ad calcem eſt euoluendum. Itaque iis tu veſtigiis inſiſte, quà præco ſe tuus gloriatur præiſſe. Nam fixit hîc ille ad margines viariam metam, quæ per *Auguſtini* monimenta nos facile ducat. Et videa hîc in orâ paginæ *a* inſcriptum, *AVGVST. lib. de VNITAT. Eccleſ. c. 16, Tom 7 p. 376?* Salua res. Perquire diligenter. Etenim hæc inde ſe verba ait exſcripſiſſe: *Non dicat* (Donatiſta) *Ideo verum eſt, quia illa & illa mirabilia fecit Dona-*

a. *Præco de Mirac pag. 80. ad v. 11.*

ixs vel Pontus &c. Aut enim non sunt vera, quæ dicuntur, aut si hæreticorum aliqua mira facta sunt, magis cauere debemus &c. Versabat interea librum *Adulphus*; atque ego paginam illi, quo facilius reperiret, identidem ingerebam. Sed ille, malam rem, inquit: hæc me pagina iubet desperare. Nihil vsquam reperio. Quamquam de paginâ quid ridiculi cruciamur? prius tu vide, quam Præco laudet editionem. De quâ nî prius inter nos conuenit, frustra sumus. Ego, nullam verò hîc, inquam, adscripsit: ratus alibi non esse nisi suam, quæ in alpibus seruaretur. Age igitur, & libri saltem titulos inquire; facilis hinc tibi ad caput sextum decimum via; quam ipse iuxtim à margine demonstrat. Sanè iam reperi titulos, inquit; sed caput hoc sextum decimum mihi per molestum est: dudum enim ne hilum quidem inuenio. Et planissimè, aut solus hîc ego sum cæcus, aut meus me doctor hodie facit ludos. Sustulit cachinnum hîc *Iulius*; meumque se iudicium probare dixit, qui suprà monuerim,

vertigine cum primis laborare hos rabulas, in auctorum copiis ambitiosè ostentandis, quos fortasse legerint, viderint, intellexerint ipsi nunquam; sed iam olim ad testimonium accitos, alienâ fide reuocandos etiam sibi arbitrentur: cùm interea famam πολυμαθίας nundinari hoc artificio possint. vt quorum oculis hebetandis bibliotheca, neque *Pergamena*, neque *Alexandrina* credatur sufficisse.

18 Dixerat hæc *Iulius*; sed torquente *Adolpho*, vt qui vicem absentis iam erubesceret. Sed perspecta mihi res erat, præconem in capite citando hîc quidem non errasse; idque renidens, infra docturum me, dixi. Interim cæptam *Iulij* querelam vrgere perrexi; & alioquî certè hoc ipsi, eiusque symmystis ingenium esse, non abnui. Quid enim in eo facere studiis suis alienum? fallax hominum genus, & ductandæ plebeculæ natum; nec suis tamen natalibus dispar. Traxêre contagium à matre *Islebica*; vt cum fauere locus putatur, nauiter omnia citent ad vnguem; & sibi nec anni,

Digressio; de mala fide præconis in citandis auctorib.

nec

nec folii nec omissi typographi veniã sperẽt: atquî cùm fides loco aut nulla subest, aut ambigua vacillat, citent in aëre quidvis, & vagâ lege, nec locum, nec librum, nec auctorem insigniant, perfugio, quod sibi mendacia reperêre; ne deprehendi per vestigia queant. Ita venustus hic præco dum inf a, nescio quæ, nominum & lemurum monstra effingit; *a* quibus locum nos inter cælites iam dederimus, testem ait habere se domi suæ, *libellum veterem*, qui litteris (iam euanidis, reor, & fugientibus) id consignatum exhibeat. Magni testis auctoritas; quis neget? Sed quin edis, vir magne, libelli tu nomen? *Peruetustus est codex, & legi iam nequit.* Laudo. Atquî vel auctorem libri nominares! *Imò enim verò; sed nullus iam apparebat: & credam ἀνώνυμον vixisse. Adhæc frontem totam titulumq́ senectus exe-*

A. *Præconi familiaris hæc vaga citatio. Nam ita pag.* 169. Ich kundte ein Exempel einer Person erzehlen. *& pag.* 315. Ein Bischoff in einer offentlichen Predig ꝛc.

dit

dit. Certè autem libelli vt argumentum referas, exſpectamus! *Quid vultis referā ego? Nēpe plus ſatis eſt, citaſſe. Pythagoremos eſt, DICERE; iuditorũ CREDERE. Nōdũ vos probè doctiles eſtis, qui αὐτὸς ἔφα nec dũ didiciſtis.* Vides, *Iuli*, quàm omnes hic præcofungos bardosque nos ducat; quos in re grauiſſimâ trahat obnoxios ſtultitiæ ſuæ, velitque omnia confeſtim accredere: dum nobis ne id quidem permittit, quod puero *Catoni* memorant licuiſſe, vt à magiſtro cauſſam ſubinde requireret, cur ita docuiſſet? *In veteri*, inquit, *libello reperi: credendum eſt mihi.* Nihil aliud? *Nihil: ſic ſoleo.* Ita omnes te trunci ſtipitesque ament, ludio! Nos diuina tibi humanaq; monimenta poſitis calculis promimus, nos *Ambroſios*, *Hieronymos*, Auguſtinos, intento digito monſtramus, locumq; & ſenſa eorũ & verba oculis exhibemus, neq; moueris tamẽ. Tu interim cum veteris atq; inteſtabilis chartę ſegeſtria, (qd niſi *Voluſiani* calami propudia?) non oculis exhibeas, ſed verbis malè hærentibus

refe-

referas, fidem apud nos meriturum te impudens speras? Quamquam hoc mihi, qui factionis huius studia pridem aduerteram, nouum esse non debet; Tibi potest, *Adulphe*; quem à cunis, & nondum reptantem, exspectârunt exceperuntque hi ludiones, & nebulâ, ne quid videres, septum, in sua deliria per præceps egerunt. Tamen ego si patière, hanc tibi ἐπίχυσιν, * deductâ pelliculâ, quæ vitium traxit, manu curabo; cùm pauxilla quædam honestissimæ tribus documenta dedero.

* *Suffusionem oculi.*

19 LVTHERI, *Melanchthonis, Caluini ratio incitandis auctoribus.*

Laborabat in eo *Lutherus*, vt quondam persuaderet; *Hominem fide solâ, non sacramentis iustificari*: & laborant idipsum eius aliqui nepotes. Reclamat orbis, *a* & testem vel vnum à *Luthero*, vel scripturam, vel rationem clamosè efflagitat. Quid ibi *Martinus*? cum ratio æquè ac scriptura, virum destituisset; isque à Patrum quoq; quos ante reiecerat, subsidio excluſum, teneri se sensisset; ar-

A. *Vt liquet ex 3. p. q. 62. S. Thom. & Catholici omn.*

tifi-

tificio, hoc eodem, quod dixi, rimam indeptus est, quà elaberetur. Nam, vt si dictum esset iam perantiquum & vetus, & ubique gentium sermo παροιμιώδης; * ita rem impudenter omnem ceu prouerbio notam, ac velut in patrum lucubrationibus obuiam, audax ementitur; nulla interim nec libri, nec numeri mentione: *b vt sit verum*, inquit, *quod dicitur, non sacramentum, sed fides sacramenti iustificat.* Et persecutus hæc parentis vestigia *Melanchthon*, *c* audacior *Augustinum* sui sibi commenti facit auctorem: Sed vagâ item ac lubrica citatione; nulloque ibi nec littore, monstrato, nec portu, ad quem requirentium industria se appellat: probè intelligens triduo neminem proditurum, qui omnes *Augustini* sinus explorasse se profiteretur. Quapropter impunè tantisper hæc scripturum se vidit, *d In contrarium ait*

* *Proverbialis.*

B. *Luth. in assert.* 1. *art. & in lib. contra Cochleum.*

C. *Phil. Melanchthon. apolog.* 13. *art.*

D. *Melanchthon. cit. a.* 13. *sub fin.*

Au-

Augustinus, quod fides Sacramenti, non sacramentum iustificet. Imponitis nimirum vterque, præclari sycophantæ. Aut si fumos certè vos vendere populo negatis; agite vterque, tuque tuo *diuerbio*, & tu *Augustino* facite colorem: atque vel ad margines extremos admonete, quorum nam istud vsu tam tritum & annis obsoletum, fuerit proverbium? quod tamen mater vestra, (si hodie rogetur) deierabit, ante vos neminem sic vsurpasse? Vel aliquod *Augustini* è tanto capitum, titulorum, voluminum, tomorumq; delectu, indicium date, vbi vir apprimè vobis infensus, scripserit vnquam probaritue hoc vestrum commentum? Nempe si aut meminissetis quidquam, aut causæ tam absurdæ fideretis, millies mihi iam *Augustini*, non inane nomen, sed libros, sed versus, sed verba recitare; diemque & consulem, quod aiunt, consignare, studuissetis. Nunc in causa perdita, vt plebem illecebrâ deliniatis, auditum viri sanctissimi nomen, velut e-

scam

Casu. Sacram. in gen. Et consensit cum Luthero Eckhardus. pandect. t. p. pag. 514. Sacramentis, inquit, digne sententes, non instificantur, nisi per fidem. Lutherus autem ipse, in art. 1. hæretica, inquit, sententia est. dicere, quod Sacramenta dent gratiam illis, qui non ponunt obicem. Quicquid postea & ipsi & posteri verbo tenus palinodiam cantarint; vt Bell. cit.

Hoc enimuero negat se vsquam *Augustinus*, (vt vt verba sint) docuisse. Nam si ita est, quæso vos ego, nobis ostendite, quid à Concione præconis, Christi Sacramentum arbitremini differre? An enim loquaculi Stentoris oratio, *Fidem Lutheri* minus validè, in hiante plebecula suscitaret, quàm si libo idē minutulo duntaxat inuitaret? Certè videmus à vestris concionibus prodire quosdam sic incitatos, vt haustam ibi fidem oculis scintillantibus apud omnes obuios mox prodant. Ita enim cum *Thummius* in rostris, summum docet pontificem modò *Latronem esse prædonemq; Europæ*; *d*

d D. Thummium vide supra citatum lib. 1. cap. 1.

modò

modò *vrbis prostibulum*, *e* & *Thaidem Romanam*; *f* modò *d Deastrum Stercoreum*, *g* & *Romanum Basiliscum*, *h* & (quod omnium præcipuè prurit) *Antichristum*, aut siquid aliud infame calumnia potest: quis tum adeò textor tâm imbellem se ferat, qui prius ad insilia sua pectinemque redire, quam hausta fidei documentum edere concupiscat? Qui imò non optet, obuiã sibi hunc dari *Antichristum*; in cuius caput pugnos strictim radiosq; illidat, quo agiliores ad licium linumque manus apportet?

21 *Caluini nomina-tim infida cita-tio.*

HIS ijsdem in studijs, ne non sint κοινὰ φίλων πάντα,* vester vos etiam pullus pulchre consectatur; qui ad lacum *Lemanum* has artes perappositè tractauit, quibus vos angulum Germaniæ priores infamastis. Specimen dedit in eo nobile, quod ausus

* *Amicorũ omnia communia.*

E. *Thumm. in Antichrist. pag.* 113.

F. *Idem ib. pag.* 2.

G. *Idem ib. pag.* 83. *& in proœm. ignis fatui pag.* 10.

H. *Idem in Antichrist. pag.* 37. *Et alibi passim totis medymnis conuitia Thumius ferit.*

est

est scribere, *a Ieremiæ diuinos honores habitos fuisse*; *eoq; cultu Aegyptios id consecutos vt miraculo aduersus serpentes defenderentur.* Interrogo, an *Caluus*, auctorem rei tam vanæ ausit nominare? Potes, inquit, à margine meo, quid ausim, cognosse. Facio; lego, *Hieronymum* ibi *in præfat. Ieuem.* citari. O perfidum hominem exclamo! Tu *Hieronymum* mihi? Nusquam ille verbum. Inspicite, legite omnes; mendacium *Calui* reperietis. Sed huius ego σφάλματα mihi plectere iam non sumo: habent suum illa iam actorem: *b* à quo cum nuper *Calninus* lege *Cornelia* postulatus in dicenda caussa identidem hæsisset; obnupto capite per portam *Esquilinam* ad alites κορακοειδεῖς * duci est iussus; vbi inter sestertij putorem hiberna-ret. Ab his ad te redeo, *Adulphe*, quem non patiar diutius in quærendâ præconis fide fatigari; satis fuerit in præsens, ostendisse, *Gratias* in ar-

* *Cornigeneris.*

A. *Caluin. in ep. ad Regem pag. 5.*

B. *Nicol. Romanum in Effig. Caln. spect. 5. col. 49.*

ces-

ceſſendis auctoribus, ei non eſſe plus æquo familiares; eaque propter, homini iam decies in vertigine deprehenſo, cautè molliterq; poſthac innitendum, ſi cui lubeat eo ſe ſubalari ſcipione fulcire: Igitur expediam vltrò tuum tibi nodum cùm prius locum *Auguſtini*, oſtendero. Quem enim quæri in capite ſextodecimo Baſilienſis exempli iuſſerat, eum tu in vndeuigeſimo apud nos quæres, ſi repertum voles. Ita eſt, inquit, profectò *Adulphus*, atque eccum, tantulo interuallo! Ego verò, niſi neuultis, omnem vobis à capite *legam*. Et cùm non nolle ſe *Iulius* diceret, exorſus totum ac ſanè longiuſculum, ad calcem perlegit. Ac tum demum apparuit, Præconem in Auguſtini perſpicuâ mente, ſubobſcurâ (vtquamdoq; fit) ſententiolam venatum, officio ſuo fungi cæpiſſe; id eſt, à luce totis voluminibus palàm fuſâ, ad ambigui verbi nubeculam conuerſum, indidem totum ſibi *Auguſtinum* in ſeruitutem vindicaſſe; ſuſque deq; habito, quicquid ius & fas refragaretur.

Et

Et quænam hæc hominis, inquam, est ad malum tam peruicax libido, ut veluti noctua clarum manè refugiens, inter vespertiliones tum oculos recludat, cùm aliqua facies noctis occursat? An verò quid de Ecclesiæ miraculis sentiret, nusquam alibi tam clarè aperuit *Augustinus*, vt, nisi ab hac huius loci nebulâ, mentem eius sensumque coniicere nequeamus? Quid igitur is *Augustini* vult clamor, quo tantum se tribuisse miraculis confitetur, quantum concessisse vix alius veterum inuenitur? Et in rem erit, quædam prius testimonia cognosse, quàm verbi vnius noctem euoluamus.

CAPVT VII.

De Ecclesiæ Miraculis, quid perspicuè Augustinus.

22 AVGVstini iudicium de Miraculis generatim.

AC vide sis, quàm in hac eius voce nihil obscurum. *a Sunt alia quæ in* (Ecclesiæ) *gremio me teneant.*

a. *Aug. tom. 6. cont. epist. fund. cap. 4.*

Tenet consensio populorum atq; gentium; tenet auctoritas MIRACVLIS *inchoata &c. vetustate firmata: tenet ab ipsa sede Petri, vsque ad præsentem Episcopatum, successio sacerdotum &c.* Neque illud eiusdem minus est clarum: *b Homini non valenti verum intueri, vt ad id fiat idone⁹, auctoritas præstò est; quam partim* MIRACVLIS, *partim multitudine valere, nemo ambigit.* Quid illud deinde, quòd idem, cùm metamorphoses multorum, ab inanibus studiis ad voluptatum contemtionem traductorum, commendasset; & porrò, quibus ii momentis ad rem tam arduam inducti fuerint, requisisset; sibi respondet; effectum omne id esse, *diuinâ prouidentiâ per prophetarum vaticinia, per humanitatem doctrinamq; Christi, per Apostolorum itinera, per Martyrum cruces, per Sanctorum vitam; atq; in his vniuersis,* (per) DIGNA *rebus tantis atq; virtutibus, pro temporum op-*

B. *Aug. lib. de vtilitate credendi. c. 16. tom. 6.*

portu-

portunitate, MIRACVLA! c Quid præterea, quod *Manichæis* idem (imò Lutheranis) insultans, audacter ingerit: *Dubitabimus nos eius Ecclesiæ condere gremio; quæ ab Apostolica sede per successiones Episcoporum (frustra hæreticis circumlatrantibus, & partim plebis ipsius iudicio, partim Conciliorum grauitate, partim etiam* MIRACVLORVM *Maiestate damnatis) culmen auctoritatis obtinuit? Cui nolle primas dare, vel summæ profectò impietatis est, vel præcipitis arrogantiæ.* Poteramné ex *Augustino* quidquam aliud de *Romanæ* Ecclesiæ miraculis, magis exspectatum, & præconis huius stomacho iucundum nuntiare? Sed præ istis omnibus quodnam illud, & quale *Augustini*, de miraculis esse iudicium, dicemus; quod libris immortalibus ipse consignatum reliquit? Cedò sis, *Adulphe*, volumen istud, quod in forulis ordine quintum vides: Est quippe id nobile *Augustini* monimentum de ciuitate

c. *August. eodem lib. cap.* 17.

Dei; *d* cuius librum tu vigesimum secundum ac præcipuè caput octauum cum inspexeris, luculentius alibi testimonium pro miraculis dicendum non exspectabis. Nam ecce tibi, si compendia quærimus, quanta memoret, laudetque, testis oculatus, Ecclesiæ miracula!

23. AVGVstini narratio de Miraculis sui temporis.

MEDIOLANI, se præsente, inque immensi populi concursu, *a* cæcum ait, ad *Geruasij Protasiq;* lipsana lumen recuperasse: Carthagine *Innocentium*, ab insanabili fistula, *b* (in quâ omnis medicina desperauerat, nisi secaretur) per preces repente & absque sensu conualuisse: Ibidem, *Innocentiam* fuisse (principem, sed religiosam in primis fœminam) quæ à carcinomate, seu cancro, *c* mamillam vsque depascente, & (si *Hippocrati* fides) remedii omnis impatiente, per impressum crucis signum, confestim incolumis sospesque valuerit. Eodem in loco *Medicum*, quem po-

A. *Curata cæcitas.* 1.
B. *Fistula.* 2.
C. *Cancer.* 3.

dagra

dagra *d* acerrime vexârat, simul ac baptismate initiatus fuerit, ità continuò persanatũ esse, vt, quoad deinde vixit, nulla esse nec dolori, nec morbo postliminia sẽserit. Quemdã alibi *Curubitanum*, *e* (ab oppido nomen) cũ in paralysi, & nescio quo infami tumore grauiter molesteque cubaret, deportatum ad baptismatis fontem, momento temporis sibi integre sic fuisse restitutum, vt dilutam simul omnem detersamque morbi molestiã esse profiteretur. *Hesperio* deinde, viro tribunitio, fundum omnem lemures malosque genios infestum fecisse, mixtâ pecorum hominumque clade. *f* Sed ei remedio fuisse operam Sacerdotis, quem ex *Augustini* collegio vt secum in prædium concederet, exorârat. Is enim (sed præstat, in Præconis gratiam, verbis *Augustini* reliquũ absoluere) *g perrexit*; *obtulit ibi* SACRIFICIVM *corporis Christi*; *orans*

D. *Podagra*. 4.
E. *Paralysis*.
F. *Pestilitas familiæ*.
G. *August. loc. cit.*

quantum potuit, vt ceſſaret illa vexatio: Deo protinus miſerante ceſſauit. Contrahet hîc tuus, *Adulphe*, buccinator ſupercilium ingens, & pellem in rugas, & totam ducet in lumina frontem. Adeò nulla hîc illi, nec *Miracula* ſatis, nec *Sacrificia* iam placent. Et hæc illi talia ſi *Turſellini*, aut *Bredenbachii* fide de Lauretana, vel Oetingana Virgine, memorarem; cælites boni, quæ mihi ſcommata, quantæque verborum iniuriæ, & aurium plagæ nō forent decoquendæ? Spartano robore, eſſem, tamen iactis tot poparum victimariorumq; conuitiis, velut hibernâ grandine grauatus ſuccumberem: nunc & egómet parcius mihi metuam, *Aiacis* magni clypeo defenſus; & ipſe cautius furet, ne cum hoc inermis aduerſario concurrat, quem ſtultè ſuum ſibi patronum finxerat.

24. AVGVſtini narratio de Miraculis apud reliquias Sanctorum.

Porro nondum hæc mihi eſt ſumma: reſtant ab eodem heroë etiamnum tela, quibus pluribus iugulum præbere Præco iubeatur. Etenim, qui ſacra cælitum lipſana, omnemque eorum

eorum cultum, deridiculò habet; quibus cum rugis audiet *Augustinum* in *Hesperii* miraculis, etiam hæc memorantem? *a Acceperat ab amico suo terram sanctam, de Hierosolymis allatam, b vbi sepultus Christus die tertio resurrexit: eamq; in cubiculo suspenderat, ne quid mali etiam ipse pateretur. At vbi domus eius ab illâ infestatione purgata est, quid de illa terra fieret, cogitabat: quam diutius in cubiculo suo reuerentiæ caussa haberenolebat. Cumq; omnia nobis retulisset, petiuit vt infoderetur alicubi, atq; ibi orationum locus fieret, vbi etiam possent Christiani, ad celebranda quæ Dei sunt, congregari.* Hîc, superstitio, tuus exclamabit, mera superstitio. Omnia magici ritus, & infamiæ pudendæ plena, ὡς φανερὸν τὸ τῆς εἰδωλολατρείας ἴχνη. * Intempestiuè tuus hæc haud dubiè præco. Nempe, vt ἐπῳδὴν & intercalare quidpiam à coruis habeamus, inter hoc cygne-

*Manifesta idololatriæ vestigia.

A. *Augustin. lib. 8. de ciuit. Dei. c. 22. sub medium.*

B. *Terra sancta, inter reliquias culta.*

um *Augustini* melos. Sed omisso diludio, patiatur coruus *Augustinum* in incepto pergere. Quid si enim per se ipse hæc *Hesperii* postulata reiiciet, & pontificiam superstitionem calculo Islebico damnabit? Precium nobis operæ est audire. *Non restitimus*, inquit; *factum est. c* Itanè factum? & quidem ab *Augustino. ?* Et suprà petamus, obsecro, quid adeò factum à se confiteatur? Vtique *Terram sacram alicubi infossam, atq; ibi orationum locum factum, vbi possent Christiani congregari.* Vtique *Augustinus* iam non satis Lutheranus est, inquiet Præco; & vtique locus etiam ipse offenso numini pœnas dedit: ac mirum, nisi mox de cælo tactus in triste bidental abiit, infamis specus. εὐφημεῖτε ὦ κήρυκες· αἰσχρὸν ἐστιν, οὓς δόντας ἄγαν ἐμπρέπειν. * Potius quid porro euenerit, cognoscite. *Erat ibi iuuenis paralyticus*, ait *Augustinus*, *qui hoc audito, petiuit à parentibus suis, vt illum ad eum locum sanctum non cunctanter afferrent. Quò cum fuisset allatus, orauit;*

C. *August. ibid.*

*Bona verba, mei præcones: decet dētes nimium stringere.

atq;

atq; inde continuò pedibus suis saluus abscesſit. d Inferos hîc inferasque, rursus clamabit omnes miraculo præsides præstitesque fuisse: æquè ac modò in Reuttensibus miraculis soleant. Numen enim tam explorato flagitio propitium esse non posse, sed præstigiis maleficiisque morbum à corpore depulsum, vt animum pestilentior contagio inquinaret. Arbitrabitur hæc nimirum, Præco; sed *Augustinus*, Dei miraculum, fideique nostræ fuisse symbolum arbitratur. Vtri nos accedamus? grauis, opinor, & anceps deliberatio: Si proletarium ab Alpibus magistrum & nuper è gynæcei ludo eductum, cum grauissimo Ecclesiæ Doctore, inque *Ambrosii* quondam scholâ edocto, componamus; vt nouis credo exemplis vetus illud *Scauri* instauremus: quem cum *Varius*, infimæ cõditionis homuncio, reũ fecisset, e *Scaurus* è rostris, *Quirites inquit, Varius Sucronensis Æmilium*

d. *Paralyticus, apud reliquias sacr. sanatus.*

e. *Valer. Maxim. lib. 3. cap. 7.*

Scaurum regiâ mercede corruptum, imperium populi Rom. prodidisse ait: Aemilius Scaurus huic se affinem esse culpæ negat. Vtri creditis? Non hæsit in incerto populus; sed *Scaurum vna Scauri* interrogatio absoluit. Sapienter factum. At nos ecce, *Augustinum* audimus ab homuncione obscuro lacessi; idque ab isto præfractè negari, quod ab illo grauiter erat affirmatum: & disputandum adhuc anxiè putemus, vtri duorum æquius simus accessuri? Sed perseuerat *Augustinus f* alia etiamnum complura subijcere, quibus sui temporis lociq́ue vicinitas abundarit. * Nam alibi adolescentē ab obsidione stygia liberum, & ab oculi iam effluentis clade integrum, per SS. *Geruasii Protasiiq́,* preces euasisse: *g* alibi fœminam planè cæcam, vbi flores à *S. Stephani* reliquiis contactos, oculis inermibus admouisset, continuò videre, & abdicatis ductoribus, ambulare currereq́ue

F. *August. 22. ciuit. c. 8. post. med. & seq. ad fin.*

G. *Energumenus liberatus.*

cæpis-

cæpisse. *h* alibi iterum iterumque alios, & præcipuè ad *S. Stephani* monimenta multos, magnis esse miraculis persanatos.

Hæc ego tam cumulata planeque perspicua *Augustini* testimonia, pro miraculis dicta, cũ habeam; cur vnâ continuo voce, & subobscurè dubia, demens perturbarer? Potius erit, vt huic ipsi lucem ab aliis aliquã afferamus. Quapropter *Augustinũ* aio, in volumine quod de *vnitate Ecclesiæ* conscripsit, *a* litem cùm *Petiliano* suscepisse, Donatistâ peruicaci; idque vnum strenuè egisse, vt quo tandem symbolo veram Christi Ecclesiam dignosceremus, explicaret. Ita necesse habuit, vana quædam & inepta hominis argumẽta subuertere, quibus *Petilianus* suas partes fulciebat. Quæ quidem instituerat ille præcipuè bipartita. Alteris, sacras litteras absurdè in eam sententiam contorquebat,

25. EXPLICATUS *Augustinus, in lib. de Gnit. Eccl c. 19. sive 16.*

H. *Caca famina, restituta.*

A. *Aug. de Gnitate Eccl. cuius alia inscriptio est, contra Epistolam Petiliani.*

quasi Cantico *Salomonis b* probaretur, sponsam, id est Ecclesiam, alibi nusquam reperiri quàm in plagâ meridianâ *Africæ*; in quâ solâ tum *Donatistæ* meridiabantur. Ridiculum! Vt si hodieque *Sueci*, aut septemtrionum ignorata portio, glorietur in haræ, nescio cuius, angustiis totam *Christi* Ecclesiam adolescere; eò quod in *Aquilones* spectet locus; & psaltes iam olim cecinerit, *c Mons Sion, latera Aquilonis, ciuitas regis magni:* præsentiens nempe, Lutherum ibi quandoque nidulaturum. Alteris, nitebatur *Donatista* suam Proseucham. per miracula quædam, (sed anilia partim & somniata, partim leuiuscula solùm, & nec naturæ nec stygi difficilia,) vindicare. Cuiusmodi Præco tuus, *Adulphe*, infrà proferet, cum *Luthero* suo vim & θαυματοποιεῖν conabitur asserere; sed malis vindicijs. Nam id in primis mirum ait, nec nisi diuinum videri potuisse: *d* quòd,

B. Cant. 1. *& August. cit. c.* 16. *&* 24. *&* *ubi pascis, &ubi cubas in meridie.*

C. Psalm. 47. *§.* 2.

D. Præco de Miracul. pag. 311. *§.* 1.

quo

quo tempore *Lutherus Erfordæ* ad populum verba faciebat, repente fuerit in tecto fragor, vt si trabs quæpiam concrepuisset, exauditus: & id tamen (hui quantum! superi!) discrimen, innoxium, nullius clade conquierit. Videor mihi montes hîc denuo videre, qui commeatum à *Gregorio* exspectent, vt iussi ambulare loco recedant: aut alicubi *Solem* intueri, qui imperio vocis humanæ consistat rursus, diemque ingenti miraculo extendat; aut aliud, nescio quid, rediuiuum cernere, quod è tumulis sepulchralibus exsiliat; dum insolenti prodigio, & post homines natos, ignoto, trabes audio congemuisse, & nemini tamen capitalem eum crepitum fuisse. Pudor! non puditum esse præconem, cum fatuis his mariscis apparere? Igitur vti nos hoc *Lutheri* miraculum haud dubiè ridemus, neque ad *Ecclesiæ* notas adspirare permittimus: ita sanctus etiam *Augustinus Petiliani miracula* (nam de iis modò, nec de aliis ad rem attinebat agere) contemtim aspernatus, instituit exclama-

re, *e Nondicai* (Petilianus) *verum est, quia illa & illa mirabilia fecit Donatus; aut quia homines ad memorias mortuorum nostrorum orant, & exaudiuntur: aut quia illa & illa ibi contingunt; aut quia ille frater noster, aut illa soror nostra tale visum vigilans vidit, vel tale visum dormiens somniauit. Remoueantur ista vel figmenta mendacium hominum, vel portenta fallacium spirituum.* Præclarè omnia, & ad *Petilianum* perappositè. Nec aliud nos hodie respondeamus, si præco suas denuo trabes, & tecti fragorem gloriosè iactet, *f* suasurumq́; se autumet, *veram Lutheri Ecclesiam esse*; quòd ipso de rostris in Catholicos invehente, trabs concrepuerit: Respondeamus, inquam, præconi, quidquid *Augustinus Petiliano* sapienter respondit: Remoueantur ista deliria nugarum, trabesque suas omittant isti, & certioribus indiciis, veros se veracesque probent. His enim tam friuolis ac futilibus, quibus se ipsi

E. *August. loc. cit. c.* 19. *Antuerp. vel* 16. *Basil.* F. *Præcopag.* 311. §. 4.

blandè,

blandè, sed miserè fallunt, neutrò impellimur: & cum *Augustino* maiora, id est, nostratia flagitamus. Hic exspectatis, opinor, quænam indicia *Augustinus* tam friuola & digna contemtu; quæ item grauiora, fidemque merentia, iudicârit? Equidem vobis vtraque perspicuè, & non grauatè demonstrabo.

CAPVT VII.

Miracula quæ Augustino probata, quæ repudiata.

26. QVO *sensu Miracula Augustinus, ad Ecclesia notas, admittat.*

DISPVTAT *Augustinus* de *Miraculis* loco non vno: nec sensu ubique eodem: sed pro re natâ iam *vera*, sinceraque commendat: iam denuo suspecta *spuriaq;* insectatur. Quod sanè discrimen, (ut pleraque alia,) Præconem, in veterum lectione rudem, mirificè fefellit; trahente animum siue inscitiâ nescientem, siue nequitiâ & odio cupientem. Nam prioris generis modique *Miracula*, eo semper in loco reponit *Augustinus*,

nu, vt ea nusquam inficietur, veræfidei Ecclesiæque certa atque explorata sibi signa videri. Aio, *Nusquam*, & audacter: aut certè si vspiam id eum negasse contendit præco, ducat in rem præsentem, locumque ex *Augustino* proferat, vbi disertè de veris probisque & naturâ maioribus miraculis (quibus de maximè inter nos lis est) negare se *Augustinus* ostendat. Nos interim vbi palam affirmet, dabimus multa. *Nam tenet illum* (quod supra vidimus) *in Ecclesiâ auctoritas miraculorum*; *b* Idem, *condit sese gremio Ecclesiæ, quæ ab Apostolicâ sede per successiones Episcoporum culmen auctoritatis obtinuit: hæreticis circumlatrantibus partim Conciliorum gravitate, partim etiam Miraculorum maiestate, damnatis.* *c* Eodem iudice, *rectè mouentur improbi, & ad saniora consilia traducuntur, per sanctorum vitam &c; perq; digna rebus*

B. *Augustin. cont. epist. fund. c. 4. supra n. 19.*

C. *Aug. de vtilitate credendi. c. 17. supra. n. 19.*

tantis,

tantis, pro temporum opportunitate Miracula. d Quæ certè omnia non aliò possunt, quàm ad vera DEI Miracula, pertinere: Neque ad ea solùm, quibus Ecclesiam primas olim egisse radices didicimus; verùm ad ea quoque omnia, quibus hodieque DEVS, pro *temporum opportunitate* varietateque, Ecclesiam aduersus hæreses, illustrare perseuerat. Cui rei suadendæ, suppetunt rationum momenta, è multis hæc non postrema. Nam primùm quidem, si non nisi illa miracula mouissent *Augustinum*, quibus primis *Christus Apostoliq;* Ecclesiam fundârunt; poterat eo se quidem argumento aduersus Iudæos paganosque tueri *Augustinus*; & legem fidemque *Christianam*, à falsi suspicione vindicare: vt quam diceret, à Christo per tot quondam prodigia fuisse comprobatam: at verò in Donatistas, hæresesque (quas tamen solas tunc impetebat) cassum id fulmen, & futile telum incidisset. Dicerent enim illi, se quoque *Christi* legem doctri-

d. *Idem ib.*

nam.

namque profiteri, quam scirent olim fuisse miraculis inchoatam; nec in eo quicquam *Augustino* concessum velle. Ceterùm in eo se litem contestari, vt cum vtrique se fidem *Christi* complexos esse glorientur; & in fidei tamen quæstionibus, magno opere dissentiant, iam vtri vtris præstent, argumentis disceptetur. Hîc profectò abre *Augustinum* feciſſe diceremus, si magnis ampullis id vnum agere sumsisset, quî ostenderet, Christianæ religionis exordia, magnis fuisse prodigiis à *Christo* confirmata; atque ea propter in suis se potius, quàm *Donati* partibus, morari oportere. Quis enim non videt, *Donatum* æquè potuisse παρῳδεῖν, & totidem continuò verbis *Augustino* occurrere? Certè quidem par ludus apud nos luderetur, si Catholici aduersus *Lutherum* probare conniteremur, εὐαγγέλιον *Christi*, signis olim ac portentis magnificè testatum fuisse: eaque propter, non à *Lutheri* partibus, sed à nobis Ecclesiam stare: Cachinno sibiloque vestri nos exigerent; aut versis signis

eadem

eadem in nos arma inferrent. Quare nec *S. Augustinum* fuisse tam amentem cogitent, vt, quando *Miraculis Ecclesia* retineri se scribit, ne à suis ad *Donati* factionem desciscat, de *Christi* solum aut *Apostolorum Miraculis*; ac non etiam de iis loquatur, quæ verè apud Catholicos, (etiam viuente se ac vidente) patrabantur: cùm in *Donati* secessione, eiusmodi planè nulla tunc, aut non nisi vana quædam spuriaque ederentur. Alterum dein eamdem in rem argumentum est: quòd *Augustinus*, cum quædam sui temporis admiranda commemorasset, *& etiam nunc miracula in Christi nomine, siue per sacramenta eius, siue per orationes vel memorias Sanctorum eius* fieri dixisset; *d* hâc locum illustri coronide insignierit: *Cui, nisi huic fidei attestantur ista miracula, in qua prædicatur Christus? &c. e* Expende paullisper hæc mecum. Etenim si *recentia Miracula*, adhuc pro veteri veraque fide testimonium dicunt;

D. *Aug. 22. ciuit. c. 8. sub. init.*
E. *Aug. ib. c. 9. sub init.*

pro-

profectò idem quoque testimonium pro veteri veraque Ecclesiâ (in quâ solâ vetus veraque fides retinetur) dicere censebuntur. Et idcirco sicut Miracula probiora, symbola quædam sunt & notæ, è quibus dignosci veram Christi fidem *Augustinus* putet oportere; ita necesse est, vt notæ quoque sint, è quibus veram *Christi* Ecclesiam nos liquidò cognoscamus. Quemadmodum & Regis insigne cum litteris appressum videmus, notâ indice tam litteras, quam arcanum litteris inclusum, intelligimus à Rege proficisci.

27 Quo *sensu S. Augustinus Miracula à notis Ecclesiæ excludat.*

Iam verò posterioris formæ *Miracula*, quæ honesti nominis vmbrâ, meras præstigias, aut deliri capitis somnia, aut vera subinde quædam, sed naturæ tamen parentia, prætexebant: ea sanè *Augustino* tanti nunquâ fuêre, vt deferendum illis vel hilum arbitraretur: ne dum, vt eorum auctoritate retineri se in Ecclesiâ vir sapiens profiteretur. Intérea cùm non nesciret, eadem commenta, anilesq; impostoras plurimi apud Donatistas

æstimari, atq; ab ea nota suam ipsos Ecclesiam solere veluti germanam *Christi* sponsam, ostentare: Id ille, pro eo ac debuit, aggressus est refellere; magnisque rationibus omne ipsorum fundamentum exscindere. Atque hinc illud eius imperium, quo facessere stolidos, & obmutescere iussit; ne irritis clamoribus suum illud sollenne pergerent molesti occentare, *illa & illa mirabilia fecit Donatus; aut ille frater, aut illa soror, tale visum somniauit, &c. Remoueantur ista.* Quare enim remoueantur, *Augustine?* an quia Miracula? & ideò ad Ecclesiam fidemq; demonstrandam tibi inepta? Minimè gentium, inquit; sed, *remoueantur*; quia *vel figmenta mendacium hominum, vel portenta fallacium spirituum*; & quia non *Miracula* nisi ὁμώνυμα, & adulterina. Igitur tu, si vera tibi Miracula, & Naturæ viribus altiora, atque ad verum contestandũ effecta, illi memorarent, censeres admittenda? Censerem, inquit. Nam illis me talibus *Miraculis, in Ecclesiâ, & in Ecclesiæ gremio retineri* iam ante pro-

professus hodieque perseuero. Et inspicite aliquis libros, quibus moriturus omnia recognoui, an huius me confessionis vlla, quæ adduceret ad παλινῳδίαν, ceperit pœnitudo? Vestigate paginas omnes litterasque; nullam reperietis. Intelligis iam, *Adulphe*, quid tuus hîc iterum præco nugetur; *a* cum eruditam, *Bellarmini* responsionem intelligere vel imperitus non potuit, vel malitiosus noluit. Indicârat enim *Augustinus*, Donatistas iactare *Miracula*, nõ omnia vnius formæ; sed quædam eos à vigilantium, quædam à somniantium spectris mutuari, quædam mendaciis effingere; & quædam fortassis etiam verè facta commemorare, sed leuiuscula solùm, & adminiculante Naturâ per stygios artifices procurata. Nam etiam hæc (quâ quidem à puris putis præstigiis differunt) VERA nominanamus. Cum exempli caussa, morbus reipsa depellitur; nec solo oculorum ludibrio, depulsus exhibetur. Expli-

A. *Præco de Mirac. pag. 79. in fin. & pag. 80. princip.*

cat

catmentem *Augustini Bellarminus*; *b* atque horum ait nulla Ecclesiæ notis esse accensenda: Cuius hanc rationem reddit; quod ea neque germana *Miracula*, neque omnino talia fuerint, qualibus vel *Augustini* ævo vel nostro Ecclesia luxerit. Inde velut ostensurus; quibus igitur in rebus, ea discreparint, vnam è pluribus hanc expromit: quod nocturnæ solum *visiones* illis illuserint, fidem nuspiam inuenturæ: Has enim *Augustinum* in primis exprobrasse. Ceteras tametsi tacet, non negat *Bellarminus*; quin v]rro dabit, fuisse plures. Quamquã in eo tamen capite congruisse omnes quod nihil *veri sinceriq; Miraculi* continerent. Nempè hoc sibi vnum intelligebat, ad summã rem satis esse; si ostenderetur quàm inaniter Donatistæ, de suis sibi miraculis, vndecumque tandem & quacunque veri specie fallentibus, blandirentur. 28

Atque hîc, ecce, mendacii accusat *Bellarminum* impudens iste, dum parcius modos ille non omnes perse-

INSCIÈ reprehendit *Bellarminum* præco.

B. *Bell. 4 lib. de not. Eccl. c. 14. ad 2.*

quitur

quitur, quibus hæc illorum miracula fefellerunt! Præ quàm seuerè, mi censor. Neque enim in tuâ confestim tribu suffragium meretur, si quis de magna multitudine, vnum quidpiam exempli gratia maluerit proferre, quàm ad amussim sexcenta minutius enarrare: cùm necesse sæpe non sit, à summo ad imum omnia recensere: Datur quandoque venia, aliquid omittenti: quam & mihi daturos mortales crederem; si quà caussas ostensurum me professus, cur hominis monstrum, *Lutherus*, æternis supplicijs meritissimò cruciaretur; sacrilegas eius innuptasque nuptias & adulteratæ *Vestalis* probra, & abdicatæ religionis periuria, & linguæ scurrilis conuitia, & rusticorum in dominos arma, & quicquid aliud infame vel *Conradus Andreæ*, *a* vel *Pistorius Nidanus* *b* ex Lutheri monimentis

A. *Conrad. Andreæ, In suis opusculis de Luthero πολυωνύμῳ: præsertim de pacifico Luthero.*

B. *Ioan. Pistorius in Anatom. Luth. part. 1. & 2. & Florim. de orig. hæres.*

excer-

excerptum, in vnum sterquilinii fimetum congessere, silentio præterirem: breuique solùm compendio, *Lutherum* hæresiarcham cælitum hominumq; contemtorẽ, & tam diuini quàm humani iuris violatorem, commeruisse, dicerem, vt in *Baianas* hasce, cellamque *Laconicam*, impetu præceps daretur. Quis enim à me sanus exigeret, vt omnem impurissimæ pecudis ephemeridem, vnus recensérem? Itaque ne dissimulem, præco, nimis tu minutè inquiris, qui in hoc tali silentio mendacium venaris. Nos tecum humanius agimus, quum tua ne decumana quidem omnia excipimus; iis contenti solis, quæ nimis liberè temereque in venabulum, non sanè quæsita, incurrunt. Quamquam & horum tam abunde est, vt apud te nunquam destituamur aprugnâ: Quâ ipsa in re, agnoscis puto, quàm nos Catholici, nullo ne odio quidem præcipites, ad maledicta, mendaciaq; feramur; qui etiam dedecora vestra tam parcè modestéque memoramus.

CAPVT VIII.

Primum Præconis Effugium ab Augustino, interceptum.

29. PROVOcatur *ad librum præconis &c.*

ÆQVIORI visus est hæc animo tuliſſe, *Adulphus*, quàm laturum esse ego *Iulianumq́* putáramus. Quare si (quod apparebat) satis sibi factum in *Augustino* diceret; reſtabat, ut alteram velitationem appararet, quâ Præconi nouam operam, in damnandis Miraculis, gratificaretur. Quod ille tamen ne faceret, cauſſatus est, rem adhuc vnam intercedere; quæ prius amolienda foret, quàm altero congreſſu ad manus veniretur. Nos auidè præstolati, quam illam eſſet rem adducturus; ſenſimus eum haud obſcurè, ad volumen alludere, quod oppidò magnum, & maioribus conuitiis ſpurcitiisque offertum, præco εἰς τὸν τιμίαν euomuit; in eoque mirificè se torsit, quî petitionem *Augustini* exiret; nam iugulum ibi præbendum sentiebat, nî fallaciam feciſſet. *Adulphus*, Tetigistis rem, inquit,

acu,

acu; Etenim eo volumine, *a* nihil horum ait se reliquisse, quod non liquido infirmarit; Et *Augustinum* quidem omnem, (quem tibi tu assertum credebas) in suas partes ita non ambiguè traduxisse, vt nullam eius laciniam putet esse Catholicis iam relictam. Ego, non me fugiebat hæc hominis ostentatio; ideone terreri tu ius fasque his ampullis existimes, faxo mox, inquam, intelligas, in Æoliis follibus plus inesse tumoris, & venti, quam solidi veri. Quare in compendiũ nucis, omnem illius voluminis (quà quidem huc spectat) farraginem includam. Cuius pars, ad libros *Augustini*, quos de *Ciuitate Dei* lucubratos edidit, aut potius ad libri postremi caput octauum spectabit: Pars cetera, debebitur libris aliis ferè duobus, quos idem cùm de *vtilitate credendi*, tum de *vnitate Ecclesiæ* commentus est. Singillatim de vtrisque dicturus; id prius in commune admirabor; quâ tam ferreâ fronte

a Antikell. apol. articuli 15. c. 2. p. 1. pag. 185. & seqq.

homo veterator, mentionem horum præsertim librorum fecerit; ad quorum etiam nomen exanimari, omnes Romanæ Ecclesiæ hostes, continuò deberent! Nam vt demus, eum aliquo inde nidore afflari potuisse, miraculis infesto, (quod ne ipsum quidem daturi sumus) tamen indidem, quàm apertis multisque indiciis caput hæreseos suæ ab *Augustino* conuinci damnarique, nî cæcutiret ad verum, deprehendisset?

30. ECCLESIAM *esse visibilem tradit Augustinum.*

Exemplis agamus. Scitum scholæ Islebicæ est; *Multis annorum centuriis Ecclesiam Christi*, (quid nisi regiam eius in terris sedem?) ἀόρατον atq; *inaspectabilem delituisse: aut loci vnius angustiis, velut antro Trophonii inclusam, suâ sibi paucitate contemtui fuisse; nihil q; καθολικὸν retinuisse.* Quid inter hæc *Augustinus?* Eo toto volumine, *b* (in quo isti an-

A. *Vide Turrian. 1. 2. d. 14. dub. 2. Bell. 3. Eccl. c. 11. Suar. de fide disp. 9. S. 8. Malder. tract. de Eccles. disp. 3. Valent. Sand. alios.*

B. *Aug. de Gest. Eccl.*

daba-

dabatæ næuum se vidisse miraculorum arbitrantur) negant Ecclesiam esse *c Opertam*: *Non est*, inquit, *ista operta, quia non est sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo sunt: & de illa dictum est, Non potest ciuitas abscondi super montem constituta. Sed Donatistis* (Lutheranis) *velut operta est; qui audiunt tam lucida & manifesta testimonia, quæ illam toto orbe demonstrant, & malunt clausis oculis offendere in montem quàm in eum ascendere.* Atque iterum, *d Ipsa est ergo, quæ non in aliqua parte terrarum* (Saxoniæ, Germaniæ) *sed vbique notissima est, &c.* Legere potuit hæc aliaque præco similia, eodem in loco, in quo quisquilias & furfures conquirebat, ad labem miraculis adspergendam. Sed nempe expediit atque hoc agere, atque illud omittere: par studium in *Hybla* violario scrofis est; quæ fastiditis florum areolis, non illicem thymi fragrantiam eruere, neque casiæ felicis odores suêrunt æstimare; contentæ rostri proboscide veruactum

C. *lib. cap. 16.*

ctum moliri, vbi suum sibi pastillum, dapesque reperiant, quibus subrumi triginta colluuiares saginentur.

31. INCRVentum *sacrificiū testatur Augustinus.*

Aliud rursus apud Islebiæ colonos pronuntiatum est; *e In Ecclesiâ Christi, nullum propriè esse Sacrificium oportere; sed postremum, idq; cruentum in cruce litatum fuisse: & porro sacrificare, aratq; sacris patrandis ponere, Christi iniuriam esse.* Quid ad hæc *Augustinus*? Nempe eo ipso & libro & loco; *f* (quem ad insectandos honores cælitum, sibi exscripsit præco *g*) cum pernegasset Martyres in Ecclesiâ Deos haberi, *nos*, inquit, *martyribus nostris non templa sicut Diis, sed memorias sicut hominibus fabricamus: nec ibi erigimus altaria, in quibus sacrificemus martyribus, sed uni Deo sacrificium immolamus, ad quod sacrificium, sicut homines Dei, sue*

E. *Lutherus lib. de abrog. miss. Vide Herbrand. & Kemnit. apud Greg. Val. tom. 4. d. 6 q. 11. p. 1. §. 1. & 2. Vbi pag. 1313, expressè Lutherus, Asseruisse sacrificium, inquit, est negare testamentum.*

F. *Aug. 22. ciuit c. 10.*

G. *Præco in Antikell. pag. 192. col. 2.*

loco

loco & ordine nominantur: non tamen à sacerdote qui sacrificat, invocantur. DEO quippe, non ipsis sacrificat, quamuis in memoria sacrificet eorum. Ipsum vero sacrificium, CORPVS EST CHRISTI. Et paullo suprà, *h* suum ait presbyterum, ad Hesperii fundum, perrexisse, & *obtulisse ibi sacrificium corporis Christi.* Legit, inquam, hæc verba, & adeò exscripsit buccinator. Quid indidem verò collegerit, quæso, per quicquid possum, auscultate. *Ex his efficitur*, inquit, *per id tempus in Memoriis Sanctos nondum solitos esse invocari.* *i* Sapienter! ita rursum omnes te rupes alpesque tuæ prædicent, præco. Efficiebatur nimirum id, quod vnum placuerat. Id autem, quod iam tum ac dudum antè, sacerdotes in Ecclesia *Deo sacrificarint*, & *Corpus Christi*, velut incruentum aræ sacrificium verè immolârint; & in eo identidem sanctos honorificè nominarint: id, inquam, non efficiebatur;

H. *Aug. 22. ciuit. c. 8.*

I. *Præco in Antikell. pag. eâdem paullo ante fin.*

quia minus id nimirum homini Alpino placebat. Et expendite tamen verba: mentiar, nî perſpicuè ab Euchariſtico ſacrificio ſtant omnia, cùm eadem aduerſus cælites, cælitumque opem implorandam, nî vim afferatis, nil penitus moliantur.

32 SANCTOS rectè inuocari, docuit Auguſtinus,

ETENIM quòd eos hîc dixit ab operante Sacerdote *non inuocari*, tantundem eſt ac ſi dixiſſet; *Sacrificium ad eos implorandos nequaquam inſtituitur: neq; cælites â Sacerdote, quâ quidẽ operans eſt, inuocari.* Hoc namque pacto ſi inuocarentur, ijs planè litare Sacerdos, honoreſq; diuinos habere diceretur. Quod nefas eſſe, Catholici prius omnes conſenſerunt, quàm hîc Alpium colonus tertiare verbulum poſſet. Quare quàm apertè repudiauit hanc talem implorationem *Auguſtinus*, Deoq; ſeruatam vni voluit; tam non occultè libereque eam approbauit, qua nos hodieque noſtros cælites, non inter DEOS; ſed inter DEI principes amicos venerati, quotidie inuocamus. Nec refugio, quin arbiter in hanc rem capiatur ipſemet

sémet *Augustinus*: qui nisi hoc implorationis discrimen agnosceret; quorsum, oro vos, etiam in sacris, Sanctos legitimè *nominari* affirmasset? *k* Et quorsum is idem, *Florentij* cuiusdam religionem dilaudasset; qui veste amissa, cùm, vnde sibi coëmeret, nihil adesset, *ad viginti Martyres, clarâ voce, vt vestiretur, orauit*? *l* Isque postquàm, pingens Miraculum, voti dãnatus est, illud cum applausu gratulantium audiuit, *ecce quomodo viginti Martyres te vestierunt*? *m* Hunc igitur, imploratis Martyribus, si *religiosum* Augustinus, dicere, quàm *Superstitiosum* credere maluit, dubium potest adhuc videri, quin cælitum *imprecationem*, quam Catholici solam vsurpamus, æquo sit animo cõplexus? Hæc tamen hactenus. Nam quod ad rem propius attinet; tribus video quatuorúe coniecturis Præconem occurrere, quibus fidem vimq; testimonij, quod pro nobis *Augustinus* dixit, conetur eleuare.

K. Aug. 22. *ciuit. c.* 10.
L. M. Aug. ibid. cap. 8.

33 IVDICIVM de Lud. Viue super cap 8. libri 22. ciuit.

PRINCIPIO quidem *Ludouicus* illi *Viues* telum opportunè, sed imbelle, suggerit: quem audit, quædam ex *Augustini* verbis ceu spuria atq; adulterina abdicare: *a tahoc capite* inquit, *non dubium, quin multa sint addita*: in capite nimirum octauo postremi voluminis, quod *Augustinus* de Ciuitate DEI lucubrauit. Itáne, *Ludouice*, tu multa? Cedò, quæ illa? *multa*, inquit: sed quæ illa, & cuiusmodi sint, nondum liquet: satis est, *addita quædam* fuisse, non pauca. Quid iam inde, tu Præco? aut cui bono hanc huius censuram adducis? Magno cum meo, & luculento, inquit, bono. Nam si interpolata sunt ibi multa, vacillat iam caput; & legentem incertâ fide suspendit, vt quàcumque incedat, in lubrico semper formidet. Iam intelligo, quàm prona sit ad quoduis absurdum, hæc indoles; & quàm ad verum sanctumque omne præfractè sit peruicax! Annis circiter mille ducentis agnouit partum hunc suum, tolli-

A. *Lud. Viues. super cap. 8. lib. 22. ciuit. Antikest. pag. 190. col. 2.*

que

que vt suum iussit *Augustinus*; & iam inde nemo fuit vnus, tam temere audax, qui probrum libro labemque aspergeret, & caput illud octauum patre incerto, vel certè pellice matre natum potius, quàm *Augustini* partum dictitaret. Hic tamen torosus buccinator, vt in communem omnium sententiam discedat, hoc orbis auctoriseque consensu adduci non potest. Prosilijt è terræ filijs nuper, homo nouus, & *Erasmi* (tum solâ doctorum paucitate magni) immodicus admirator; qui excusâ *Prisciani* ferulâ, candidatus cæpit prehensare, & præturam in Theologos ambire, quibus ius diceret, quod nullum ipse didicisset. Is, inquam, homo vnicè vnus, post amplius millesimum annũ, quàm *caput octauum* in possessionem venerat, ausus demum est diem illi dicere; & loco patrimonioq; exturbare. Et ecce, aduolat confestim ex Alpibus ὥπως ὁ κήρυξ, ὥστε κόραξ πρὸς τὸ δέλεαρ * assensuque non orato, applaudit: irrepsisse omnino, malis auspicijs, in familiã, hunc fœtum; & in eo

* *Hic praeco, & eorum ad esca.*

vernile ingenium, nihilque ingenui coloris, nec auo *Patritio* apparere dignum: atque eam ob rem exilio nō dubiè multandum. Præceps hominis assensus: quis neget? Etsi ferri tamen is posset, si iudicio magis, quàm odio niteretur. Nunc ipse *Ludouicus*, nullo rationis momento, sententiam à se latam stabiliuit; & verbo tamen eodē, quo *Augustinum* damnauit, Præconi temerario, omnia persuasit. Saltem id honoris *Augustino* habuisset alterpter, vt vnum ab annis mille vel testem ederent, qui de fide capitis illius subdubitasset: vel veterem certè libellum, tametsi nec lectum olim, nec visum, nominarent; in cuius membranis, illa non eadem omnia, quæ nunc isti abdicant, fuissent ad vnguē reperta. Offenderent lacunas alicubi aut hiantes & lituris informes margines: cùm hodie in profanis etiam scriptoribus, nemo sibi sumat, aut vocem expungere, aut Vlyssen audax in *VLTXEN* mutare, nisi rosos à blattis codices, aut archetypas à trecentis annis membranas, excusandæ

audaciæ prætexat. Tanta, in re nihili, est religio: at isti, non alio argumento, quàm quòd oderint è libris sanctissimis quiduis aboleri grandi supercilio iubent. Ita iam nuper exesse totos è Biblijs libros iusserunt; *a* & nempe *Sapientiam*, *Machabæos*, *Tobiam*, *Iudithum*, *Iacobi* epistolam, inter ærarios relatam, aut capite censam, pæne ad *Aricinum* Pontem ablegarunt; quòd vel piacularibus *sacris* vim ad manes lustrandos, vel *meritis* plusculum tribuissent, quàm ferre fastidientes auriculæ possent. Par ingenium *Ario*, par *Nestorio*, par aliarum hæreseon primipilis fuisset, superi boni! quid de litteris sacris superstes hodie, ac non reiculum videremus? Alius de filio legisset, *Ego & Pater vnum sumus*: clamassetq; malam in rem istud! Cui dubium est, improbam manum Euangelio vim fecisse, atque hanc laciniæ centonem, vesti pulcherrimæ adsuisse? *b* Alius, vbi Virginem θεοτόκον, veramq; DEI

A. *Vide Catalogum apocryphorum, apud Dietrich. pag. 14. edit. Gieff. anno 1623.*

matrem in Symbolo reperisset; vitiatum à vipera locum, aut appendice molestà deformatum, clamitaret: c Tollendum igitur è symbolo mendum, & suum antiquitati locum restituendum. Nonnemo tenebrio *Paullum* audisset exclamantem, *si fidem habuero, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest*: & confestim, deieratsset, glossema manifestum irrepsisse; neque *Paulli* hanc vocem aut mētem, sed ineptum poparum clamorē esse: *Paullum* aliter consuêsse, *solamq́, Fidem*, & *Fidem* identidem *alysq, operibus* in Ore habuisse. d Igitur *Fidem* loco deiectam, postliminium postulare, vt expuncto *charitatis* glossemate, *Sola* regnum in Biblijs sine col-

B. *De Ario vide Baron. an.* 315. *n.* 19. *Gaulter. Chronol. ann.* 300. *collat. error. cap.* 3.

C. *De Nestorio vide Socrat. lib.* 7. *c.* 32. *Vincent. Lirinens. Nicol. Sander. haresi* 109

D. *De hac Lutheri sola fide. vide Castr. & Spes & & Fiducia & c. Iacob. Gaulr. Tabul. seculi* 16. *cap.* 1.

lega

legaſſeruet. Hæc horum homuncionum libido, ſi hinc certatim euadat, vt quicquid in Patrum commentarijs ſibi moleſtum repererint, id è veſtigio ſpurium vociferari; ſuamque & *Dionyſio* ἱεραρχίαν, *e* & Clementi διάταξιν, *f* & Auguſtino ciuitatem; & alijs alia vel adimere prorſus, vel diminuere tam licenter pergant: videtis profectò, quas habituri propediem bibliothecas ſimus, quæque & hiſtoricis ſtatura ſit fides, & ſacris voluminibus maieſtas? Ad *Ludouicum*, hunc porro quod attinet, (cuius vni? futili commento hic Alpium colonus, omnem antiquitatis auctoritatē poſthabuit) nolo vos aliud exiſtimare, quàm hominem certè aliquem fuiſſe, qui, naſcente *Luthero*, & Germaniā aduerſus Eccleſiam belligerāte, ſi non abreptus eodem turbine,

E. *De Dionyſii libris vide Delrij vindicias Areopagiticas, & Bellarm. lib. 2. de Monach. c. 5. Baron. an.* 109. *n.* 61.

F. *De libris Clementis vide Franciſc. Turrian. contra Centuriatores Magdeb. Et apud Baron. ann.* 102. *n.* 5.

certè

certè autem fuerit afflatus; præsertim anteà quàm planè constaret, quò eruptura se *Lutheri* tempestas esset. Adhæc, ingenio fretum, (quod *Erasmum* in paucis ynum eminere tum videbat,) aliquid audendum & sibi putasse, quo supra Grammaticos attolleretur. Ac mox, sacras etiam res, sed χερσὶν ἀνίπτοις,* contrectare; eaque (calamo certè sequiore, si non animo) lucubrare cæpisse, quæ ferulâ censoris mox indigerent. Quapropter factum, vt quædam eius vel arroganter vel temere, vel periculosè scripta, iam pridem edicto publico damnata proscriberentur. *g* In quibus ista sunt ipsa, quibus caput hoc octauum, imprudenti limâ eradendum temerarius putauit. Quod ille decretum, si superstes iam legeret, dignam vtique spongia censurâ hanc suam, ne ipse quidem negaret: cùm Ecclesiæ, sua se omnia, quæ tum in *Augustinum* edebantur, subdita

**Illotis manibus*

g. Vide Possevinum, in Aur. August. de ciuit. Dei. Et indicem lib prohib. litter. L.

per-

permissaque velle, est testatus. *h* Quæ nota mihi non vana est, ad hæresin. Illebiensem tum eum nondum desciuisse: alioquin iam tum ex *Lutheri* scito, *mille Augustinos & Ecclesias mille cum Ambrosijs Hieronymisq; totidem*, facessere impudenter iussisset.

H. Lud. Viues. in fine præfat. ad comment. librorum de ciuit. Si Christo, inquit, *eiusq; castissimæ & integerrimæ sponsæ Ecclesiæ approbentur.*

CAPVT IX.

Effugium Præconi alterum alterũq; in Augustino quæsitum.

ALterum Præconis asylum est, quò suis ille sperat calumnijs receptum esse. Ait enim, *Augustinum* fateri quidem, suis quoq; temporibus quædam Ecclesiæ Miracula exstitisse, sed quædam solùm; *eaq; lõge & numero, & auctoritate primis illis* ac μεγάλοις σημείοις * *imparia, a* Rem

Et Magnis Miraculis.

A. Præco in Antikell. pag. 187, col. 2. & pag. 193. col. 1.

mihi

mihi magnam præstabis, rabula, si vel hic aliquando monstraueris, in citandis testibus te nondum decoxisse. Nam si rectè te teneo, duas ais *Augustinum* res, in suis Miraculis desiderasse. Alteram, quôd *numero*; *b* alteram, quod *auctoritate*, *c* cum antiquis probisque contendi nequaquam mererentur. Ain' autem tu *numero*? (nam de auctoritate pòst videbimus) ede, sodes, locum *Augustini*, & vti negantem euincas, exscribe, nî pigitum est, verba, quibus ille questus sit adeò pauca sui temporis exstare Miracula, vt priscis comparata, *numero longissimè* superentur. Certè enim ALIBI *d* inquis, *Augustinus* meminit. Quid? denuo tuum tu nobis *Alibi*? quærimus nos, *vbi* memineris? Tu *alicubi*, inquis. Nempe, in capitis tui vertigine; vbi vel per somnij nebulam, vel per cerebri temulentiam tibi visus is est *alicubi* meminisse. Et sciebas, mi homo, longum iter lecto-

B. *Præco in Antikell. p.* 187. *col.* 2. §. 35.
C. *Ibid. & pag.* 193. *col.* 1.
D. *Idem ibid. p.* 187. *col.* 2. §. 35.

ribus

ribus fore, dum illud *alicubi* in *Augustino* reperirent. Breuiori tramite per *Persium* decurritur, si quid is *alicubi* dicatur tradidisse: sed *Augustinus*, nisi locum accuratè signes, oceanus est; ad quem enauigandum, non mense, sed ætate sit opus. Quare vel omitte tuum hoc *alicubi*, vel patere non iratus, vt eius vicem nos *nusquã* reponamus; teque labente calamo, τὸ *alicubi*, ἀντὶ τοῦ * *nusquam*, scripsisse cogitemus: errore periculoso quidẽ, sed per tibi familiari. Quâ eâdem loquendi formâ nos haud facilè abutemur, vt *alicubi* te deprehensum in *Cretensi* labyrintho, aut *alicubi* in linguæ circo *myrteam coronam*, pro palmâ, tulisse confiteamur. Cur autem de Miraculorum *numero* credam ego nusquam *Augustinum* sic sensisse, caussæ mihi sunt haud nullæ. Nam enumeret præco, si potest, ea mihi prodigia omnia, quæ cùm à *Christo*, tum ab *Apostolis* edita esse litteræ diuinæ testantur. Erunt ea numero quidem minimè pauca; sed erunt ea tamen (audactor dicam) fortasse haud

* *Pro*

multo

multo plura, iis etiam solis, quæ in *Africâ*, non magnâ prouincia, contigisse memorat *Augustinus* e. Is enim, quod supra retulimus, cùm viginti circiter ingentia miracula, sui temporis, prolixè recensuisset; compendio deinde cetera prosecutus; *Si miracula*, inquit, *sanitatum, vt alia taceam, ea tantummodo velim scribere, quæ per hunc Martyrem, glorioſiſſimum Stephanum, facta sunt in Colonia Calamensi, & in nostra, plurimi conficiendi sunt libri: nec tamen omnia colligi poterunt, sed tantùm de quibus libelli dati sunt, qui recitarentur in populis. Nam quæ, fieri voluimus cum videremus antiquis similia diuinarum signa virtutum, etiam nostris temporibus frequentari*: Arrige aures Pamphile) *& ea non debere multorum notitiæ deperire. Nondum est autem biennium, ex quo apud Hipponem regium cæpit esse ista memoria, & multis, quod nobis certiſſimum est, non datis libellis, de iis quæ mirabiliter facta sunt, illi ipsi qui dati sunt ad septuaginta numerum per-*

e. *Auguſt. 22, ciuit. c. 8.*

uene-

uenerant, quando ista conscripsi. Calamæ verò, vbi & ipsa memoria esse cæpit, & crebrius dantur, incredibili multitudine superant. Hæc quisquis apud *Augustinum* leget, & subductis calculis ista vel sola cum descriptis Apostolorum prodigiis comparabit: quo, quæso, indicio mouebitur, vt credat *Augustinum* hanc recentiũ miraculorum paucitatem, præ ueterum illorum copiis, despexisse? Euoluãtur omnes & Euangeliorum & τῶν πεάξεων historiæ, & quidquid vsquam de Apostolis mandatum memoriæ fuit; eorum Miracula, (quæ quidem diserte explicateque descripta sint; nam occulta nihil nos cõparamus.) non eruentur: Atquî apud *Augustinum* solo ecce biennio, amplius septuaginta *Hippone*, & alia *Calamæ incredibili multitudine* perpetrata recensentur. Et audite nihilo secius tamen, quid de seipse conqueratur *Augustinus*; *procul dubio*, inquit, *plerique nostrorum, cum hæc legent, dolebunt me tam multa prætermisisse, quæ vtiq; meum sciunt.* f

f. *Augustin. loco cit.*

His

35. QVO *sensu Augustinus dicat, Miracula sui tẽporis, auctoritate non fuisse priscis paria.*

HIS à me cursim disputatis; interpellauit orationem indignatio *Adulphi*; quâ cùm præconis librum humi grauiter afflixisset, propè fuit, vt fidem homini tam lubrico posthac habiturum se negaret, à quo deceptus iam toties fuisset. Quamquam enim in *Augustino*, inquit, mea fides non nititur; debebat tamen illi meus præco nihil alienum affingere; Sed vel ad eius verba nunquam prouocare, vel facta prouocatione, verbis certè vim nullam afferre. Nunc ille, quod video, neutro abstinuit. Ceterùm hæc missa tantisper iam facio. Tu nos ad alterum caput abduce; quo *Augustinum* ille dixit, nõ eamdem nouis priscisque miraculis auctoritatem tribuisse. Nos enim si vnâ in hac lite vicerimus, factam *Numeri* iacturam mitius feremus. Quia si *nouis* prodigiis censuit *Augustinus*, nec grauitatem, nec fidem, nec certitudinẽ esse tantam, quanta fuerit *antiquis*, iam vestræ vos Ecclesiæ non magnum momentum adiicietis; etiamsi dederimus,

rimus, copiam ei quamdam ab Augustino, rerum mirabilium concessam esse. Rerum, inquam, mirabilium quidem, sed incertarum tamen, & suam obscuritatem humilitatemque erubescentium. Quare necessum erit, ut verba iam ipsa comparemus, siue quæ meus se præco de *Augustino* exscripsisse, siue quæ ipse exarasse se *Augustinus*, confiteatur. Ego, præclarè, inquam, hæc postulas, *Adulphe*. Nam ubi fides in referendis testibus semel οἰχεῖαι, * secundùm aut tertiũ ne fidito. Sed accipe tu *Augustinum*, vt eum præco exscripsit. *a Non tanta ea* (id est, noua Miracula) *commẽdat auctoritas, vt sine dubitatione vel difficultate credantur, quamuis Christianis fidelibus, à fidelibus indicentur.* Nihil hîc de suo tuus alleuit: quod meritò tibi tu gratuleris. Quid igitur his effici iam dicemus? Nempe, hæc *Augustini*, (qualiacumque tandem) Miracula, non tam miracula, quàm incerta quædam, ac fucata ludibria fuisse?

*Fefellit.

a *Praco in Antikell. fol.* 193. *col.* 1. *ex* 22. *Ciuit. c.* 8.

Cupe-

Cuperet hoc sanè buccinator, & horsum violentus verba contorqueret; *b* si trunci nos omnes, *Pythagoram* reuiuiscere tam patienter sineremus. Sed obstat, & interpretem retundit, per se Augustinus ipse, melior sui interpres. Qui, vt si futurum hoc huius impudens χόλιον præuidisset, rationem, cur nouorum minor esset auctoritas, hanc adiecit; Quia *non eâdem*, inquit, *claritate illustrantur, vt tanta, quanta illa gloria diffamentur. Canon quippe sacrarum litterarum, quem diffamatum esse oportebat, illa (sc. prisca) facit vbiq; recitari, & memoriæ cunctorum inhærere populorum: hæc autem (sc. noua) vbicumq; fiunt &c.* *c* Quæ verba quis tam improbè malus eò trahet; vt *Nouorum* ibi *Miraculorum* incertam dubiamque fidem putet indicari? cum ea præsertim Augustinus iam *signa diuinarum*

B. *Ita enim loco cit. in margine interpretatur præco*, haben kein solch Credit gehabt.

C. *August. cit.*

virtu-

virtutum, antiquis similia: d iam *eiusdem testimonia fidei e* perhonorificè appellet? Nec deinde *minoris* ea dicuntur *auctoritatis*, quòd minus, quàm vetera, *naturæ* vim omnem *artisq;* sollertiam exceſſerint. Quid enim legimus Apoſtolos, magnũ aut mirificum vſpiã feciſſe, cuius ſimilia multa *Hippone* non viderit *Auguſtinus*? Ægritudines ij crebras & febres, & paralyſes curarunt? Eadem omnia vidit *Auguſtinus*. Vidit ab oculis cæcitates, à mamillis cancros, ab ægris podagras, ab alijs aliam luem diffugere: quibus rebus quid legimus prodigioſius antiquos effeciſſe? Mortuos, inquies illi ab inferis exiſtere, & poſtliminio viuere iuſſerunt. Tanquam verò non etiam iſtud ſuis ſe vidiſſe temporibus ſcribat *Auguſtinus*? Quid enim *Euchario* factum, quid *Auduro*; quid deinde *Eleuſini*, & *Irenæi*, & *Baſsi* liberis? *f* quos certè omnes miſerè exſtinctos, teſtatur idem, recentibus miraculis reuixiſſe. Qua-

D. *Auguſt. eod. cap.* 8.
E. *Aug. ib. cap.* 9. *initio.*
F. *Aug. cit. c.* 8. *ante finem.*

propter ipsorum magnitudini istud deesse non potuit, vt pari auctoritate idcirco destituta dicerentur. Quid aliud ergo defuisse nos dicemus? Dicam aliquid omnino defuisse: sumamque id non ex præconis somnio, sed ab ipso *Augustini* calamo. Defuit par vtrisque *fama*. Vetera enim, quia dudum descripta, per orbem legebantur, ab omnibus apprimè sciebantur. Recentia, quippe nondum aut litteris tradita, aut parcius certè diuulgata, adhuc famæ auctoritate destituebantur: eamque ob rem; non simul ac alibi familiariter nuntiata fuerant, tanto assensu audiebantur, quanto si vetera nuntiarentur. Idque iure quidem. Temere enim faciat, qui rerum magnarum rumusculos, ni prius explorati sint, præauido assensu complectatur. Et hanc ego verborum mentem si malè conijcio, adeste quotquot estis, æqui bonique omnes, & multam dicite: Neminem recuso, dum *Augustini* tamen verba, *g* pen. ficultatè comparetis.

G. *Augustini verba, supra exscripta, littera C.*

Ter-

TERTIVM est commentum, in quo præconis audacia, res spesque suas sitas arbitratur. Nam demus, inquit, excidisse quædam pro miraculis inconsultius *Augustino*, idque potissimum: quòd *Eucharius opitulatione Martyris Stephani reuixerit*; *a* quòdque alia oppidò *multa sanitatum miracula per eum Martyrem efficiantur*: *b* Ea tamen liquet *Augustinum*, ex animi sui sententia nequaquam, sed EX POPVLI OPINIONE *c* scripsisse. Hîc ego mihi si imperem, *Augustinus* pro se ipse magnis clamoribus, vestram, Lectores, opem fidemque implorabit; vt vim præconis nefariam defendatis. Quid enim ais audacissime? *Ex populi tu opinione* hæc *Augustinũ*? Quem huius coniecturæ sequeris ducem? quem adducis testem? quam affers rationem? Negat *Augustinus* sibi vocem, syllabam, litteram, vsquam excidisse, è quâ infamiam eueres glossematis tui. Prouocat ad libri

36 AN DVBITARIT *Augustinus de fide Miraculorum à se perscriptorum.*

a A.B. *August.* 22. *ciuit. c.* 8. *sub finem.*
C. *Praco in Antikell. pag.* 193 *col.* 2. *sub. fin.*

pendes, qui capitis octaui*d* verba omnia probè admetiantur; cessurum se calumniæ tuæ profitetur, si apicem repererint vnum, qui scholio tam absurdè falso suffragetur. Atque ecce tibi verba! *Eucharius presbyter ex Hispania, Calamæ habitans. veteri morbo calculi laborabat; per memoriam supradicti Martyris* (Stephani) *quam Possidius illò aduexit Episcopus, saluus factus est. Idem ipse postea, morbo alio preualescente, mortuus sic iacebat, vt ei iam pollices ligarentur: opitulatione memorati martyris, cum de memoria eius reportata fuisset & superiacentis corpus missa ipsius presbyteri tunica, suscitatus est.* Quæ hîc potest quemquam aut vox, aut littera in suspicionem trahere, vt *Augustinum* ista, non ex suo, sed populi sensu, locutum arbitremur? Et est eâ tamen impudentiâ præco, vt hæc effutire, per libidinem non erubescat. Quæ quidem tametsi vno in loco solùm *Augustinus* testata reliquisset,

D.E. *Aug. ciuit. c. 8. vbi de Encharis: & alijs scripsit.*

tamen

tamen animo non peruicaci sufficere vel sola poterant: at ille non contentus; eadem planius sæpiusque deinde repetijt, ne cui dubitationi locus esset. Loquitur enim ex suâ certè sententiâ, cùm infrà; *f Martyres* ait *à Domino miracula impetrare posse, propter cuius nomen occisi sint. pro hac fide præcessisse eorũ mirã patientiã, vt in his miraculis tanta ista potentia sequeretur.* Loquitur idem non ex alieno, cùm alibi, *Miraculis*, inquit, *quæ* PER *memorias nostrorum Martyrum fiunt, nullo modo comparanda sunt miracula, quæ facta per templa perhibentur illorum* (idolorum). Vbi Præco, nisi malitiâ cæcutiret, claro discrimine vidisset, quid ex suâ, quidque ex *populi opinione* scriberet *Augustinus*. Etenim, quia nôrat ipse, vera Miracula per malos dæmones haudquaquam fieri; circumspectè dixit, *per illos facta perhiberi*; populi nimirum errantis opinione. Miracula verò Martyrum, non itidem ait,

f. *August. 22. ciuit. c. 9.*
g. *August. ibid. c. 10.*

facta per Martyres perhiberi; sed *per Martyres fieri*; *h* ægrum *per memoriam Martyrum saluum factum esse*; *i* Mortuum *opitulatione Stephani suscitatum esse*. *k* Quæ tota oratio si affirmantis, atque assentientis est, non autem ambigentis, & suum inter alienumque fluctuantis; restat, vt Præco refutatum ab ipsomet *Augustino* suum glossema confiteatur.

37 EXPLIcatur *locus Augustini; quē praconis stupor non cepit.*

VERVM ille tam ingenuus non est, vt, tametsi victus constrictusque manifestò sit, teneri tamen se fateatur. Insultat imò Thraso, & secum facere *Augustinum*, adhuc peruicax toto capite nono (eius, quem sæpe diximus libri) pertendit. *Nam auctor se*, inquit, *ipse declarat, quàm instituti sui non fuerit, eâ in re quidpiam definire.l* Festiuè, si persuaderes. Vbi enim, & quâ de re, quibusque verbis pendere se animi declarat *Augustinus*? Nos quidem, dubiũ fluctuasse nonnullis in rebus, id nulli inficias imus: qui

H. I. K. *Augustin.* 22. *ciuit. c.* 8. *&* 10.
L. *Præco in Antikell. pag.* 193. *col.* 2. *fin. & pag. seq.*

homi-

hominem sciamus eum fuisse. At verò hac etiam in re dubitasse, vt suspensus ignorârit, *an ope atque opitulatione Martyrum, patrata sui temporis Miracula essent, nec ne*; id enimuero, nisi tute monstraueris, omnes intrepidè negamus. Monstrabo, inquis; atque ecce in promtu! *m Siue Deus* inquit, *ipse per se ipsum miro modo; siue per suos ministros ista faciat; siue quædam faciat etiã per Martyrũ spiritus; siue omnia ista per Angelos operetur; vt, quæ per Martyres fieri dicuntur, eis orantibus tantùm & impetrantibus, non etiã operantibus fiant; siue alia fiãt istis, alia illis modis, qui nullo modo cõprehendi à mortalibus possunt. &c.* Quid iam tum deinde? quid concludis? Totum hoc, inquis; Augustino incertum fuisse, *an opitulatione Martyrum. an alia ope, miracula ederentur.* O Cucurbitam, aut certè cucumerem! sed decumanum, & plenum magno inani! Poterat vicina te Dilinga (priùs quàm exulares) dialecticen docere; vt vel istud disceres;

M. *Augusti. 22. ciuit. c. 9. initio.*

aliud esse, *rem ipsam*, *τὸ εἶναι*; aliud porrò, *rei modum ac πεῖσιν*: & fieri non rarò, vt *res* certò sit cognita, *modus* interim à plerisque ignoretur. Exempla obuiam sunt, quà sacra, quà profana. Sacrum tale Miraculum *ἐνανθρωπήσεως* Catholici, quotquot sumus, credimus omnes: idq; effectũ à Deo pridem, æquè omnes agnoscimus, & citra dubitationem imperterriti confitemur. Modum interea, atque *πεῖσιν* illius arcani, nondum omnes didicimus, ac ne perdiscemus quidem. Quare si *Augustinum* alicubi legas, hæsisse dubium in modo tanti miraculi explicando, & denique exclamasse; *n fateamur Deum aliquid posse, quod nos fateamur inuestigare non posse*: tu homo præceps, aderis continuò, & *Augustinum* dices, perplexum fluctuasse, vtrum *ἐνανθρώπησις* iam à Deo fuerit confecta, nec ne. Stolidam collectionem hanc fore, etiam stolones iudicabunt. Nihilo prudentior hæc

N. *August. ep 3. ad Volus. Vide plura loca apud Suar. in 3. p. tom. 1. d. 3. s. 1.*

tua

tua est. Dixerat quippe *Augustinus* disertè, & dixerat ex suo sensu, nihil allucinatus; *Miracula complura, iam opitulatione Stephani, iam per Martyres*, esse effecta, o Post addidit, p *nescire se* tamen, aut certè nondum statuisse, quo pacto tandem illæc *opitulatio per martyres* præstaretur: Vtrum videlicet DEVS eorumdem operâ, velut *instrumento quodam physico*, ad edenda miracula vteretur: an potius ipse per se solus omnia φυσικῶς efficeret; Martyres verò tantùm ἠθικῶς * aut meritis, suis aut precibus eadem impetrarent. Et priori quidem in loco, *rem ipsam*, id est, *veram opitulationem Martyrum*, nullis circuitionibus vsus, indubitatè asseuerauit; æquè, ac hodie Catholici nos omnes solemus: In posteriori autem, *modum huius opitulationis* dubium, vtramuis in partem relinquere, quàm liquidò decidere, præoptauit. Interea siue μείζων illa, siue ista seruari dicatur; consistet perinde *Martyrum vera o-*

* *moraliter.*

O. *Aug. 22. ciuit. c. 8.*
P. *Idem ibid. cap. 9.*

pitulatio: Neque enim hi soli rem conficere censentur, qui manum operi admouent; verùm ij quoque, quorum consilio precibus, hortatu res peragitur: quamquam alteri φυσικῷ, alteri ἠθικῷ genere causarum præstent. Quare neque nos hodie, miracula, quæ per *Boni nominis Elisabetham*, (ringentibus atque infrementibus hircis) multa magnaque assiduè patrari memorantur, ita fieri contendimus, vt omnibus illa præsens interfit, suamque manum accommodet: sed illud esse satis arbitramur, vt hunc ei Deus honorem habeat, quem *Stephano* ceterisque cælitibus habet: vt ipse per se solus miracula perficiat, quæ vel meritis eorum deberi; vel precibus, iustisque desiderijs intelligit postulari,

CAPVT

CAPVT X.

Effugium præconi quartum & quintum, in Augustino non inuentum.

FVGA iam toties elusâ, poterat Pastor Alpinus de cetero desperare, reperturum in *Augustino* se rimam, quâ sorex obesus, cum aqualiculi omaso, elaberetur. Sed restare tamen sibi cuniculos adhuc opinatur, quos opportunè subeat. Etenim, scripserit sanè senseritque *Augustinus*, ad *Stephani* Martyrumque *memorias*, veris miraculis ægritudines ac mortes aliquando fuisse profligatas: tamen *id imploratâ Martyrum cælitumque ope; aut mortuorum meritis ac precibus impetratum, ille nec sensit, nec scripsit: sed potius id omne superstitum præsentiumq; lacrimis ac desideriis fuisse concessum, indicauit.* Omnia audenter, & oppidò imperitè; vt appareat, ingenium non Athenis ad litteras, sed in alpibus ad cau-

38 AN AVgustini *Miracula, non Martyrum, sed inuentiis precibus sint impetrata.*

A. *Praco in Antikell. pag. 193. col. 2. §. 8. & 16.*

las esse formatum, Negat, *Martyrum opem imploratam ab egris fuisse*: & negationis auctorem facit *Augustinum*, Bene habet. Insistamus vestigio negantis, &, quæramus; Quorsum ergo ad *Martyrũ memorias*, scribat, certatim eos vel accurrere, vel saltem adrepere: &, cùm neutrum ipsi possent, alienis manibus deferri consueuisse? *b* Quorsum potius in *ede S. Stephani*, aut ad lipsana *Geruasij Protasijq.*, aut ad conditoria ceterorũ Martyrum abiectos, spem valetudinis recipiendæ, dicat hausisse; quàm si domi suæ quisque, aut in valetudinario conquiescent? *c* Vtique spem sibi locatam esse sentiebant in meritis precibusque *Stephani*; vtique plus impetraturos se intelligebant, si aut obsequij necessitudine, aut loci vicinitate Martyribus essent coniunctiores. Atque in eâ spe nixi, ad eorum aut cineres deferri, *d* aut flores inde

B. C. *Aug. 22. ciuit. c. 8. de Iuuene paralytico. de alio, & aliis ibidem.*

D. E. F. *August. cit. De cæcâ muliere, & Lucillo Episcopo.*

con-

contactos recipere, *e* aut humeris succollantibus *sacra ipsorum pignora piamq́; sarcinam*, *f* gestare, tanto opere gestiebant. Quæsi ita sunt, vti re verâ sunt; quærimus porro, quid illatos in hæc *Martyrum* domicilia ægros, arbitretur præco factitasse? Nos eos preces ibi dicimus nuncupasse; nos lacrymis, magnisque desiderijs, sanitatem flagitasse; nos alia, quæ locus tempusque poscerent, egisse. Rectè probeque omnia, & ab ipsomet *Augustino* expromta. Sed illud etiamnum requirimus; à quónam id loci suam sibi salutem poposcerint ægri? quibusque fortunas suas, concepta prece, commendârint? *Deóne*, an *Martyribus*, in quorum domicilio supplicabant; an vtrisque? Si *Deo* soli, absque vlla Martyrum aduocatione: non intelligo, quid ad rem fecerint, ista Martyrum gestata pignora, contactata lipsana, quæsita conditoria, aliæque *περιεργίαι*; è quibus agnoscimus, ægros in fundendis eiusmodi precibus, animum ad hunc illúmue Martyrem aduertisse: & alio-

quî domi suæ, aut vbivis Deo supplicaturos, neque tam vnicè ad *Stephani*, aut *Geruasij memoriam* adspiraturos fuisse. Reliquum sit igitur, dicet quispiam, vt concludas; ægros ibi, *Martyribus* supplices procubuisse; & ijsdem deprecatoribus, vel ad calamitatem, vel ad morbum *Miraculo* arcendum, vsos fuisse.

39 Ex Augustino *docetur, Martyres fuisse invocatos.*

RESPONDEO huic ego primùm; Haud malè facturum me, si ita concludam. Quid nî enim! Ducit ipse huc *Augustinus*; cùm *Florentium* ait seminudum *ad viginti Martyres clarâ voce, vt vestiretur, orasse.g* Ad viginti Martyres, inquam; eâ loquendi formâ, quâ & psaltes *h* aiebat; *Ad te orabo domine; manè exaudies vocem meam.* Quod si præco, vt est intempestiuè nasutus, contendat, *ad viginti Martyres orasse*, idem hîc esse, atq; *ad memoriam, siue in templo viginti Martyrum orasse*: prout latini, *factum senatus consultum, habitumue senatum ad ædem Castorum*, quandoque dici-

G. *Aug. cit. c.* 8.
H. *Psal.* 5. *v.* 3.

mus,

mus, pro eo, quod *in Æde castorũ* alioquî diceremus : Arguet ac obtundet ipse mox *Augustinus* Alpini pastoris hebes acumen. Nam *adolescentes*, inquit, *qui fortè aderant irrisores, eum* (Florentium) *exagitantes prosequebantur, quasi à Martyribus quinquagenos pholles, vnde vestimentum emeret, petiuisset.* Auditis, opinor, quosnam *Florentium* patronos inuocârit? vnde enim his irrisoribus alioquin in mentem fuisset, exprobrare *Florentio* martyres? Et verò ne rursum hîc Alpes aliquid nugentur, dicantque, non eos *Florentio, quòd à martyribus petiuerit*, sed *quasi petiuerit*, exprobrasse; cùm interim à Deo solo petijsset : prodit ecce imploratus denuo testis, idem *Augustinus*, & Alpes iubet Alpibus se continere, neque ad emetienda Africæ littora adspirare. Rem enim à se cæptam, pergit absoluere : quippe veniisse *Florentium* ait, ad *Carchosum* quemdam, *bene Christianum*, indicasseque ei, quid gestum fuisset. Hunc autem, deprehenso ingenti miraculo, mi-

miseratione flexum, & Religione perterritum, exclamasse, *Ecce, quomodo viginti Martyres te vestierunt!* Hîc profectò nemo non videt (nisi sensus illi cùm Alpibus obbrutuerint) *Florentium* ipsos sanè Martyres inuocasse, ad suppetias ærumnoso ferendas. Sic enim & arbitri Sannione, & mox, ipsò *Florentio* referente, *Carchosus* intellexerant: alioquî nec illi ad irridendos *Martyres*, nec iste materiam ad laudandam *Martyrum opem* inuenissent: sed ad Deum, tam illorum cachinni, quam istius gratulario, pertinuissent. Verùm exspectat his ipsis testimonijs præco aliquid clarius. Adducamus; idque ab eodem Augustino: nam si ad alios diuertamus, centurijs obruetur. Igitur alicubi in Ioannē, *a Ideo ad ipsam*, inquit, *mensam* (altare) *non sic eos* (martyres) *commemoramus, quemadmodum alios, qui in pace requiescunt, vt etiam pro eis oremus; sed magis vt orent ipsi pro nobis.* Rursus, *b Habet*

a *Aug. tract. 84. in Ioann. notet hoc præco.*
b *Idem de Verb. Apost. serm. 17. c. 4.*

Eccle-

Ecclesiastica disciplina (quod fideles norunt) cum Martyres eo loco recitantur ad altare Dei, vt ibi non pro ipsis oretur: iniuriâ est enim pro Martyre orare, cuius nos debemus orationibus commendare. Quare duas mihi res hinc videor consecutus. Alteram, Christianos (teste ac laudatore *Augustino*, c) solitos iam tum fuisse, in suis aut morbis aut ærumnis deprecandis, martyrum opem inuocare: atque indidem secuta miracula Martyribus accepta ferre: Quod tamen imperitus iste, ex *Augustino* conuinci posse pernegarat. d Alteram, conuitium, & gentilem Præconis calumniam esse, quâ *Kellerum* criminatus est, e *Augustino*, manifestariam vim feciisse, quòd hanc ei mentem, de miraculis imploratione cœlitum obtentis, falsò tribuisset. Leges talionis adeste, & calami linguæque calumniam vindicate. Sed ne nouam cri-

C. *Nam. Aug cit. c. 8. & Florentium vocat hominem Religiosum, & Carthaginem bene Christianum.*

D. E. *Preco in Antikell pag. 193. suprà.*

minan-

minandi materiem imperitia præconis nactam se putet; nosque (vt solet, *f*) Martyres Deorum in loco habere mentiatur; declarandū est paucis, quo nam pacto Martyres inuocemus.

40 RESPONDEO igitur secundo: Eos qui olim hodieque ad cœlitum *sacra pignora* (Augustini vox est *a*) supplicant, simul & DEVM, & Martyrem inuocare: sed cum ingenti vtrumque discrimine. Etenim à DEO subsidiū opemque sic efflagitant, vt ab eo, velut à caussa principe, & vitæ salutisq; omnis auctore; impetraturos se confidant: qui suo nutu dispellere morbi mortisq; minas; & miracula, cū videbitur, edere; & naturæ vim limitesq; excedere, & omnia vertere versareq; solus facillime possit. Neque enim cum has ab illo suppetias exposcimus, eum ad maiorē aliquem ablegamus, cui suas aut preces aut merita prius ipse commendet, quám nobis suppetias oratas impendat. Absit hæc à

Quo pacto fuerint Martyres colendi, & inuocati.

F. *Praco in Antikell. pag. 194. col. 1. §. 48.*
A. *Aug. 22. ciuit. c. 8. de cæca muliere.*

sensu

sensu Catholico stupiditas; & calumnijs aduersariorum relinquatur. Atqui Martyrum cœlitumque fauores & patrocinia, quando precibus nostris imploramus; opem ab illis quidem petimus, sed eam, quam præstare mortalibus, ij iam immortales possunt. Possunt autem non omnia quidem per se ipsi; gratiâ tamẽ, quâ apud DEVM in primis valent, multa nobis magnaque comparant; si precibus illum inflectere, nostramque causſam agere adnitantur. Quæ Catholicis ratio est, cur eos obsequijs apprimè demereri, suisque sibi precibus conciliatos, ad numen exorandum, patronos adiutoresque habere concupiscant. Atque indidem fit, vt ad ipsorum conditoria cinereſque abiecti, simul ipsos, simul Deum per ipsorum merita, perque quicquid ipsorum est, obsecrare tam ardenter perseuerent. Et docuit euentus, non de nihilo ad suas quemq; preces, hos etiam aduocatos adiunxisse. Non attenuant ij debilitantue preces, sed vel augent impensè, gratiaque subleuant,

uant, vt propitio numine citius audiantur: vel quicquid ipsæ desperare per se iuberentur, id omne auxiliares hæ copiæ magnis momentis & aduocationibus consequantur. Hoc nî ita esset, tam eximius ad preces locus, aliusque præ alio, quid ab ægris optaretur? Nempe ibi quisque salutem recepturum se speraret, vbi quemq; sua aut fors, aut necessitas, precari subegisset. Et neque Miraculis templum alterum altero insignius emineret, si nec homines in miraculis impetrandis, nec DEVS in ijsdem efficiendis, ad merita precesque cœlitum, qui ijs in templis coluntur, adspicere consueuissent. Certè nec *Augustinus* ægros sanari vidit, perinde in omnibus *Africæ* locis, sed ad *Stephani* sacra pignora, turmatim & assiduè multos: Nec *Ambrosius* vidit, per *Italiam* vbiuis, sed *Mediolani* apud SS. *Gerualij Protasijq;* lipsana, suum cæcis redire lumen. Neque hodie miracula nullũ seruant locorum discrimen: crebra & luculenta se produnt in *Aede Lauretana*; alia *Oetingæ*, alia in *Heluetiorum*

tiorum eremo, alia alibi; vt quemque DEVS aut locum aut loci tutelam, alium præ alio, vult esse miraculis illustrem. In quibus *Sueuia* nunc esse gratulatur *Reüttensem Elisabetham*; cuius sanctimoniam, quàm odêre hirquientes in viciniâ capri, tam acceptam sibi gratamque complectitur DEVS: eamque, contra petulcum pecus, magnis verisque ostentis propugnat. Vt mirum adeò non sit, illuc ab omnibus, haud paullò magis quàm ad *Martini* fætentem capulum concursari; quia desperatas sibi ægritudines, molestiasque multi abijciunt; & DEVM per *Elisabetha* merita precesq; obtestati, repente conualescunt; cùm ad verminantem *Sardanapali* tumbam, nulli adhuc ne cani quidem, inedià latranti, plus obuenerit, quàm fustuarium ab æditimo in stipem.

41 QVID *in Martyrũ Memorijs Christiani egerint, iudice præcone.*

Postremò si Præco adduci non potest, vt hanc *cœlitum implorationem* credat ægris causam fuisse, cur ad *Stephani*, Martyrumque *Memorias* magis, quàm ad nudum DEI templum

plum deferri gestirent: prodat ipse, ecquam aliam putet, huius eos caussam habuisse? audientiam ipsi faciemus; prodat audacter. Et sane stimulis, quod videtis, non eguit. Iam enim ecce! caussas vitro & bellas, & festiuè doctas, in medium profert; vtique ex antiquitatis medullâ exsuctas, & cetera omnia præclaras. Quas ego, dum iubeo ipsum de suâ farragine recitare, eò vos, quæso, subtilius auscultate; neque risu hominem ab incepto dimouete. *Sub id tempus obtinuit*, inquit, *a vt Sanctorum, qui mortem fidei caussa opetijssent, natalitia, eodem in loco, quo humata eorum ossa condebantur, anniuersario ritu peragerentur: vbi & conciones haberi, & cœna instituí, & Martyrum facta facinora, consuêrant in Dei gloriam, bonumq; auditorum prædicari.* Agnoscitis iam credo cuculum, maternâ se raui indicantem. Nam, quod vsu venit, qui alliatum vorarunt, vt quaquà incedunt, loca omnia infa-

A *Prato in Antikell. pag. 192. §. 22. & seqq. ex germanico.*

ment,

ment, obuiasque nares anhelitu pestilenti ienecent; id Istis accidit ferè, qui *Lutheri vespernâ*, aut *Calui* merendà saginati, in publicum erumpunt, vt obuios omnes fætentis animæ ructu salutent; cænæque reliquias illis, & concionum suarum vlulatus ingerant. Et est profectò mirum, non etiam Calices nobis ab hoc tubicine fuisse obtrusos; cùm ne ientare quidem suos sine culullo, & vini promulside sinat. Sed nimirum, vt verbo absoluam, ridicula mihi est hæc horum opera. Semel enim digressi à plano rectoque tramite, & in hæresem vligines inducti, tricantur secum ipsi assiduè; & conantur, non eluctari quidem, neque nobiscum in viam redire; sed nebulâ tamen aliquâ cænum suum lutumque pertinaces contegere; sibique quæsitis ratiunculis persuadere, quà incedunt, merũ esse rosetum, & planissimi tramitis æquor; cùm interea loci, per vada lacustria & inuias voragines, non ambulent miseri, sed natent; propediem mergendi. Cuius pertinaciæ docu-

omnes epulo ibi Euchariſtio accubuerunt, (quo enim indicio tu bicen hoc probabit? cum *Auguſtinus* nullã eius inter tot Miracula faciat mentionem?) & profectò tamen ij tot ægri non de nihilo ad Martyrum conditoria contenderunt. Quare ſi eos plerumq; nec concio, & perſæpe nec dapis Euchariſticæ participatio, mouit: procliue iam cuiuis eſt videre, quid aliud eos mouerit: nempe remedij apud Martyres & quærendi neceſſitas, & ſpes inueniendi. Cuius vel hanc afferre coniecturam fuerit ſatis: Quòd ſi videremus, magnam quotidie vim hominum miſerorum, ad certas quaſdam ædes accurrere; & indidem alios ſuper alios redire felices ac beatos, quorum alij claudi prius irrepſiſſent, alij cæci mutiq́ue ſubiſſent, alij ſemianimes, aut etiam exanimes illati fuiſſent: nulli profectò requireremus, hic ad ædes illas accurſus, cui rei fieret? Oculi nos ipſi (ſi ratio cæcutiret) ambigere non paterentur; quin opis orandæ, potius, quàm concionis auſcultandæ, illuc certatim auceurrere-

retetur. Quid nî igitur, de illa hominum ægrorum, ad Martyres concurrentium, ſtudio, idem nos arbitremur? Nempe cùm *Florentium* *b* videmus, ſeminudum ac flentem ad *viginti Martyres* properare: aut paralyticum adoleſcentem ad *locum ſanctum* à parentibus deferri; *c* aut alium, ſtygijs inquilinis obſeſſum, ad *Geruaſij Protaſijq; Memoriam* perduci: *d* aut *puerum* iam rotæ boumque pondere obtritum, indeq; exanimem ad *S. Stephani* ædem, ab eiulante matre portari: *e* Hos, inquam, & horum ſimiles alios, cum videmus ad Martyrum ſacra, tam frequentes ferri, iubet præco nos credere, eos omnes & nudos, & ſurdos & mortuos, illuc, tanquã ad concionatorios clamores, properaſſe: auxilij verò illic à Martyribus petendi, aut apud eorum lipſana precandi, pedem domo nemi-nem vnquam extuliſſe. Ita nos putat omnes *ὁ τραγος ἅπας*, *veruecum in patria, craſſoq; ſub aëre natos*, qui hæc cerebri delirantis ſomnia confeſtim

B. C. D. E. *Auguſt. 22. ciuit. c. 8.*

pro oraculis (nempe *Cretensibus*) amplectamur.

43. TESTIBUS refellitur, eadem præconis nugatio.

Quamquam quid coniecturis agimus, quibus nondum egemus? adsunt verba, præ sole meridiano clara, quæ hanc somniantis amentiam damnent. Et loquatur ipse de se *Augustinus*, quid suis temporibus in *Martyrum Memoriis* fieri solitum testetur. *f Deo sacerdos*, inquit, *non ipsis sacrificat*; *quamuis in memoria sacrificet eorum*, sc. Martyrum. Ac ne fortassis tubicen hîc (quâ est, in ludificandis aliorum verbis, impudentiâ) ridiculè dicat: *sacrificium id, fuisse concionem*, obstat somnio Augustinus, cum continuò subiicit: *Ipsum vero sacrificium Corpus est Christi*: quemadmodum & paullo ante *g* dixerat, suum presbyterum in *Hesperij* fundo, *obtulisse sacrificium Corporis Christi*. Sed molestus iam præconi dudum est *Augustinus*; nam & recentior (nudius quippe tertius in lucem editus) ei videtur; nec idoneus ad primos Ecclesiæ ritus

F. *Aug.* 22. *ciuit.* c. 10. *Vide supra n.* 28.
G. *August. ib. c.* 8.

con-

consuetudinesque confirmandas. Quos ergo vult alios? Dabimus *Cyprianum*, natu maiorem; martyrem & ipsum, de martyribus testem. *Dies, h* inquit, *eorum, quibus excedunt, adnotate, vt commemorationes eorum inter memorias martyrum celebrare possimus.* Et mox. *Significat mihi Tertullus dies, quibus in carcere beati fratres nostri ad immortalitatem gloriosæ mortis exitu transeunt; & celebrantur à nobis hîc oblationes & sacrificia ob commemorationes eorum; quæ citò vobiscum celebrabimus.* Atque idem alibi. *i Sacrificia pro eis semper, vt meministis, offerimus, quoties Martyrum passiones, & dies anniuersaria commemoratione celebramus.* Antiquiorem ipso etiam *Cypriano* audiat, *Tertullianum. k Oblationes pro defunctis*; inquit, *Pro natalitiis, annua die facimus.* Vbi *facere*,

H. *Cypri. epist. 27. ad Presbyt. Eccl. Carthag.*

I. *Cypri. epist. 34. ad Cler. & popul. Vide ib. Iacob. Pammel. in annot.*

K. *Tertull. lib. de corona milit. cap. 3. Vide Cas. Bar. appar. ad Martyr. c. 4.*

minandi materiem imperitia præconis nactam se putet; nosque (vt solet, *f*) Martyres Deorum in loco habere mentiatur; declarandū est paucis, quo nam pacto Martyres inuocemus.

40 Quo pacto fuerint Martyres cælites, & inuocati.

RESPONDEO igitur secundo: Eos qui olim hodieque ad cœlitum *sacra pignora* (Augustini vox est *a*) supplicant, simul & DEVM, & Martyrem inuocare: sed cum ingenti vtrumque discrimine. Etenim à DEO subsidiū opemque sic efflagitant, vt ab eo, velut à caussa principe, & vitæ salutisq; omnis auctore; impetraturos se confidant: qui suo nutu dispellere morbi mortisq; minas; & miracula, cū videbitur, edere; & naturæ vim limitesq; excedere, & omnia vertere versareq; solus facillime possit. Neque enim cum has ab illo suppetias exposcimus, eum ad maiorē aliquem ablegamus, cui suas aut preces aut merita prius ipse commendet, quám nobis suppetias oratas impendat. Absit hæc à

F. *Præco in Antikell. pag. 194. col. 1. §. 48.*
A. *Aug. 22. ciuit. c. 8. de cæca muliere.*

sensu

sensu Catholico stupiditas; & calumnijs aduersariorum relinquatur. Atqui Martyrum cœlitumque fauores & patrocinia, quando precibus nostris imploramus; opem ab illis quidem petimus, sed eam, quam præstare mortalibus, ij iam immortales possunt. Possunt autem non omnia quidem per se ipsi; gratiâ tamẽ, quâ apud DEVM in primis valent, multa nobis magnaque comparant; si precibus illum inflectere, nostramque caussam agere adnitantur. Quæ Catholicis ratio est, cur eos obsequijs apprimè demereri, suisque sibi precibus conciliatos, ad numen exorandum, patronos adiutoresque habere concupiscant. Atque indidem fit, vt ad ipsorum conditoria cinereque abiecti, simul ipsos, simul Deum per ipsorum merita, perque quicquid ipsorum est, obsecrare tam ardenter perseuerent. Et docuit euentus, non de nihilo ad suas quemq; preces, hos etiam aduocatos adiunxisse. Non attenuant ij debilitantue preces, sed vel augent impensè, gratiâque subleuant,

uant, vt propitio numine citius audiantur: vel quicquid ipsæ desperare per se iuberentur, id omne auxiliares hæ copiæ magnis momentis & aduocationibus consequantur. Hoc nî ita esset, tam eximius ad preces locus, aliusque præ alio, quid ab ægris optaretur? Nempe ibi quisque salutem recepturum se speraret, vbi quemq; sua aut fors, aut necessitas, precari subegisset. Et neque Miraculis templum alterum altero insignius emineret, si nec homines in miraculis impetrandis, nec DEVS in ijsdem efficiendis, ad merita precesque cœlitum, qui ijs in templis coluntur, adspicere consueuissent. Certè nec *Augustinus* ægros sanari vidit, perinde in omnibus *Africæ* locis, sed ad *Stephani* sacra pignora, turmatim & assiduè multos: Nec *Ambrosius* vidit, per *Italiam* vbiuis, sed *Mediolani* apud SS. *Gerualis Protasijq;* lipsana, suum cæcis redire lumen. Neque hodie miracula nullũ seruant locorum discrimen: crebra & luculenta se produnt in *Aede Lauretana*; alia *Oetingæ*, alia in *Heluetiorum*

tiorum eremo, alia alibi; vt quemque DEVS aut locum aut loci tutelam, alium præ alio, vult esse miraculis illustrem. In quibus *Sueuia* nunc esse gratulatur *Reüttensem Elisabetham*; cuius sanctimoniam, quàm odêre hirquientes in vicinià capri, tam acceptam sibi gratamque complectitur DEVS: eamque, contra petulcum petens, magnis verisque ostentis propugnat. Vt mirum adeò non sit, illuc ab omnibus, haud paullò magis quàm ad *Martini* fætentem capulum concursari; quia desperatas sibi ægritudines, molestiasque multi abijciunt; & DEVM per *Elisabetha* merita precesq; obtestati, repente conualescunt; cùm ad verminantem *Sardanapali* tumbam, nulli adhuc ne cani quidem, inedià latranti, plus obuenerit, quàm fustuarium ab æditimo in stipem.

41 QVID *in Martyrũ Memoriis Christiani egerint, iudice præcone.*

Postremò si Præco adduci non potest, vt hanc *cœlitum implorationem* credat ægris causam fuisse, cur ad *Stephani*, Martyrumque *Memorias* magis, quàm ad nudum DEI templum

plum deferri gestirent: prodat ipse, ecquam aliam putet, huius eos causſam habuisse? audientiam ipsi faciemus; prodat audacter. Et sanè stimulis, quod videtis, non eguit. Iam enim ecce! causſas vitro & bellas, & festiuè doctas, in medium profert; vtique ex antiquitatis medullâ exsuctas, & cetera omnia præclaras. Quas ego, dum iubeo ipsum de suâ farragine recitare, eò vos, quæso, subtilius auscultate; neque risu hominem ab incepto dimouete. *Sub id tempus obtinuit*, inquit, *a vt Sanctorum, qui mortem fidei causſà opetijſſent, natalitia, eodem in loco, quo humata eorum ossa condebantur, anniuersario ritu peragerentur: vbi & conciones haberi, & cœna instituí, & Martyrum facta facinora, consuêrant in Dei gloriam, bonumq; auditorum prædicari.* Agnoscitis iam credo cuculum, maternâ se raui indicantem. Nam, quod vsu venit, qui alliatum vorarunt, vt quaquà incedunt, loca omnia infa-

A *Prato in Antikell. pag. 192. §. 22. & seqq. ex germanico.*

ment,

ment, obuiasque nares anhelitu pestilenti ienecent; id Istis accidit ferè, qui *Lutheri vesperna*, aut *Calui* merendà saginati, in publicum erumpunt, vt obuios omnes fætentis animæ ructu salutent; cænæque reliquias illis, & concionum suarum vlulatus ingerant. Et est profectò mirum, non etiam Calices nobis ab hoc tubicine fuisse obtrusos; cùm ne ientare quidem suos sine culullo, & vini promulside sinat. Sed nimirum, vt verbo absoluam, ridicula mihi est hæc horum opera. Semel enim digressi à plano rectoque tramite, & in hæreseon vligines inducti, tricantur secum ipsi assiduè; & conantur, non eluctari quidem, neque nobiscum in viam redire; sed nebulâ tamen aliquâ cænum suum lutumque pertinaces contegere; sibique quæsitis ratiunculis persuadere, quà incedunt, merũ esse rosetum, & planissimi tramitis æquor; cùm interea loci, per vada lacustria & inuias voragines, non ambulent miseri, sed natent; propediem mergendi. Cuius pertinaciæ docu-

documentum, si nullum antehac aliud fuisset, hoc nobis ab Islebico tubicine multorum instar sufficeret. Qui posteà quàm sensit, Martyrum cælitumque gloriam, apud maiores nostros, in primis luculentam semper insignemque claruisse; eò constringere cupijt omnia, vt hæc illorum, gloria omnis intra, neſcio quas, concionum ληκύθους,* & popelli, ritu Islebico cænantis, cottabos, videretur stetisse; neque in alium finem concursus ægrorum spectâsse. Quod veterator ideò sibi fingere sumsit, vt nos crederemur, ab antiquis desciuisse, qui ad Martyrum ædes iam plerique, cùm opis orandæ, tum sacrificandi causſa conueniamus: Ipsi autem à maioribus stare adhuc viderentur; vt qui contionum clamoribus, & cœnæ calicisque frugalitate contenti, ceteris omnibus, æquè ac veteres, interdictum sibi putent. Sed nimirum, *Iudæus* hoc *Apellas credat.*

*ampullas.

Quam

QVAM ego præsignem iniuriam antiquitati ab hoc συνεξομολόγῳ* tam patienter fieri, non sinam, quin eius, hac etiam in re, vanitatem refellam. Et primum omnium mihi est: quod ex tanta ægrorum frequentia, quantam ad *S. Stephani* aliorumque Martyrum ædem, conuenisse, prodidit *Augustinus*; *a* nullum audiendæ cõcionis, sed omnes ac singulos opis quærendæ gratia, tradat conuenisse. Alterum deinde, quod illa tot *Augustini* Miracula, quæ apud *S. Stephani* patrata sunt, incidere in Natalem eius Martyris lucem, omnia vix potuêre: cum eorum amplius septuaginta, biennio non toto, sint numerata; alijs alijsque diebus pleraque, vt ægrum quemq; aut necessitudo morbi, aut loci opportunitas eo perpulit. Igitur non solis Martyrum natalibus, (vbi solitas haberi conciones ac synaxes, facile damus) sed & alijs anni temporibus, ad Martyrum reliquias prisci identidem inuiserunt, cõcione nec audita ibi, nec exspectata: neque

42. CONiecturis refellitur nugatio praconis, de consuetudine maiorum.

* Verbi ministro.

a *Aug. 22. ciuit. c. 8.*

omnes epulo ibi Euchariſtio accubuerunt, (quo enim indicio tubicen hoc probabit? cum *Auguſtinus* nullã eius inter tot Miracula faciat mentionem?) & profectò tamen ij tot ægri non de nihilo ad Martyrum conditoria contenderunt. Quare ſi eos plerumq; nec concio, & perſæpe nec dapis Euchariſticæ participatio, mouit: procliue iam cuiuis eſt videre, quid aliud eos mouerit: nempe remedij apud Martyres & quærendi neceſſitas, & ſpes inueniendi. Cuius vel hanc afferre coniecturam fuerit ſatis: Quòd ſi videremus, magnam quotidie vim hominum miſerorum, ad certas quaſdam ædes accurrere; & indidem alios ſuper alios redire felices ac beatos, quorum alij claudi prius irrepſiſſent, alij cæci mutiq́ue ſubiſſent, alij ſemianimes, aut etiam exanimes illati fuiſſent: nulli profectò requireremus, hic ad ædes illas accurſus, cuirei fieret? Oculi nos ipſi (ſi ratio cæcutiret) ambigere non paterentur; quin opis orandæ, potius, quàm concionis auſcultandæ, illuc certatim auceurrere-

retetur. Quid nî igitur, de illa hominum ægrorum, ad Martyres concurrentium, ſtudio, idem nos arbitremur? Nempe cùm *Florentium* *b* videmus, ſeminudum ac flentem ad *viginti Martyres* properare: aut paralyticum adoleſcentem ad *locum ſanctum* à parentibus deferri; *c* aut alium, ſtygijs inquilinis obſeſſum, ad *Geruaſij Protaſijq; Memoriam* perduci: *d* aut *puerum* iam rotæ boumque pondere obtritum, indeq; exanimem ad *S. Stephani* ædem, ab eiulante matre portari: *e* Hos, inquam, & horum ſimiles alios, cum videmus ad Martyrum ſacra, tam frequentes ferri, iubet præco nos credere, eos omnes & nudos, & ſurdos & mortuos, illuc, tanquã ad concionatorios clamores, properaſſe: auxilij verò illic à Martyribus petendi, aut apud eorum lipſana precandi, pedem domo neminem vnquam extuliſſe. Ita nos putat omnes ὁ τραγὸς ἅπας, *veruecum in patriâ, craſſoq; ſub aëre natos*, qui hæc cerebri delirantis ſomnia confeſtim

b C. D. E. *Auguſt. 22. ciuit. c. 8.*

pro oraculis (nempe *Cretensibus*) amplectamur.

43. TESTIBUS refellitur, eadem praconis nugatio.

Quamquam quid coniecturis agimus, quibus nondum egemus? adsunt verba, præ sole meridiano clara, quæ hanc somniantis amentiam damnent. Et loquatur ipse de se *Augustinus*, quid suis temporibus in *Martyrum Memoriis* fieri solitum testetur. *f Deo sacerdos*, inquit, *non ipsis sacrificat*; *quamuis in memoria sacrificet eorum*, sc. Martyrum. Ac ne fortassis tubicen hîc (quâ est, in ludificandis aliorum verbis, impudentiâ) ridiculè dicat: *sacrificium id, fuisse concionem*, obstat somnio Augustinus, cum continuò subiicit: *Ipsum verò sacrificium Corpus est Christi*: quemadmodum & paullo ante *g* dixerat, suum presbyterum in *Hesperij* fundo, *obtulisse sacrificium Corporis Christi*. Sed molestus iam præconi dudum est *Augustinus*; nam & recentior (nudius quippe tertius in lucem editus) ei videtur; nec idoneus ad primos Ecclesiæ ritus

F. *Aug.* 22. *ciuit. c.* 10. *vide suprà n.* 28.
G. *August. ib. c.* 8.

con-

consuetudinesque confirmandas. Quos ergo vult alios? Dabimus *Cyprianum*, natu maiorem; martyrem & ipsum, de martyribus testem. *Dies, h* inquit, *eorum, quibus excedunt, adnotate, vt commemorationes eorum inter memorias martyrum celebrare possimus.* Et mox. *Significat mihi Tertullus dies, quibus in carcere beati fratres nostri ad immortalitatem gloriosæ mortis exitu transeunt; & celebrantur à nobis hîc oblationes & sacrificia ob commemorationes eorum; quæ citò vobiscum celebrabimus.* Atque idem alibi. *i Sacrificia pro eis semper, vt meministis, offerimus, quoties Martyrum passiones, & dies anniuersaria commemoratione celebramus.* Antiquiorem ipso etiam *Cypriano* audiat, *Tertullianum. k Oblationes pro defunctis*; inquit, *Pro natalitiis, annua die facimus.* Vbi *facere*,

H. *Cypri. epist. 27. ad Presbyt. Eccl. Carthag.*

I. *Cypri. epist. 34. ad Cler. & popul. Vide ib. Iacob. Pammel. in annot.*

K. *Tertull. lib. de corona milit. cap. 3. Vide Cas. Bar. appar. ad Martyr. c. 4.*

latino more, tantumdem illi est, ac *sacrificare*. l Nec de *natalitiis* aliorum, quàm martyrum, loquitur, quemadmodum aduersus allucinantem *Rhenanum*, demonstrauit vir eruditus, *Iacobus Pammelius*. m His addo comitem, *Eusebium Alexandrinum*: n qui *ob hanc*, inquit, *causam, precepit nobis memorias sanctorum, vt acceptis hymnis & auditis laudibus, benignum Deum exorent, vt preces nostras caducas admittat*. Hac horum siue antiquitate tubicen, siue auctoritate, si nondum erubescit; pallere eum dehinc etiam in Cyprio naso æternùm patiemur.

L. *Varro 5. de ling. lat. Agnam Ioui facit. & Plaut. aulul. Cic. pro Mur. Virg. Eclog. 4. Item 3. Reg. c. 18. Ego faciam bouem alterum.*

M. *Iacob. Pammel. in Cyprian. epist. 34. n. 13. & in Tertull. cit. n. 37.*

N. *Apud Franc. Turrian. lib. 5. defens. Canon. Apost. cap. 17.*

CA-

CAPVT XI.

Præconis vltimum subsidium in Augustino quæsitum: sed negatum.

AD triarios, vt vides *Adulphe*, res rediêrunt: Nam vltimam opem fortunis suis quæsiturus, ad *Augustinum* præco recurrit. Quâ ipsâ in re, intelligis, quàm ridiculè sui sit immemor. Dum enim, in auxilio petendo perstat, ad cælites eundum non esse; ipse primus exemplum præit, violandæ legis; & subsidium ab *Augustino* τῷ ἐν τοῖς ἁγίοις, * magnâ contentione expoſcit: dignus qui vnus repulsam ferat, sentiatque cælites aduersus miracula rogatos, sibi omnes obsurduisse. Et profectò nihil est, cur adeò precemur: sensit iam infelix, irritos esse conatus, quibus pumilones isti cęlũ laborent exscindere; rem, ne *Titanibus* quidem, succes-suram. Vibratur in hos ἀγωμάχους * fulmen non vnum: magnæque legio-

44 OBIICITUR *Augustinus postremo, in lib. de Vnit. Eccl. c. 19.*

* *Et ipsi Sancto.*

* *Et ipsi Sancto.*

* *Hostes cælitum.*

nes cælitum pro cælo armantur. Quamquam opus acie non est, vt hæc nanorum inermis plebecula fundatur: vnus cum omnibus *Augustinus* committitor: videbitis omnes in fugam effusos, ad sua se lustra confestim recipere: atque eccè! hunc ipsum inter grues Alpinas pugnaciorem; qui dolo malo, ne hostem *Augustini* se prodat, socium aliquamdiu simulat; dum in loco cælatum odium expromat. Sed non is erit *Augustinus*, qui circumueniri se artificio sinat. Nos arbitremur initia; de euentu securi. Quid enim? inquiet buccinator: Si Miracula vos esse Ecclesiæ signa perseueratis, quorsum hoc *Augustini* scitum tam ingeniosè vos trahetis, vt damnatos ab illo iugulatosq; non clarissimè perspiciatis? Accipite verba, & si potestis, in vestras partes inuitate. *a Quæcumq; talia* (Miracula) *in Catholica fiunt, ideò sunt approbanda, quia in Catholica fiunt; non ideoipsa manifestatur Catholica, quia*

a *August. lib. de Vnit. Eccl. c 19. sub. med.*

hæc

hæc in ea fiunt. Ecce mentem *Augustini!* quâ vnâ vestrum omne fundamentum subruitur. Etenim signa cuiusque rei notiora sint oportet, quàm res significatæ. Per illa namque ad huius cognitionem penetramus. Atquî, miracula notiora nequaquam sunt, teste *Augustino*, quàm sit Ecclesia: cum non istam per illa, sed illa censeat per istam, esse approbanda agnoscendaque; Igitur miracula nequeunt à vobis Ecclesiæ veræ signa constitui: nisi iratum infestumque vestris partibus fateri velitis *Augustinum*.

45 Retorquetur obiectio in præconem.

Ad hanc præconis vocem, *Adulphus* excitatior, animum, quem pæne iam abiecerat, resumsit: & sciebam, inquit, latére etiamnum copias *Fabij* mei, quæ si quando erumperent, vos essent in angustias adducturæ. Et eas video has ipsas fuisse. Nam quemadmodum his quidem ex faucibus euadatis, non video: Nisi nouus tu *Annibal* tauros aliquot armare, & panico metu per noctem obiecto, terrere custodias, viaque patefactâ festines elabi:

bi: vbi sarcinis tamen & impedimentis exutus, spolium, quod legamus relinquas. Hæc *Adulphus* ita gestiens exprobrabat, ut *Iulius* etiam ipse, serium esse adolescentem crederet: eaque de re solicitus exspectaret, quid essem consilii capturus. Nam si abdicarem *Augustinum*, & hominem solùm fuisse dicerem, qui falli potuerit; videbat, aduersariis nihilo me fore modestiorem: vt, qui, quoties patrum auctoritate constricti conuictiq; teneantur, mille *Augustinos* & mille alteros, alterosque *Hieronymos*, cum *Ambrosiis* totidem, Ecclesiisq;, res sibi suas habere iubeant. *a* Mortales eos omnes, & errandi periculis æquè obnoxios, verum non vbique dispexisse; &, si hodieque vitam ii degerent, suæillos ferulæ manum esse præbituros. Igitur quòd

A. Ita Lutherus aduersus regem Angliæ, Diuina Maiestas mecum facit, vt nihil curem si mille Augustini, mille Cypriani, mille Ecclesia Henriciana contra me starent. Vide multa similia apud Iod. Coccium lib. 8. de signis art. 12. tit. Lutheri fastus.

huc

huc impudentiæ venturum me nequaquam crederet; exspectabat, an id saltem essem responsurus; videri locum, malè ab exscriptoribus habitum, mendisque haud dubiè corruptum: aut, si ne hoc quidem probaretur, certè librum ab ipsis natalibus spurium esse, inque *Augustini* familiam furto suppositum irrepsisse. Sed nî conuenire mihi, cum ingenio tubicinis alpini vellem, etiam huc intelligebat non temere me descensurum. Nam id præco sibi, eiusque σύνδειπνοι Stentores, perfugium ad ultimas necessitates patére volunt; vt, cum ad suas libidines inflectere quidpiam haud possunt, audacter totum expungant: rati satius esse, frontem semel omnem exuere, quàm in conciliandis partibus anxiè sudare. Quare *Iulius*, vti dixi, sollicitus quid responderem, exspectabat. Quem ego, gratiis eâ de re actis, monui, ne præpropero metu salutem desperaret. Nam in manibus, inquam, est victoria: quâ quidem ego sic vtar; vt declinatione quadam simul & consulam nobis, &

aduersarium cum vulnere repellam. Agedum enim, & *Augustinum*, ex præconis mente loquentem, auscultemus. Miracula *ideò sunt*, inquit, *approbanda*, *quia in Catholicâ Ecclesia fiunt*: non contrà. Nihil repudiamus. Sed cedò, quid horum omnium nobis incommodabit? Nempe, non per Miracula Ecclesiam *Christi*, sed per *Christi* Ecclesiam Miracula probari monstratriqúe. Ain' hoc effici tu buccinator? Aio, inquis; & *Augustino* totus assentior. Tum tu igitur, vide, quanto plus tibi, tuæque factioni, quàm nobis offeceris; vt tacuisse iam æternùm te velis: ne telo nos isto aduersus te armares. Nam si teste *Augustino*, ea sola pro Miraculis agnoscenda probandaque sunt, quæ in Catholica Ecclesia perpetrantur; sequitur, miracula in *Christi* Ecclesia, quantumuis senescente, non repudiari, (ut túte passim effutis,) sed approbari: neque ad *Antichristi* tempora ablegari, (quod item vnicè tu fingis) sed ipsimét Ecclesiæ semper reseruari. Certè enim si Ecclesiæ, non nisi nascenti,

scenti, & promissa sunt à *Christo* miracula & permissa; quo pacto nos hodie iubet *Augustinus*, per Ecclesiam Miracula sincera à sequioribus discriminare? Iactabant iam tum & sua Miracula *Donatistæ*; & suis gloriabatur *Augustinus*: Vtraque stare simul nequibant: & ideo altera probari, ac pro sinceris diuinisque agnosci; altera inter spuria, aut malis artibus effecta, censebat damnari reiiciqúe debere. Quo autem indicio? In Ecclesia, si fiant, inquit, iam *Lydio* lapide censentor approbata: Extrà vbicumque fiant, insincera atque adulterina agnoscuntor. Salua res. Obtinuimus ab *Augustino*, Ecclesiam parturire certè miracula; eaque sola haberi vera probaque, quæ in lucem ab hac matre edantur. Hoc impetrato, sic ratiocinemur: *Sola Christi Ecclesia Catholica parturit paritq; germana miracula; Igitur ubicumque terrarum germana miracula eduntur, ibi viget floretq; Christi Ecclesia Catholica.* Quid hic præco dicet *Augustini* placita nobis incommodasse? Profe-

ctò si præuacari causſæ ſuæ voluiſſet præco, telo nos petere opportuniore nequiiſſet. Confirmauit enim caput huius controuerſiæ: quo toto aliud neque oppugnabat ipſe, neque nos defendebamus, quàm, *Germana miracula eſſe probam veramq́, Eccleſiæ Catholicæ theſſeram: qua velut ſigno, dignorari grex Chriſti, ab hædorum petulcopecore, deberet.* Eſt enim hæc eiuſdem formæ ratiocinatio, cuius eſſet iſta; ſi de eo, quem ridendi facultate prędituũ videremus, continuò pronuntiarem, *eum vtiq, hominem, & rationis capacem eſſe*: pòſt rogatus cauſſam, hanc equidem afferrem; *Quia ſolus homo ridendi vim natiuam ſibi vindicat; Quare quisquis ea vi pollere ſe probat, hominem hoc ipſò ſe probauit.* Quâ in collectione, ſi malè me ratiocinatum eſſe, nemo cogitabit; Certè præconem omnes intelligent, hac conſimili argumentatione, ab *Auguſtino* conuictum potius fuiſſe, quàm defenſum.

VERVM

VERVM istud ego iam non ago, nisi perfunctorie, vt bellū hostibus inferam: magis est, vt vim ab illis illatam, iure meo defendam. Eò necesse adhuc est, vt, qd differre mihi videatur *Augustinus* aperiā; cùm ille *Miracula dixit, ab Ecclesia: nos autē, hanc diximus, ab illis demonstrari.* Est enim, quòd παῖδες οἱ νήπιοι * propè norunt, bipartita rei cuiusque demonstrandæ ratio: *a* altera, cùm ἐκ προϊόντων, * à caussis principijsq; effecta: altera, cùm ab effectis ἐξ ὑστέρων * ipsas caussas, ostendimus: quarum illa ratio, oculis quidē *Naturæ*; hæc verò *Nostris* plerumque magis est manifesta. Igitur altera potest alterius esse vicissim nota; quâ, iam caussas è suis effectis; iam itidem hæc ex illis, velutè certissimo signo, deprehendamus. Ita cùm lunæ defectionem plebes è tristi quōdam luridoque aspectu iam præsentem demum agnoscit; astrologi eam ipsam ex interpositu interiectuque terræ, tanquam ex caussâ, multo prius, quàm fiat, deprehendunt. Vtrique

46. EXPLICANTUR *Augustini verba, supra obiecta, primo sensu.*

* *Pueri etiam infantes:*

* *A Priori.*

* *A Posteriori.*

A *Ex lib. post. Arist.*

rectè

rectè; etsi non eodem modo vtrique. Nam si astrologos audias, dicent ij: naturæ caussàrumq; exploratoribus, non ex eo dignosci, eclipsin esse, quod cælum caligine quâdam & illuuie videant infuscari: Sed inde potius intelligi cælum tenebrescere, quod nôrint lunam statis temporum interuallis laborare consuêsse. Vulgum porro si hac ipsa de re consulas; perstabit ille, ab hac vmbrę noctisque imagine, velut ab indice suo, monstratam eclipsin agnoscere. Vt adeò non male Dialectici dicant, has ratiocinationes in orbẽ recurrere, κύκλῳ, quod aiunt, οὐχ ὑγιαζούσῃ *. Talem aio & hunc esse circulum; cum ab altera parte *Augustinus agnosci probariq; vult Miracula, per Ecclesiam*; quasi per matrem caussamq; eorum: cùm sincera Miracula non nisi in Ecclesia, perq; Ecclesiæ liberos: vsquam vlla fiant: ab altera parte *nos agnosci probariq; volumus Ecclesiam, per Miracula*; quasi per certa quædam eius effecta. Vbi profectò nobis *Augustinus* non pugnat; Negat enim Ecclesiam

* *Circulo non sospes.*

siam agnosci ex Miraculis, tanquam ex caussa; quod ipsum & nos damus: non negat item agnosci ex Miraculis, tanquam ab effectis; hoc ipso, quòd Miracula solius Ecclesiæ esse effecta concedit. Cuius rei, si fas esset, popularе specimen capere vos iuberem. Sed quia necesse non est, vt, quæ obuiam sunt, molestè persequamur: & mihi propior adhuc, ad mentem *Augustini* coniectandam, patet accessus: in quo demum acquiescam.

47 EXPLICANTUR eadem *Augustini* verba, sensu alio.

TAMETSI enim hanc interpretationem attulisse non pœnitet, planior tamen erit, vobisq; probatior altera, quam proximè adduco. Sed volo vobis in mentem pri⁹ venire, eius, quod apud vos manè disputaui; *a* quatuor esse diuinorum Miraculorum gradus, alterum altero sublimiorem: ac tres quidem priores supra omnem siue artis solertiam, siue naturæ potentiam prorsus eminere, nec nisi diuinitus effici posse: postremum verò, neque *opere* ipso, neque operis *modo* tam longè conditionem artis naturæque

a *Vide supra lib. 1. n. 60.*

excedere, qn attingi ab opifice creato quoq; possit: habere eum tamen adiuncta quædã & περιστάσεις, è quibus agnoscamus, eum naturæ fines transcendisse. His, inquam, in memoriam reductis; procliue iam erit, vt intelligatis, *Augustino* de his duntaxat vltimi generis notæq; Miraculis, quæ reuocari in dubium possint, sermonem fuisse, cùm diceret, *nõ ex Miraculis de Ecclesia*, sed contrà, *ex Ecclesiâ, de Miraculis, esse iudicandum.* Etenim cùm nihil obstet, quin hæc generis huius effecta nonnunquam à caussis naturalibus, aut stygijs molitionibus, reipsa proueniant: suspecta tantisper *Augustino* potuerunt videri, quoad ex adiunctis liqueret, ea non malis sanè artibus, sed diuinis esse viribus perpetrata. Idque rectè. Nã ne nos qdem vnquã voluimus idonea priꝰ è Miraculis peti signa posse, ad *Christi* Ecclesiã dignoscẽdã, quàm ea statuerem, sincera diuinaq; fuisse: quòd quidem ex eo statuimus cùm in Ecclesiâ Catholicâ, ac præsertim ad verum assẽuerandum, edita illa

la fuisse conspicamur. Cuius iudicij rationes, cùm moram mihi vos aliquam dabitis, non multo post explicabo. Quod porro ad ea Miracula attinet, quæ primorum esse ordinum: & liquidò certa testataque diximus: iurabo, nunquam in mentem *Augustino* venisse, vt negaret, *ex ijs dignosci veram Ecclesiam posse.* Quomodo enim hîc negaret, nî se ipse, quod alibi palàm tradiderat, refelleret? *b* Non piget eius nonnulla repetere. *Tenet illum in Ecclesia*, (& non solùm à *Iudæis* paganisque, sed à *Donatistis* etiam, hæreticisque diuertit) *auctoritas Miraculis parta.* Recipit idem sese, conditque *gremio eius Ecclesiæ, quæ circumlatrantes hæreses, partim Conciliorum grauitate, partim* MIRACVLORVM *Maiestate damnauit.* Quibus ille alijsq; pluribus in locis, si nondum apertè satis diserteque docuit, *Miracula* peridoneam probamque sibi tesseram esse, quâ

b *Aug. tom. 6. cont. epist. fundam. cap. 4. &, de vtilit. credendi, c. 16. & 17. Vide suprà lib. 2. n. 22.*

Eccle-

Ecclesiam ipse Catholicam, ab hæreseos sentinâ distingueret; nihil equidem caussabor, quin obscurum esse meridiem, solemq́; ipsum, vociferemur. Cùm enim eiusmodi *Miracula* ab alio euenire nullo prorsus, atque à supremo numine queant: cumque sint muta quædam eius testimonia, manu cælesti subscripta; atque item DEI insignia, quibus impressis suas ille tabellas signat approbatq́;; & præfractè sit impudens, qui hâc cerâ linoque numinis inspecto, agnitaque probè syngraphâ, & voce testificantis auditâ, quiritetur, adhuc signum sibi defieri quo rem testatam esse affirmatamq́; cognoscat. Habemus omnes hunc alter alteri honorem, vt manu cuiusque aut chirographo satis explorato, de tabulis ipsis, quin ab eo sint exaratæ, nihil ambigamus: Deo autem immortali, summæq́; veritati, tantumdem deferre homines recusemus?

C. *Quod ipse concedit aduersarius, pag.* 100. §. 4.

VBI

VEI non possum, quin præconis hâc ipsa de re pertinaciam, cum incredibili stupidiate coniunctam, vobis proponam. Is enim, vt pleriſque in alijs, ita in hoc etiam, quid à sanis bonisque dissentiat, ridiculè prodit. Quippe solent ceteri omnes, Principis edicta, cum à valuis publicis suspenduntur, ex eo statim proba veraque cognoscere, quòd ijs sigillum principis annulo vident esse impressum: nec exspectant segnes, dum perlectis omnibus demum statuant, Principis illud edictum sit, nec ne. Quoniam è sigillo (si sincerum sit) litteris; non è litteris sigillo (nisi de quo dubites) auctoritas conciliatur. Ita nos quidem more à maioribus tradito assolemus. *a* Quid è contrario nouator? Inuertit omnia. *b* *Si doctrina*, inquit, (*cuius stabiliendæ Miraculum patratur*) *cum claro Dei verbo congruerit. Miraculorum ab-*

48 PRAEcognitum sigillum ex litteris, non litteras ex sigillo aut cognosci debere.

A. *Ita ex Miraculo Deus fidem fecit Moſy. Exodi 4. §. 4. & 5. & ſeqq. Item Apoſtolis, Marci vlt. Domino ſermonẽ confirmante ſequentibus ſignis.*

B. *Præco. pag.* 100. §. 22. *ex germanico.*

soluis-

ſoluitor, & germanum habetor. Secus, proſpurio abdicator, neq; curator; tametſi vndiq; prodigijs omnia pluant. Hæc præco; cùm tamen præfatus fuiſſet, *Miracula ſigillorum inſtar eſſe, quæ tabellis appenderentur.* c Quod quidem dicere: nihil aliud eſt, quàm *ſigillum à litteris, non litteras à ſigillo confirmari.* Cui bono igitur ſua quiſque litteris inſignia imprimimus? aut quem in finem, Principum annulis edicta conſignamus; ſi litteræ ſibi per ſeipſas vim omnem auctoritatemque conciliant? neq; cereum ſigillum eò ſpectat, vt dubijs edictionibus robur aliquod pondusque addat? Fingamus igitur (quod fieri quidem & ſerio poteſt) Principem palàm decreti tabulam figere, de re, ciuibus oppidò aut moleſta, aut certè controuerſa. Lecturi accurrant omnes, legantque. Videant ceram, linumque Principis, & germanum inſigne liquidò appenſum. Quis omnium erit tam ſtolidè caudex, qui perlecto prius edicto, tũ iudicaturum deniq; ſe dicat, à Princi-

c. *Præco ib.* §. 4.

pe

pe illud, an ab alio dimanarit? Et certè cùm talis etiam legerit, remque perodiosam, maleq; displicitam, edici viderit: facilè se homo absoluet, si hunc sibi tubicinem in consilium aduocarit. Nempe, Principis eas esse tabulas audacter pernegabit. At annulo tamen cerâque principis eæ signantur? Tanquam id populus curet! Indiciũ sui facerent, si placuissent; si auribus animisque cupita promitterent. Nunc, à studijs nostris opinionibusque dum abhorrent, dum portoria tributaque solui, dum pecuniarias exigi præstationes iubent; enimuero facessite sigilla, & ceræ, quotquot estis, abeste omnes: fidem apud nos merentur, non annulis impressa insignia, sed animorum lenocinia, & auribus obtrusa poppysmata.

HANC ego fingere fabellam vos iusseram. Intempestiuè! Nam præco tuus, *Adulphe*, nondum inuitatis sequacibus, præsultor adfuit; & quicquid fingere vos ægre poteratis, id omne iam ille præuertit, serius actor. Fatetur, quod audistis ipsi. (& fatetur, expres-

49 PRAE*co Ordinem rerum inuertit.*

expressa Christi pollicitatione coactus *a Miracula, esse Dei quædam sigilla, b litteris cælestibus impressa:* & inficiatur tamen, ea fidem sibi vllam mereri, nisi lectori prius argumentum caputque litterarum se cõmendarit. Quid igitur eos consilij iubebit capere; quibus de sensu obscuriore sententiaque litterarum non conuenerit? Vbi alter prorsum alter uorsum, rapere mentem loquentis oraculi volet: & alterum alter interpres magnis vocibus damnabit: quem præco duelli tunc finem, aut controuersiæ metam vtrisque ostendet? Nos quidem litis compendium facturi, ad *Sigillum* prouocabimus. Neque enim pugnantes partium opiniones, simul ambæ consistent: cùm duorum ἀντιρρήτων, * alterum necesse sit, esse falsum. Vtris proinde litteris, aut litterarum interpretibus appensum Dei sigillum faueat, vtris syngrapha diuinæ veritatis adiecta sit, obseruetur. Hoc litigantes indicium absoluet. Neque iudex tam improbè

*Contradicentiũ.

A. *Marci vlt. v. 17. Ioan. 14 v. 12.*

B. *Præco. pag. 100. v. 4.* absur-

absurdus erit ullus, qui in hac duorum lite, simul ut alteri subscripsisse DEVM viderit, pro eodem non illicò sit pronuntiaturus. Atquî ad præconis tui tribunal, *Adulphe*, causla æternùm ampliata semper dicetur, nunquam perorabitur. Partes enim suam quisque iactabunt sententiam; & deierans peieransque contumacia, dum nec vinci se sinet, nec vincere sinetur, æquior causla nullum, ne in Dei quidem testâtis chirographo, per Islebici prætoris stultitiam, perfugium habebit. Neque hic suam mihi næniam Præco, ab *Hecuba* iam inter quasillarias neptes occentatam, molestè repetat: vt nimirum, faciles esse claraſque diuinas litteras; & siquid in iis non æquè traluceat, id continuò ex aliorum luce clarescere, affirmet. Nam præter quàm, quod mille calamis, & auctorum momentis, ea est vanitas refutata: res etiam ipsa confutat. Sexcentas meminimus ab Ecclesiæ exortu hæreses exstitisse, & capitibus totas, & corporibus discolores; quarum omnium vix fuit vlla, quæ

litteras sibi sacras patrocinio aduocare, suisque eas erroribus absurdissimè stultis mantellum prætexere, non laborârit. Ac ne de pluribus agam: vtri hodie tenaciores, in ijs ad se trahendis sint, *Calui* an *Lutheri* nepotes, vix habeo mecum statuere. Tamen, vt huius etiam pugnæ voluptate vos aliqua impertiar, accipite, quædam de factione Islebia seorsim, ac pæne sola: sed obuiam ferè data, nec nimio mihi studio requisita.

CAPVT XII.

Exempla quàm hæreticis claræ sint facilesq; sacræ litteræ.

90 HÆRETICOS *Vmbram scripturæ habent.*

ET proludit hanc ad rem opportunè *Hieronymus*; cum hæreticos ostendit, (quicquid ipsi delirè glorientur,) nec litteras adeo diuinas, nec litterarum sigillum; sed illarum quidem vix vmbram; huius verò ne vmbram quidem sibi retinuisse. *Non enim in scripturarum verbis*, inquit, *enan-*

euangelium est, sed in sensu; non in superficie, sed in medulla; non in sermonum foliis, sed in radice rationis. a Quare cùm hæreticis de *sensu, medulla, radice*, minus inter se conueniat, quàm canibus de macello dimicantibus; dabimus illis, vt in *verbis perperam* intellectis magnificè triumphẽt: certi, *non in legendo*, (quod idem monuit) *sed in intelligendo consistere scripturas.* b. Eâ de re video placuisse viris doctis, vt *scripturam* vaginæ, gladioque vaginâ recondito similem pronuntiarent. Sed *vaginam* quidem esse, *literam*: quæ nihil admodum iuuet hæreticos, cum absque spiritu, sensuque legitimo legatur: *Spiritum* verò esse, *veram intelligentiam sensumque litteræ germanum, penetrabiliorem omni gladio ancipiti.* d Atque hunc velut animam scripturæ, hausit Ecclesia didicitque, interprete viuâ Apostolorum voce: quam eorum au-

A. *Hieron. aduers. Lucif. & in 1. ad Galat.*
B. *Hieron. ibid.*
C. *Ita Paulus 2. Cor. 3. §. 6.*
D. *Epist. 2. ad Cor. 3. §. 6.*

ditores incoram exceptam ad posteros vel scripto transmisere, vel ipso continuo vsu propagatam, quasi per manus, alii aliis tradiderunt. Nec aliâ ferme ratione pleraſque hæreſeon iugulauit, & litibus identidem gliſcentibus, modum finemque impoſuit. Sola quippe littera, veluti cruſta quadam, vix eſt, vt vlla ſe hæreſis conuinci patiatur; cùm eam æquè omnes ad ſe trahant, miſereq; laniatam agant ferantque; dum per inuia, deuia raptatam, ad ſuæ demum ſtultitiæ ſenſa conforment. *e* Quamquam ij ne ſic quidem id conſequantur miſeri, vt in medium conſulant, vnamque omnes interpretationem * ὁμοειδῆ * excudant, quantumuis informem, & illepidè pictam. Quod equidem miror vehementer, ab illis confieri nondum poſſe; ſi homines perſpicaciſſimi non mentiuntur, qui ſibi litteras diuinas, quouis meridie clarius lucere tam aſſeueratè contenteq; gloriantur. Damnaremus ſuper-

* *Vniformem.*

E. Fatetur ipſe Caluinus 4. inſtit. c. 17. §. 25.

cilia

cilia grammaticorum, si *Maronem* contenderent in eo versu clarissimè locutum, quem ipsimet trecentis lucubrationibus, in totidem sensus, per mutuas altercationes assiduè distraherent, & contumelijs adhuc sub iudice alter alterius sententiam lacerarent. Et ij tamen tam stolidè bardi fungique vix essent, quin omnes, si ab inferis iuberet *Maro*, quæ sua sibi mens fuisset, nuntiari; idque dato per annulum, sigillumq; indicio confirmaret; posituri lites, atque in eam denique sententiam discessuri essent, cui testatus auctor tam apertè subscripsisset. Facerent hæc illi, tametsi ad serendas lites, stylisque atrocibus persequendas, gens nata. Sed tui Præcones, *Adulphe*, continuant suas inter se simultates, & in scriptura ad suam quisq; libidinem fingenda torquendaque miseri consenescũt: quicquid interim Ecclesiæ solius sensa probari, & sigillo (ne ipsis quidem inficiando) confirmari à DEO, per assidua Miracula, conspicentur?

51

1. Exemplum discordia hæreticorum in scriptura de specie panis.

Sed memor instituti, ad hæreticorum concordiam accedo, quam illis sacrarum litterarum perspicuitas, miram, ac pæne incredibilem generauit. Incredibilem, inquam, *Adulphe*! neque tu toruior hoc, quicquid conuitij est, audi: Nam id profectò, cuius credendi, nullum nec indicium videmus, nec principium habemus, patiêre tu tantisper, vt *incredibile* nominemus. Aut si nondum hoc abs te impetro, exorere tu aliquis tuæ factionis vltor, & nega. Vbi tamen negaueris; vide quid oneris ingruat humeris tuis; *quantum etiam nolit*, (imò nequeat) *ferre, rogatus Atlas*. Id si nõdum tu vides, suppeditabo rem sensibus obiectam; sed ἐν, παρόντι. * Quæro ex tuis ἑρμηνεῦσιν. * ecquid isto verborum compendio, Τὸ ἐστι τὸ σῶμά μου, a voluerit sibi *Christus*? Verba enim, si vsquam ulla sunt, hæc ex omni numero videntur eximiè clara; & si Grãmaticos interrogem, credam non exspectato *Prisciano*, rubentes à matre pueros, vocum illarum significa-

* In trãscursu, obiter.
* Interpretibus.

a Luc. 22. v. 19. *Hoc est Corpus meum.*

tionem

tionem examussim esse dicturos. Iam autem, quid perspicaces tui ἐποπτικοί * de eâdem sibi clarissimâ oratione dicant exspecto. *Caluus* vtique σὺν τῷ τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου *Beza*, *hoc est corpus meum*, tantumdem est inquit, quantum si dicat, *hoc non est corpus meum*. A Itané *Calue*? quis *Festus* hanc te nomenclationem (bellam! ita te omnes *Orbilij* plectant!) edocuit? Clara, inquit, perspicua fuit, neque glossario nunc eguit. Nam sol meridianus, serenior ipse nullus est, quàm hæc mihi liquida sudaque est oratio: vt mirer, esse, qui cum *Drogene* laternam adhuc requirant. Quomodo autem, quæso te, *Calue*! Nam ita dum obscura est mihi hæc ἐξήγησις * tua, vt noctem ipsam diescere præillo sole iam putem. Nempe oculos, inquit, noctuinos habes: meos haberes, iam

* *Speculatores.*

* *Explicatio.*

A. *Ita clarè deducitur ex placito Calu. lib. 4. c. 17. & alibi passim. Vide Romaum effig. Caluini, Sect. 3. colore 21. Idem. & Bezæ epist. ad Thomam Tilium. Vide Gaulter. ad ann. 1500. in errorib. Caluin. 94.*

aquila videres, idem esse ἔστι ἐστί atque ἔστι οὐκ ἐστί: Sive, si latinè males; *Hoc est*, nihilo plus esse, quàm *Hoc non est*; & *Corpus*, æquè sonare ac *Non Corpus*; Et *Meum* denique, *Non meum*. Tersa, quis neget, & rotunda interpretatio! & quippini? tanquam in re manifestâ. Verùm, vt omnia colligas; tuis iam verbis totam orationis summam repete. Facile, inquis, negotium est. Nam *Hoc est corpus meum*, id est, *Hoc non est corpus meum, sed quædam corporis mei figura & vmbra*: ac ne tu nescias, quàm hæc dilucida conspicuaque sint: noctu etiam, cùm nos aliud nihil videmus, ea vidit ante me *Zvvinglius*: [b] in eo solo dubius, per *albam an atram imaginem* illa conspexisset: quanquam is, puto, crepusculi error, non oculi fuit. Hæc è lacu Lemanno *Gebennicus* hospes. Quid in iisdem verbis *Islebius* viderint, auscultemus. Atque ecce tibi! totis copiis grumpunt; vnaque o-

b. *Vide Geneb. in Leone decimo: & Sact. repet. 1. c. 10. Gaulterium ad annum 1500. c. 7.*

mnes

mnes & *Caluum* à nidore fumantis ad huc cauterii, caligantem, & *Zuinglium* à somni vertigine nondum vigilem, hæc vociferantur inspexisse. Sed aberrasse de via vtrumque; non tam *verbi* obscuritate deceptos, quàm iudicii mentisque fuligine excæcatos. Se autem solos afferre, ad rem arbitrandam, oculos puros, & Lutheri axungiâ (probatissimæ notæ collyrio) delibutos; quibus longè aliam verbis subesse mentem videant. *Hoc enim est corpus meum*, aliud non significare, quàm, *Hoc est panis simul, & Corpus meum, c* Quem enim non videre, quin liquidissimè sic tota sibi sententia constet? Panem enim corpusque societatem coisse, nullis odiis soluendam. Hîc ego denuo tumultuantem ab *Islebiâ* turbam accipio; qui confusis obtusisque vocibus, alii ab aliis dissentiunt, &, nescio quid, de

G. *Ita Panistæ, seu Impanatores Lutherani, apud Val. tom. 4 D. 6. q. 3. p. 2. §. 1. Vbi sub finem Melanchthonis falsarij in hac re inconstantia describitur. Item apud Coninck q. 75. n. 49. ex Trid sess. 13. cap. 4. & can. 2.*

Corpore iam viuo, iam examini muginan ur: dubii fortaſſis, an vnà cum corpore ſanguinem adeſſe, pronuntiarent. Alii clarius in factiones pruriunt. Nequaquam id eſſe, quod gentis coryphæi præiſſent. *Hoc enim eſt corpus meum*, æquè dici, ac ſi diceremus; *Hoc nondum eſt, ſed erit corpus meum*; ſimul nimirum, ac labris hiantibus excepero. Imò, non prius, inquit alius, quàm per gulæ meatus in ventriculi penum penitus tranſmiſero. Exclamat ab angulo tertius: & apagete has inficetias, inquit. Quid enim ſi etiam traiectum, è ventriculi nauſeantis fundo reuomatur, an putabitis id *Chriſti iam corpus* fuiſſe? Id imò ſolum atque vnicè *Corpus eius erit*, quod ita reapſe ſumitur, vt etiam conſumatur: nullis tum iniuriis periculisque obnoxium.

52. QVID *Lutherus ipſe in hac diſcordia ſenſerit.*

Hos tumultuantis plebeculæ clamores, ut ſublatos *Martinus* demum ac *Pomeranus* accepere, veriti ne *Lapitharum* recrudeſcerent pugnæ, ſi diludium ipſi ſuum porro diſtuliſſent, accurrunt ambo; quam-

quam

quam alter ab amphora vitrei gurgitis, iam probè irrigatus; alter vtique à concione tribunitiâ fessus ægre anhelabant. Ibi tentatis induciis, quiescere partes iubent: se plus aliis & acutius tueri; corpusque *Christi*, Eucharisticum etiam agnoscere, tametsi non sumeretur. Non passus hîc est *Adulphus* absoluere; sed violentior interpellans, vim *Luthero* censuit fieri; vt quinihil *corporis* aut *sanguinis* admiserit, extra vsionem. *c* Respondi, violentas has manus sibi *Lutherum* ipsum attulisse; vt qui *Vertumno* quouis mutabilior, *Tritones* imitetur, quos obliquare vertereque in turribus identidem venti solent. Nam ita eum, vti memoraui, sensisse; potes tu ex *Haggenburgio*, Erfurdiensi rabula (indice vobis non repudiando) breui cognosse. *d* *Mulier*, inquit,

c *Luth. in Concord. cum Buc. ann 1536. de qua Hospin. p. 2. hist. Sacram. ad an. 1536.*

d *Ioan. Haggenb. libro contra non. Zvvingl. de anno 1542. apud Iacob Gretz. Sum. cas. pag. 76.*

canaturiens, cum incautius de calice libasset. sanguinis Christi plusculum in vestem, ac sedilia refudit, Id conspicati Lutherus ac Pomeranus, continò accurrunt, erectisq; linguis sanguinem quà in veste, quà in subsellijs sublambunt: locum deasciant, vestem radunt; quicquid abrasum est, ad hilum comburunt. Hæc Haggenburgius tuus, sed verbis aliis; quibus ille germanicis usus, rem eamdem perscripsit. Quod *Lutherus* profectò nunquam, vt faceret, animum induxisset; neque tanta se mole mouisset, pendensque paleare, & ventris exstantem aruinam eovsque demisisset, vt humum elingeret; nisi *Corpus* ibi *sanguinemq; Christi*, homo religiosissimus, cogitasset. Quod si eâdem in re alibi aliud sensit; vides, *Adulphe*, iam ipse, quàm ne *Luthero* quidem clarè luxerint hæc *Christi* verba, quin eadem aliter aliterque interpretanda sibi esse putarit. Nec verò his finibus tenuit se tuorum discordia, vt tribus quatuorue classibus diuisi concurrerent: alii super alios adhuc tumultuantur. Et obser-

uatum

natum est eruditis, e factiones horum esse plus octoginta; qui variantibus sententiis, discrepantes totidem ac pugnantes inter se pleraſque commenti sint interpretationes, huius vnius, qua de agimus, orationis: vt poëtæ mihi videantur, nulli olim ne *Hydræ* quidem tantam tamque informem capitum turbam imposuisse; neque *Penthea* Bacchæ in totidem membratim partes distraxisse: quot isti, miseris modis, vnam *Christi* sententiam, (suo cuiusque iudicio clarissimam) interpolarunt, deformarunt, lacerarunt.

HANC disputationem *Iulius*, cùm vehementius probasset, quàm ferre *Adulphus* crederetur posse; percontatus est, ecquid dicere pro suis præconibus vellet? alioqui se in partem subsidij venturum, quæque ego de hac eorum concordia dixissem, paribus exemplis prosecuturum. At 53. 2. Exemplum discordiæ hæreticorum, de Calice.

E. *Claud. Sanct. repet.* 1. *de Euch. c.* 10. *& Greg. Val. tom.* 3. *d.* 1. *q.* 1. *p* 7. *q.* 3. *Imo testatur Romæus spect.* 3 *col.* 21. *n.* 3. *numerari ad ducentas.*

Adulphus, non tam ægre se, quàm nobis videretur, hæc ait auscultasse: quin potius vnum id sibi dolitum esse, quod citius hanc suorum altercationem non aduertisset. Existimasse antehac aut philosophis solis in trahendo fingendoq; *Aristotele*; aut certè horologijs inter se non satis conuenire: nunc suos etiam antistites sibi videri in iurgijs stipendia merere; & sacras litteras, veluti mollem ceram, in omnes formas, per discordiam litesque mutuas, conformare. Quare, si quid *Iulius* in incepto pergere decrêsset, se non intercessurum. Exhilarasti me, inquit, *Iulius*; poteram enim subuenire, ne tu ferendis tuorum iurgijs non esses, si eadem à me quoque recenserentur. At quia virum te video, qui decoquere iam illorum probra didiceris; consilium est, quædam ad instituti confirmationem, quæ quidem comperta habeam, afferre. Etenim in *Calice* quoque consecrando, si tam plana *Christus* oratione est vsus, quàm vos contenditis; necesse erit, vt omnes in

re

re perſpicuâ conſpirent, neq; allucinati alij nigrum, alij album interpretentur. Sed legiſti, reor, *Martini* tui ſympoſiaca. *a* Video annuentem. In ijs memoratur, rabulam *Noricum*, quod calice miſer deſtitueretur, huc olim neceſſitatis deueniſſe, vt cum aniculæ iam cænatæ, potum appararet, correpto cochleari, diceret; *accipite & bibite: Hoc eſt cochlear noui teſtamenti.* Vbi ſi proletarius hic præco, *Calicem Chriſti* ſenſit, nihil aliud latinis valere, quàm *cochlear Chriſti*; idque manifeſtum eſſe peruidit: neceſſe erit, etiam viderit *Lutherus*, & approbarit. Nam in re minimè obſcurâ, vt caligaſſe hanc aquilam tu dicas, non licet. Potes igitur audire, quid ea de re Magiſtro ſit viſum. *b* *Ego ſanè, ſi magiſtratus ibi ſim*, inquit, *nebulonem ſcurramq; hunc tam inſulsè βλασφημοῦντα ſupplicio iubeam* digno *remunerari: Et vel annuo carcere cochlear, tam illepidum expiare.* Vides in re eâdem, aliud heroëm hunc tuum, aliud mediaſtinum præconem vidiſſe? Quî ergo perſeueratis

A. *Sympoſ. tit. de miſcellaneis.*
B. *Luth. in Colloq. Symp ib.*

sacra omnia per se omnibus tam liquidè aperta dicere ? Sed hæc tui de *pane* fortassis *vinoq;* duntaxat pugnant : in ceteris nihil adeò discordes? At illos ego ne in *Aquæ* quidem elemento concordes agere ostendã.

54

3. Exemplum discordiæ hæreticorum, de aquæ Baptismi

Hunnius (è tuis haud ignobile nomen) negat baptisma *Christi*, aliter, quàm aquâ confici posse : & minus nihilo te profecturum, si quem vino, aut lacte abluere. *a* Hunc discipulũ magister magno suffragio tuetur. *Si quid aliud*, inquit, *adhiberes, quam quod expressit & adhiberi iussit Deus, non baptizares, sed illuderes. b* Recte hoc vterq; & ex vero: dum ne sui pòst immemores secum ipsi confligere atrociter inceptent. Sed video, certè iam aliquid abnutare *Martinum*: quod hac in re potest omen videri, constantiæ non æternæ. Auscultemus. In suis ille Colloquijs, (vt omnia sunt per quàm bella, quod nosti) cum de baptismatis materiâ disputaret, aquæ iam paullo infestior, oculos

A. *Hunn. de Bapt. cap. 10.*

B. *Luth. tom. 7. Witteberg. edit. 1557. fol. 310. & similia, fol. 377.*

non

non obscurè ad vinum adiecit; atque liberè, *quicquid dici posset balneum, ad seruire, & aptum esse ad baptismum*, proclamauit. c Vix dum hoc ille dixerat, & ecce de *Lemanâ* palude alterum, qui μακρᾷ φωνῇ * præeuntem pausarium excipit. *Is Theodorus est Beza; d Defit aqua, ego certe quouis*, inquit, *alio liquore, non minus rite quàm aquâ baptizârim.* Ac ne de nihilo hæc clamet, adijcit decumani mendacij molem. Nam, *nec aliter*, inquit, *de his rebus ipsi etiam superstitiosissimi scholastici scriptores censuerunt.* * Ξεῖνε λίαν ἀυχεῖς, Qui tibi sunt illi tam coniurati scriptores? Duos proderes; de sexcentis crederemus. Iam vt à te singuli rogentur, negabunt vniuersi. Et legeramus antehac, *renasci hominem ex aquâ & Spiritu sancto* debere: Quis primus te lexicographus docuit, aut *vinum* latinis, aut *Zythi balneiq;* liquorem, aut, nescio quid aliud infame, pro AQVA esse? VERVM

* *Longinquâ Echone.*

* *Hesper. Valde ampullaris. Hom. Batrachom.*

c. *Luth. in Coll. german. tit. de Baptis. Et in Colloq. lat. tom. 2. fol. 130. edit. Francof. in 8.*

d. *Bez. tom. 3. opusc. Theol. epist. 2.*

Verùm habeat hoc singulare *Materia*, vt variari à tuis mutariqúe possit: *Forma* certè aliqua relinqui Baptismati debebat, ne nouam illi quotidie personam induceretis. Et Præscripserat legislator hanc dudum vnam, *Βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.* a Nec aliâ hodieq́; nos agnoscimus. Hodie, inquam: ne tu mihi negotium facessas, de *Apostolorum* æuo: quibus olim licuisse in Christi nomen Baptizare, aiunt è nostris iuxtà negantqúe multi; neutros damnamus: Etsi certè ne tum quidem absque prærogatiuâ id licuit; quam *Christus* singularem primis initiis potuit velle concessam. Quare perstat in hac sententia *Hunnius*, b negatqúe Baptizari quemquam hodie posse, nisi Triados personæ omnes explicatè innocentur. Et viderat quippe vitricum sibi suum, facem luxisse; qui ali-

a. *Matth. 28. Baptizantes eos in nomine patris, &c.*

b. *Hunn. de Bapt. c. 10.*

cubi,

cubi, *c siinfantem*, inquit, *tingeres aquâ, nec adderes ipsa baptismi verba; sed pronuntiares orationem dominicam, aut alia quædam verba è litteris sacris, ea tinctio non esset verus Baptismus.* Audis *Adulphe*, magnum verum: & gratularis iam, reor, potuisse *Lutherum* à bonis aliquando non dissentire. Quamquam eum tibi mox ostendam, à se ipso turpius abisse. Nam vide sis hominem non vniusmodi, nec simplicem, sed planè versipellem. In aureolo tuo libello, quem tibi de captiuitate *Babylonica* fatur & fartus euomuit, hæc leges eius verba: *d Quocumq; modo tradatur baptismus, modò non in nomine hominis, sed in nomine domini tradatur, vere saluum facit.* Intelligis, iam certè fugam illum à se clanculo moliri. Et tegi defectio hæc posset, si longius à castris suis non discederet. Verùm ecce tibi, iam effusâ fugâ viis omnibus palantem. *Non dubitem*, inquit, *si quis in*

C. *Luth. in homil. de Bapt. tom. 7. lat. edit. VVittenberg.*

D. *Luth. in capt. Babyl.*

nomi-

nomine Domini suscipiat, etiamsi impius minister non det in nomine domini, verè baptizatum esse in nomine domini. e Itáne ergo; & nihil iam dubitas, Martine? At paullo tu ante non ità senseras. Et quid paullo etiam pòst sensurus sis, adhuc exspecto. Nam finge, tam impium esse ministrum alicubi, qui baptizare in nomen *Luciferi* tentet, iterum ne tu, *non dubitem*, clamabis? Certè enim clamabis; nisi rursus tuis in verbis *Vertumnus* videri eliges. Quæ tamen res solari te possit, habes stultitiæ tuæ sectatorem, *Brentium*; quem iuuat audire, de Baptismatis forma ridiculè ineptientem. Etenim, legitimè collatum iri baptismum ait; si Catechumeno symbolum fidei professo, minister hæc porro subiungat: *Audiui iam ex te confessionem fidei tuæ, quod credas in DEVM patrem & filium, & spiritum S. In hanc igitur confessionem intingo te in Aquam, vt hoc signaculo certus sis, te esse insertum Christo: Vade in pace.* f

E. *Luth. ibidem.* F. *Brent. in Catechis. cap. de Bapt. Vide Iacob. Gretsc. cath. consc. cap. de Bapt.*

Cùm

Cùm effusius hîc ego cetériqúe risissemus; *Brentij* festiuum ingenium hoc plausu dignati: ne ipse quidem *Adulphus* is fuit, qui se diutius teneret; Sed, tametsi horum me omnium pudet, inquit; est ea tamen huius præsertim insciti, quæ rubori meo risum excutiat. Et profectò nolim huic infans ego ministro in manus venisse, qui tali me baptismate lustrasset. Iamque adeò verisimile, ne cetera quidem θεοδοξότερα, quæ tradidisse de Sacramentis hi mei feruntur, hausta è vano omnia fuisse. Posteà enim, quàm in Calui epistolis legeram; *ipsius nihil referre, sitne homo Lucianicus, qui baptizet, sitné diabolus*; [a] cùm alibi tamen [b] *omne Baptisma, quod ab alio*, quàm tribuli præcone daretur, pugnaciter repudiasset: cumque ego non tam doctrinæ ἀνυλλογίαν, quàm stygii popæ ministeri-

56. 5. Exemplum discordiæ hæreticorum, de ministerio.

A. *Caluin. epistol. 87. ad Caluin.*

B. *Idem in 4. institut. cap. 15. §. 20.*

um

um exsecrarer: vestri mihi cum risu insultârunt; Idem hoc & *Lutheri* mei scitum fuisse; vt qui alibi fateatur, *Baptismum à diabolo collatum*, haud dubiè ratum esse. *c* alibi verò non solius Baptismatis, sed *omnium sacramentorum* ius diabolo concesserit. *d* Hæc vt ego tum *Lutheri* conuitia esse, non effata crederem, effecerat *Hunnius*, inter nostros, paucis ab hinc annis, antesignanus: qui atrocissimo tam impium *Bezæ* dictum, atque à nostrorum sensu abhorrens, inuehitur. At vos reducitis nunc in viam, vt prope credam, ab iis, qui tam ἀβδηριτικὰ * iam ante concesserint, etiam hæc demum ἀλογίστως * effutiri potuisse. Quamquam si nullam in his illi pugnam dedissent; vna in lite sæpe suspectam eorum caussam iudi-

* abderitica, stulta.

* sine ratione.

C. *Ita Romani de Caluin. spectaculo 4. colore 30. in notis. num. 7. Et Hunnius de Bezæ in Sacram. c. 13.*

D. *Apud Gabr. Vasq. 3. p. de Sacram. d. 138. cap. 1. & verba Lutheri habes, in lib. de Missa priuata & Vnctione Sacerdot.*

caui;

caui; quâ equidē animaduerti, de numero sacramentorū inter nostros coiri societatē amicitiamque non posse.

Nam ipsemet memini *Lutherum* hac de re non vniusmodi sententiam pronuntiare. Alibi namque, *e neganda mihi sunt*, inquit, *septem sacramenta, & tantum tria ponenda, pro tempore.* Vbi istud *pro tempore*, mihi nunquam non visum est ominosum. Quid enim potuit aliud homo velle, quàm vt ostenderet alio tempore se cum videretur, numerum hunc accisurum? Quod continuo vidimus effectum; cum ad VValdenses rescripsit, *f Scripturam duo tantum sacramenta nosse.* Et nondum ego mirari hæc desieram; cùm rursus ille, *si vsu*, inquit, *scripturæ loqui velim, non nisi vnum sacramentum habeam, & tria sacramentalia signa. g*

57. 6. Exemp. discordiæ her. de numero Sacrament.

E. *Luth. lib. de capt. Babyl. cap. Eucharist.*

F. *Luth. lib. ad VVald. de Euchar. tom. 2. edit. Ienens. germ.*

G. *Luth. lib. de Babyl. captiuit. cit.*

Mihi

Mihi frigidus horror iit, tam *πικίλας καὶ ἀσυζαλίας* * lectitanti: & eam ob rem animi pendens, ad *Lutheri συνεργὸς* abii, visum, an & illi variarent. Ecce autem, in primis ordinibus *Philippum* illum, quem græco nomine *Melanchthonem* etiam in Germania vocamus. Is principio, cùm *duo nobis sacramenta concessisset*: *h* cæpit non multò post, *tria & semis* probare: Nam *numerentur*, inquit, *hæc sacramẽta; Baptismus, Cœna, Absolutio: placet etiam addi Ordinationem.* *i* Ac denique pœnitudine ductus ipse, *ad duo* rediit; tertium verò plebi liberum reliquit. *k* Damnaui iam tum inauspicatum numerum: Et in Augustanæ confessionis apologiâ quæsito consilio, proximè laqueum deueni. Siquidem & ibi repertis *tribus sacramentis*, creuit scrupulus: quẽ ipsum,

* *Varia & inconstantia.*

H. *Philipp. in locis ann. 1523. Argent. excusis. cap. de signis.*

I. *Id. in locis Lipsiæ anno 1546. fol. 365. & rursus ib. anno 1560. editis.*

K. *Idem in artic. Bauar. inquis.*

nescio

nescio quis *præconum* ; *l* vt mihi eximeret , lepidè mirè cæpit argutari. Primò enim, vt *duobus retentis* , tertium abdicaret, contendit, *Absolutionem* inibi non pari, quo *Baptismum* & *Eucharistiā*, sed ampliori significatu & quasi *ἀνώτερως*; * Sacramentū vocari. Respondi, non videri ; eò , quòd Apologia *m* disertè de *veris Sacramentis* loqui se fateatur: & subieci cōtinuò verba ex germanico reddita; *vera sunt sacramenta, Baptismus, Cœna Domini, Absolutio. Quia hæc habent mandatum Dei , & promissionem gratiæ.* Expalluit homo , mihique perturbatior, Mi adolescens, inquit, nondum tu litteras nosti. Nam absolutionem agnoscit quidem Apologia , *propriè dictum esse sacramentum*; non tamen, *quàm maximè propriè*. *n* Erat subtilior hæc Magistri responsio , quàm vt ab adolescente caperetur. Eam ob rem ego veni-

* *Impriè.*

L. *Dieterich. in Catech. pag.* 105. *Cuius liber ab Adulpho consultus fuerat.*

M. *Apol. pag.* 88. *anno* 1580. *germanicè edita Dresdæ.*

N. *Dieterich. loc. cit.*

am, precatus, cogitaturum me dixi: Certè autem nec verbis alijs, nec argumentis, Apologiam de *Absolutione*, quàm de *Baptismo Cenaq́*, disputare. Igitur vti censuerit, *Baptismum* non modò *propriè*, sed & *quàm maximè propriè Sacramentum* dici, eò solùm, *quod mandatum Dei, gratiaq́ promissionem habeat*; itidem & de *Absolutione* censeat, esse opus; cum eidem par & mandatum, & gratiæ promissionem esse confiteatur. Potuit inacuisse viro liberior hæc oratio, nî vela tempori contraxissem; vultuque composito, factum mihi satis in præsenti simulassem. Hæsit interea tamẽ animus mihi, neque tam retinens *Lutheri* dehinc fuit, quàm anteid hac fuerat.

589 ALTERUM *præconis argumentum primarium contra Miracula.*

CAPVT XIII.

Alterum Præconis argumentum miraculis oppositum; & solutum.

HÆc adeò cùm *Adulphus* non absurdè finiisset; ego vel boni omi-

ominis principium ei gratulatus, denique sic concluſi; vt dicerem, videri iam plus ſatis ad primi argumenti quiſquilias reſponſum: & è contrario monſtratum, veri nominis *Miracula* nuſquam alibi, quàm in *Eccleſia Dei*, fuiſſe ad hunc diem inuenta: eaque probum indicium eſſe, quo proximè ad veram Eccleſiam iretur. Ad quæ *Adulphus*; Ne vno me telo, inquit, putetis infeſtum adeſſe: ſuppetunt aliæ adhuc vires, ad conſerendas manus; nec animis ego meusque præco deficimur, nec argumentis. Quam enim de primâ mihi pugnâ victoriam promiſeram vanè, eam ab altero fortaſſe congreſſu ſinetis me reportare. Ideo hanc alteram vobis promulſidem, de præconis mei cupâ propino: quæ eſt huiuſmodi. *a*

Rei cuiuſq; ſignum vt ἀσφαλὲς probeq; exploratum habeatur, neceſſe eſt, ab eâ re nunquam vt vllo tempore ſeparetur; vtq; eam vbiq; certò comitetur.

Atqui miracula, neq; ſemper neq;

a. Præco de Miracul. pag. 83. §. 12.

vbiq, veram DEI Ecclesiam consequuntur.

Miracula proinde, ἀσφαλὲς & exploratum Ecclesiæ signum, haberi non possunt.

59 CONfirmatio assumtionis, argumenti secundi.

VIDEOR videre iam vos de perfugio circumspicientes, quo telum hoc exeatis. At ego viam vobis, opinor, omnem præcludam, vbi vim eius incisè membratimque ostendero. Nam, per ego vos fidem vestram obtestor, quid hîc estis respensuri? An mihi dicetis propositionem argumenti esse suspectam? Consulite audaciam vestram, istud ne audeatis: Quam ego, tametsi verbum ei nullum addidero, planam à se iam explicatamque esse, vobis deierabo. Tum verò deinde simul ad assumtionem prouocaro, iurabunt oculi mei vestriq; rem sole, cùm cælum apprimè sudum est, esse clariorem. Certè enim si equidem vobis dedero, hodie hoc loci veram apud vos Ecclesiam esse: aliquod necesse est, vt aut monstretis mihi apud vos fieri hodie miraculum: aut, si ostendere nullum hoc temporis loci-

lociqué ſpatio poſſitis : veram Eccleſiam neque vbique, neque ſemper, è miraculis, velutè natiuis propriiſqué ſignis cognoſci poſſe, concedatis. Sed quid ego his immoror? Exſtitit quidem hęc rerum mirarum vis effectrix, in *Eccleſiâ naſcente* ; eâque clari fuerunt præſertim *Apoſtoli*, ſed iis paullatim munere ſuo vitâque functis, intepuit elanguitqué apud poſteros virtus: vt iam *Irenæo*, longeque pòſt, *Ambroſio*, ac denique *Auguſtino* florentibus, animam ægrè Miracula traxerint; nec niſi pauca quædam & parua effætaq; in aliquo orbis angulo ſpirarint. Ab illo dein æuo ad noſtra tempora, fatentur ipſimet veſtri, Eccleſiam miraculis omnibus defectam conſenuiſſe. Quos ſcriptores vt mecum numeretis, conſulite, ſultis, paginam libri octogeſimam ſextam, ac ceteras deinceps vltra nonageſimam; *a* vbi meus iſte turmatim *Auguſtinos*, *Chryſoſtomos*, *Damaſcenos*, *Gregorios Magnos*, *Bernardos*, *Gerſones*, *Diſcipulos*, *Didacos Stellas*, *Roffenſes*; quodque

a A. *Praco de Miracul. pag. 86. & ſeqq.*

piam, aut loquitantem, exaudias; neque tu dubites, quin germanissim' ille risus fuerit: quid, inquam, *Adulphe*, aut quem adesse, tametsi oculis neminem videas, mente tamen, quem adesse, cogitabis? Hominem, dices: Nam germanus Risus, veri hominis exploratum certumque symbolum est. Accipio confessionem: & quæro præterea, vtrum existimes istiusmodi risum, ita cum homine cohærere, vt, vbicumque sit *homo*, ibi & ebulliens *risus* continuò audiatur? Negabis tu, scio; nam vtique nos homines incoram vides: neque nostrũ tamen vllus in præsenti ridet. Igitur restat, vt argumenti tui propositio, non tam plana fuerit, quàm tuus tibi præco suggesserat: eâque propter aut explicanda tibi melius, vt intelligeretur; aut etiam confirmanda fuisset, vtne à me negaretur.

61. DVPLICIA genera signorum necessaria. *Signũ, & significatum.

Et rectius tu quidem feceras, si *Signa* bifariam partitus; alia dixisses, cum significato reciprocari; ita, vt non solùm vbicumq; Τὸ σύμβολον est, ibidem & σημαινόμενον* inueniatur;

sed vicissim etiam, vbicumque *res signata* habetur, illic *rei signum* itidem cernatur. Atque huiusmodi necessitudine coëunt inter se Natura, eiusq; proprietates; trahuntque alteræ alteras. Neque enim fieri potest, quin, si homo est, sit etiam naturâ aptus ad ridendum; iterumque, si est ad ridendum aptus, idem quoque sit homo. Alia verò sequioris ingenij sunt signa; quippe quæ, tametsi rem certissimò præsentem demonstrent, tamen haud perinde cum eâ reciprocantur: ac proinde ipsa quidem nusquam sine re possunt; cùm res tamen existere & possit absque illis, & soleat. Atque eiusmodi signa sunt, *Risus* aut *loquela*; quæ cùm primùm audimus, mox adesse hominẽ cognoscimus: quamquam non ideo *Risum* etiam necesse est ebullire, simul vt adesse hominem videmus. Etenim qui tonitru cœliq; fragorem audimus, aut micare ignes & ruere fulmen conspicamur, rectè omnes agnoscimus, coisse iam nubes; atque ab ea matre partum hunc μετέωρον* effundi: Tametsi vicissim o-

* *Sublimem.*

pus

pus non est, vt, quotiescunque nubes videmus concurrere, *Iouem* continuo tonantem aut fulminantē audiamus. His igitur rebus in hunc modum comparatis, iam tute intelligis, quam nihil momenti ponderisque tua contra nos propositio habeat. Quid enim audebis hiscere porro, si tibi, miracula ego haud dubiè comperta, testataque Ecclesiæ; non tamen primi, sed proximi ordinis esse indicia respondero? Iacebit aries argumenti tui. Mihi enim satis fuerit, hæc Miraculorum symbola nunquam neque apud vos, neque aliarum gentium vsquam, extra veram *Ecclesiam* inueniri; etiamsi daremus, veram absque his Ecclesiam interdū reperiri. Quamquam, nondum ne hoc quidem daturi sumus: nisi tui nos epicheremātis assumtio huc necessitatis adducat. Quod an futurum sit, arbitremur.

62 CONfutatio assumtionis, secundi argumenti ab Augustino.

EAM vero tu assumtionem, magnis testibus clamas iam esse persuasam; vt qui omnes negent, *Ecclesiam aut semper, aut vbique miraculis inclaruisse.* Quos ego testes si suis ver-

bis loquentes audiero, facilius de controuersiæ summâ statuam, puto; quàm si honoris causâ abs te solùm nominentur. Ac principio quidem, cùm in eorum tu numero antesignanum posuisti *Augustinum*; vehementer obstupui, posse huius tibi in mentem venire, vt eum aduersus miracula testem adduceres; quem ego tibi non multò antè, *a* peracrem ostendi Miraculorum assertorem esse. Sed operæ tamen putabo precium, ipsa eius verba, quibus abutitur præco tuus, adducere. *Possem*, inquit, *dicere, necessaria fuisse miracula, priùs quam crederet mundus, ad hoc, vt crederet mundus. Quisquis adhuc prodigia, vt credat, inquirit, magnum est ipse prodigium, qui mundo credente non credit.* *b* Quid autem hæc ad rhombum? Collige, aliquid, si potes. Nempe, *quia miracula iam esse necessaria, negat Augustinus; negat itidem esse Ecclesia signa*, Bellam pro-

A. *Suprà, lib. 2. agonist. à cap. 4. & seq. ad 12.*
B. *Aug. 22. ciuit. c. 8. & ex eo præco. pag. 86.*

fectò,

fectò & Alpibus dignam complexionem! Quam è quartâ *Galeni*, an quintâ *Capricorni* caueâ, deduxeris, adhuc requiro: Nam in trium Aristotelicarum nullâ, potuit excludi. Cæterùm nondum hîc agitur inter nos, an hodieque necessaria sint prodigia: agitur tantum, an modò in Ecclesia *Christi*, vera adhuc prodigia fiant. Priùs illud inficiatur *Augustinus*, & nos æquè cum illo: at posterius, nobiscum ille affirmat; & te tuosque, qui præfractè negatis, mille documentis conuincit. Quæ *Augustini* documenta quamuis buccinator tuus in prauum contorquere laborârit; eum tamen ego laborem vt irritum caperet, suprà multis effeci.

CAPVT XIV.

Chrysostomus Præconi ereptus, & nobis asseruatus.

63 CONfutatio eiusdem assumtionis ex Chrysostomo.

TRANSEO nunc ad *Chrysostomum*, cui primum pæne pilum, in ve-

stris partibus, offertis. Sed ille tantus veri osor non est, vt fucatis honoribus delinitus, pro vestris mendacijs arma contra nos ferat. At enimuerò causas ille memorat, cur esse miracula iam dudum apud nos cessent! Narra, sodes: nam audire perquàm aueo. *Nonne, a* inquit, *nunc quoque signorum petitio, tentantium est? sunt sanè & hac nostrâ ætate qui quærant, quare & nunc signa non fiunt! Si fidelis es, vt oportet, si Christũ diligis vt diligendus est, non indiges signis, signa enim incredulis darntur.* Exspectabam hîc ingens tonitru! & ecce, ne crepitum quidem, qui nobis minitetur. Quid enim! scribitne *Chrysostomus*, ætate iam suâ nihil fieri prodigiorum? Ain' hoc illum scribere tu vsquam *Adulphe*? Vim affertis innocentiæ, audaces. Recognoscite verba; sed glaucomam prius ab oculis noctuinis facessite, si qui potestis: & videbitis, hæc, διαλι μεὶ ϗ νῦν σημεῖα γίνεσθαι, * non *Chrysostomi*, sed

* *Cur nõ etiam nunc signa fiunt.*

A. *Chrys. in Ioann. homil.* 23. *& ex eo buccinator pag.* 87.

curio-

curiositatis, quam loquentem ibi fecerat, verba fuisse. Nec ij certè nos sumus, qui curiosorum libidinem, cum *Chrysostomo* non accusemus: dum quicquid audiunt apud veteres accidisse, id suis etiam in oculis fieri, vano studio concupiscunt: refugum in cælo solem, & stantes Erythræi gurgitis vndas; aut siquid grandius fama tulit. Quæ, quia vel nulla ipsi, vel non æquè luculenta omnes quotidie vident, de temporum suorum iniurijs improbè queruntur: seque hoc vno retardari à fidei aut virtutis complexu simulant; quòd, quæ alios quondam Miracula traxissent, eorum se adminiculis sentiant esse destitutos. Inane hominum murmur! & à *Chrysostomo* peritè reprehensum. Vin autem tu scire, quàm longè à *Chrysostomo* abfuerit, hæc de Miraculorum defectu conquestio? Vbi legeris eius in Acta Apostolorum commentarios, scies. *b* Nam ibi, cum de vetustioribus Miraculis disseruisset, hæc demum addit; *vide oro, quæ & nostris*

B. *Chrys. in act. cap.* 19. *hom.* 41.

acciderint temporibus; & apud Babyle Martyris sepulchrum, & in destructione templorum & non omnes conuersi sunt. Quid oportet referre vetera? Superiore anno dixi vobis, quantares acciderit; & nullus attendit. Et paullo superius *An non videtis etiam nunc hæc fieri? & multos homines similes serpentibus esse incredulos, &c.* Accedit, quod cum pæne suppar & æqualis *Augustini, Ambrosij*q, fuerit *Chrysostomus*, nemo possit animū inducere, vt eorum Miraculorum, quæ *Mediolani*, quæq; *Hippone* per id tempus creb. a fiebant, *Chrysostomum* putet rudem ignarumque vixisse; sibique persuasum habuisse, iam suis temporibus, vim τῶ θαυμαλυργεῖν * in Christi Ecclesiâ omnem euanuisse.

* *Patrāi Miracula.*

64 ALIVS *Chrysostomi locus, contra præcedentem explicatus.*

NEQVE se buccinator extricat, dum ab alio *Chrysostomi* loco subsidiariam sibi manum adducit. *Tunc* (Apostolorum tempore) *vtiliter fiebant miracula, & nunc vtiliter non fiunt.* Ita quidem est: sed nihil nos se-

C. *Præco pag.* 88. 9. 3. *ex Chrysost. 1. Cor. 2. homil. 6.*

ris.

ris. Vtiliter enim fiebant, cum adhuc opus erat, vt firmandæ fidei creberrimè fierent: Nunc hodieq; cùm fiunt, fructuosè nihilominus fiunt: Nam etsi validioribus ea necessaria non sunt, vt firmius Ecclesiæ cohæresçant: vtilia tamen sunt, cùm ad Ecclesiæ splendorem, noctui ac vespertilionibus tuis, obiiciendum, quo præstricti retundantur; tum ad animos debiles quorundam iacentesque firmandos: tum denique vel ad improborum audaciam frangendam, vel ad cælitum ignoratam sanctitatem, claris indiciis comprobandam. Quæ omnia si tu nihil profutura iudicas, *Adulphe*; desiderabo prudentiam tuam. Quod verò *Chrysostomus*, addit; *vtiliter miracula iam non fieri*: eò spectat, vt, sicubi iam non fiunt, ibi etiam omissa, suam secum vtilitatem trahant: Qui enim absque miraculis à se conspectis, nihilo inconstantius credunt, quàm si coràm miracula vidissent; habent ii suum hunc fructum, quem habuisset *Thomas*, si prius etiam,

etiam, quàm viderat, credidisset. ὅτι ἑώρακάς με, πεπίστευκας, μακάριοι οἱ μὴ ἰδόντες καὶ πιστεύσαντες. * Ecce! quid ferant vtilitatis miracula iam apud multos, etiam apud quos nulla eduntur? Vt proinde rectè dixerit *Chrysostomus*, non quidem nulla nunc vsquam in Ecclesiâ fieri; sed vtilitatem iam capere multos, apud quos etiam non fiant; cum iis nunc tanto opere necessaria non sint, quemadmodum antiquitus fuêre. Atque hanc eius esse mentem, discere ab ipso potes, d *In scripturis*, inquit, *vides solem recedentem, & lunam cum eo stantem, & multa alia miracula. Quando enim eius cognitio nondum extensa fuerat, hæc fiebant. Nũc autem non est amplius opus hac doctrina, cum res ipsa clamet dominum.* Negat igitur opus esse, vt necessario tam passim fiant: vtilia fore non negat, si fiant: quamuis etiam, si cubi non fiant, vtiliter ea omitti concedat; cum Beatitudinis titulo decorentur, qui sine miraculis credunt.

Ioann. 20. Quia vidisti me, credidisti. Beati qui non viderunt & crediderunt.

d D. *Chrysost. in comment. ad psal. 42. post med.*

VERVM

VERVM in his buccinator ita se triumphasse iam opinatur, vt nulla porro necesse sit *Chrysostomi* verba in medium adducere, quibus illum in suam sententiam iisse probet. Vnde summatim omnia complexus *a* ait; fateri *Chrysostomum, iam nullum vestigium virtutis signorum reliquum esse.* In quo mihi loco, etiamsi præconis huius impudentia comperta antehac non fuisset, quâ ille per summam libidinem testimonijs abutitur: tamen liquere iam demum luculentè inciperet. Nam vestram denuo fidem, amici! Videte quid mala mens, & iam fallere in consuetudinem vsque docta, incæptet! Eo Toto volumine, quo se *Basilio Chrysostomus* de repudiato sacerdotio purgat; mirè disertus fuit, in suis viribus, modestiæ caussâ, extenuandis: dum denique eò delaberetur; ut *Paulli* Apostoli, siue in edendis miraculis potentiam, siue eloquentiæ sapientiæque vim, in Græcis *Christo* adiungendis, prope necessari-

65. ALIVS *locus Chrysostomi, expenditur*

A. *Præcopag.* 88. §. 7. *ex Chrys. de Sacerdot. lib.* 4. *c.* 1.

am

am ei diceret, qui inaugurari Episcopus vellet: Quarum rerum cum ipse in se neutram, modestissimus vir agnosceret, meritò refugisse se censuit, ne quà initiaretur. Eaque propter sic ratiocinatur; *Ad conuincendos improbos, Episcopo vel Paulli miraculis opus esse, vel eloquentia diuina, vel vtrisque. Se autem & multos alios nec miraculis pollere, nec ea vi dicendi, qua excelluerit Paullus. Se igitur ac multos alios fieri episcopos non debuisse.* Inde hæc eius ferme agnoscis verba. *b Hic euangelici sermonis vsus, magnopere necessarius, non solum vt qui tibi domestici sunt, confirmes; verum etiam vt cum externis bellum geras. Nam si quis armatus foret tum spiritus gladio, tum fidei scuto, eo vsque vt miracula edere, & per miraculorum editionem impudentium hominum ora obturare posset; huic euangelici sermonis præsidiis nihil opus fuerit.* &c. Vnde, *si contigerit nos aliquid posse in signis per nos edendis, sermonis huius studio*

b *Chrys. 4. lib. de Sacerd. pag. 457. edit. paris. ann. 1588. & inf. fol. 459.*

non

non æquè erit nobis inuigilandum. Si ne ullum quidem virtutis illius vestigium in nobis relictum est, superest vt nos hoc sermone armemus &c. Intelligis primùm, hanc omnem extenuationem ex animi modestiâ profectam, eò spectasse, vt se multosque alios indignos sacerdotio probaret: Deinde nequaquam ad omnem eius temporis Ecclesiam pertinere; quasi diceret, *Nusquam iam vllum in Christi Ecclesia vestigium virtutis miraculorum* existere (quem *Chrysostomo* sensum buccinator per calumniam affingit: *c*) Sed tantummodo, *in se*, aliisque nonnullis, *Paulli* dissimilibus, vestigium tale relictum iam non esse. Atque indidem sunt ea, quæ paullò post, de ignauis quibusdã & oscitantibus ætatis suæ sacerdotibus addit: *d Quid tum, si illum (Paullum) contuleris cum nostræ ætatis hominibus?* Videlicet ignauis illis, & quibus modestiæ caussa se ipse componit) *Nostri*

C. *Præco pag.* 88. §. 7. *aut si hanc ei mentem non tribuit, nihil facit ad rhombũ.*

D. *Chrysost. cit. pag.* 459. §. 28. *& seqq.*

omnes

omnes si vnum in locum simul conuenerint, cum infinitis tum precibus, tum lacrimis, nunquam certè tantum possunt, quantum olim Paulli semicinctia potuêre. Ille *precibus mortuos suscitauit; præterea miracula alia edidit tam multa &c. Atquî hodie viuunt homines! Sed nihil ego eloqui possum, quod molestum sit. Neq; enim hæc dico, quo memoriæ nostræ hominibus insultem; sed quod admirer, quo pacto non perhorrescant, dum sese cum tali viro conferunt.* Quæ viri sancti verba, quisquis, nullo præoccupatꝰ odio, leget; & omnia quæque rem antecedunt, quæque consequuntur, expendet; iurabit continuo, nunquam *Chrysostomo* in mentem venisse, hoc præconis commentum, vt omnem sui temporis Ecclesiam vix teruntii vnius faceret; & *Basilios* ipsos, quibus cum tunc loquebatur, *Gregorios*q, tum *Nyssæ*, tum *Nazianzi* antistites; ac deniq; *Ambrosios*, *Hieronymo*, *Augustinos*, & plerosque suppares, nullum *Paulli*, quà in miraculis edendis, quà in eloquentiæ sapientiæ

studijs,

ſtudiis, veſtigium calcaſſe criminaretur. Faceſſe hanc à viro integerrimo mentem: & quid alibi de temporum ſuorum prodigiis palàm ingerat, attende; tuumque præconem, nolit velit, habere demum pudorem iube.

66. LOCVS *de Miraculis tempore S. Chryſoſtomi facta.*

In eo commentario, quem explicando pſalmo centeſimo decimo lucubrauit *Chryſoſtomus*, hæc proſixè ad rem noſtram diſerteque ſubiicit: quæ mihi, quãuis ſunt pluſcula, tamen viſum eſt, in medium afferre; vt liquidò conſtet, eum nuſquam de miraculis ſuo tempore ſublatis negatisque ſomniaſſe. a *Memoriam*, inquit, *fecit mirabilium ſuorum. Quid eſt, memoriam fecit mirabilium ſuorum? Nunquam, inquit, miracula facere intermiſit. Hoc enim eſt, Fecit memoriam, non ceſſauit, non deſtitit per omnem generationem facere miracula, & per res admirabiles excitare craſſiores. Qui eſt enim excelſo animo & philoſophiæ dedito, non habebit opus ſignis. Beatiores enim ſunt, qui non vi-*

A *Chryſ. in pſalm. 110. pag. 944. edition. pariſ. ann. 1588.*

derunt,

derunt, & crediderunt. Quoniam autem ipse non eorum tantummodo curam gerit, sed etiam crastiorum, in omni ferè generatione non cessat facere Miracula. Et paulò pòst enumerat Miracula, *quæ in Palæstina, quæ in Babylone, quæ post reditum, quæ tempore Machabæorum, quæ post Christi aduentum, quæ in ipso aduentu, quæ in diem hodiernum vsque fiunt, &c.* Nondum hîc tu palles, *Adulphe*? Atquî ego pòst istud videro: nunc ad *Chrysostomi* verba attentior pergo. Nam mox ille, *si vultis*, inquit, *ea etiam, quæ in nostra generatione euenerunt; nempe cruces in vestimentis impressa, sancti Martyris Babylæ in Daphnem translatio, & aperta aduersus dæmonem victoria, &c.* Quas quidē cruces ingenti Miraculo, vestibus militum impressas, cùm *Arcadij* auspicijs aduersos *Persas* pugnarent, oculati testes tum adhuc meminerāt, cùm hæc *Chrysostomus* maximè memoraret. Atque inde factum, vt partæ victoriæ trophæum, numi cuderentur, eodem

Crucis

Crucis prodigio insignes. *b* De Miraculis *Babylæ* verò, ijsque sanè recentibus, ac pæne in oculis *Chrysostomi* patratis, nimio quàm rudis mihi tuus est præco, si scire se neget. Adijciat tamen ille vel hirquientem oculum, ad eum *Chrysostomi* librum, *c* quo vno *S. Babylam* impensissimè dilaudat: atque indidem alia super alia facilè, cùm volet, excerpet; quibus *Chrysostomi*, simul & *Babylæ* Miracula, & Præconis deliria demonstret. Eorum nos gustum hîc aliquem dabimus; & eadem deinde, cum scitis vestratibus contendemus.

ATQVE ecce tibi, in primis ordinibus istud. *Existimaturus est fortasse quispiam*, inquit, *vitâ hâc* (Babylæ) *finitâ, laudatorum operum, aut virtutis ostentandæ occasiones non suppetere? Ab hac opinione longè absumus.* Nam *quæ virtutis opera post Babylæ generosi*

67. QVAEdam testimonia sparsim S. Chrysostomi, contra sphalmata praconis.

B. *Gault ad annum* 400. *Prosper Aquit. p.* 3. *de promiss. c.* 34. *Genebr. in Annal.* 1. *Vide Baron. an.* 400.

C. *Chrys. lib. contra gentiles pag.* 882. *& seqq. edit. paris. anno.* 1588.

obitum

obitum obuenêre, talia sunt, quæ magnam orationi nostræ fidem facere possint. a Nec multò post, quæ illa virtutis opera fuerint, quibus *Babylas* iam functus, præpollebat, sic ingreditur narrare. *b In eum, quem dixi modum Babylas* (mortuus) *intemperantiæ tyrannidem exstinxit. At quoidem modo & dæmonis potestatem exstinxit? Primum quidem dæmonis inibi habitantis obsidionem inefficacem reddidit. Deinde & dæmonem ipsum exegit. Verùm antequam ad exactionis modum veniam, illud vos annotare postulo, Babylam non statim vbi adnexit, dæmonem eiecisse; sed manentem eum otiosum, inertem agendisq; rebus ineptum reddidisse. Illi enim os ita obstruxit, vt vel lapidibus ipsis magis mutus redderetur. Ea enim sanctorum est potestas, vt illorum superstitum dæmones ne vmbras quidem aut vestes ferre possint: Vita autem functorum, & loculos*

A. *Chrys. cit. pag.* 882. *col.* 2. *vers.* 8. *edit. cit.*

B. *Ib. pag.* 884. *colum.* 2. *v.* 6. *vlt. & pag. seq. &c.*

quo-

quoque reformident. Itaque si quis, quæ ab Apostolis facta fuisse prædicantur, fidem non habet; is tandè (attende, per quicquid possum, obtestor, attende) *memoriæ huius Miracula intuitus, ab impudentia suâ desistat.* Longo dein interuallo: *c Ac viuentis quidem,* inquit, *liberam orationem non tulit Imperator; mortui autem* (Babylæ) *cineres, neq; Imperator, neq; dæmon sustinuit, &c.* Quæ equidem verba cùm pensiculatius verso, non illud solum, quod sæpius dixi, repeto; summum aut stuporem hominis esse, aut extremæ pertinaciæ furorem, qui audeat tam asseuerate *Chrysostomum* huic fabulæ testem producere, veluti fateretur propalam ipse, nullis vsquam Miraculis Ecclesiam suâ quidem memoriâ claruisse: verùm istud quoque perfunctoriè obseruo; quod suprà buccinator falsò contenderat, id non modo *Augustini* testimonijs ibidem adductis, sed his etiam *Chrysostomi* telis perinde iugulari. Quod quale

c. *Id. ib. pag.* 889. *col.* 2. *vers.* 56.

fuerit, supra petite; cum negauit, *Augustinum* vsquam docuisse, *per ipsos Martyras, eorumq; opem, facta Miracula esse; sed quicquid ægritudinum, ad eorum sepulcra depulsum fuerit; id neutiquam functorum meritis, sed superstitum præsentiumq; lacrimis ac votis fuisse concessum.* d Validè reclamantem iam tum *Augustinum* audiuimus, deq; vi conquerentem: nunc manifestius hominem nugonem, eiusque φλυαρίας * *Chrysostomus* retundit; cùm toties hæc disertè, per *Babylam* sepultum, scribit esse factitata. *e Babyla*, inquit, *dæmonis potestatem extinxit. Obsidionem inefficacem reddidit; dæmonem ipsum exegit. Illi os obstruxit. Mortui Babylæ cineres dæmon non sustinuit.* f Vbi, quæso vos ego, quasnam viuorum lacrimas hîc potius, quàm Martyris de-

*Nugacitates.

D. *Buccinator, in Antikell. pag.* 193. *col.* 2. §. 8. & 16. *quem nos supra ex Augustino refutauimus, lib.* 2. *n.* 35.

E. *Ita etiam scriptura de Eliseo, qui mortuus mortuum excitauit.* 4. *Reg.* 13.

F. *Ipsa Chrysost. verba, locis paullo ante citatis.*

functi vires in his Miraculis auditis à *Chrysostomo* memorari? Sed nimirum cæci nos surdique omnes sumus: videt vnus interim auditque tuus, *Adulphe*, doctor; & quod mirêre, audit omnia solus, & ter vnus.

CAPVT XV.

Damascenus pro Miraculis explicatus.

SED nondum exarmata est homi- 68.
nis pharetra; alias adhuc ei *Damascenus*, alias alij sagittas ministrat. Quæ quales eæ sint, mecum, sultis, cognoscite. *Ioannem* ait *Damascenum*, *a* ore libero confiteri, *fuisse quidem Apostolos, quique hos proximè excepérint, Thaumaturgos; at suo iam tempore*, (id est, sub annum septingentesimum trigesimum) *eam vim Miraculorum effectricem, defitam exspirasse.* Rem magnam præstas Zoile, si bonus es. Nam vereor ego vehementer, vt hîc demum esse inceperis; qui

CONfutatio *eiusdem assumtionis, ex Damasceno.*

a. *Praco in Miracul. pag.* 88. v. 18.

tot iam locis, *in fidei peculio propter-viam feciſti.* Sed agedum, & paginam *Damaſceni* ſubindica, quâ ille totam ſui temporis Eccleſiam hac prodigiorum prærogatiuâ dicat, ita miſerè fuiſſe ſpoliatam. Atque ecce rem hoc ipſo in margine monſtratâ! Nempe, liber eſt primus, quem de fide Orthodoxâ, inſcripſit; eiuſque libri caput omnino tertium. *b* Conſtat loci indicium: de verbis nunc porro videamus. Sed hæc ipſa vir πολύγλωσσος * hem quàm non parcè admetiatur? Calamo Græco, Latino, Germanico, rem eamdem trifariam nobis expingit. ἐμοὶ μὲν γὰρ φησὶν τῶν θαυμάτων μηδὲ τοῦτο παιδαριῶδες δεξάμενοι χάρισμα. Inde meritis Romanis, *nos*, ait, *neq; Miraculorum, neq; doctrinæ adepti gratiam ſummo.* Mox eadem ſtylo quoq; vernaculo,* vt mendacium in trigâ ſaltem ouare poſſit; quando in quadrigâ triumphare, quartæ linguæ inſcientia non permiſit. Quid ni enim, mendacium hîc in trilinguis teſtimonij trigâ di-

* *Multarum linguarum.*

* Wir haben weder die Gab Wun / noch die Gnad der Lehr empfangen.

b Damaſc. lib. 1. Orthod. fid. cap. 3.

cam

cam ouare? Dico enimuero; vobisq; meo periculo rem demonstraturum recipio. Neque in eo tamen hîc laborabo, quî doceam, ea verba *Damasceno* esse per iniuriam falsò tributa, (agnosco auctorem, & verba exosculor) sed istud ingenuè contendam; *Damasceni* verbis à præconе manus violentas nefariè allatas; atque sanam liquidamque mentem, in degenerem sensum veteratoriè per calumniam esse detortam. Et cedò sis, *Adulphe*, quem proximè librum in his forulis uides: *Damascenus* est ipsus. Aperio: & ecce locus peropportunè, quem quærimus. *Nos neq; Miraculorum, neq; doctrina adepti gratiam sumus.* Hæc omnino *Damascenus*; neque inficias nos imus, hanc eius germanam orationem esse. Nunc præconem tuum, loci interpretem audiamus. *Fatetur hîc*, inquit, *c propalam Damascenus, suo tempore vim Miraculorum effectricem desitam exspiraſſe. Nam nos Miraculorum gratiam non accepimus.*

C. *Præcon Miras. pag.* 88. *vers.* 16.

*Ad cornos hunc praconē.

εἰς κέρατας ἰσόνι τὰν κήρυκα * tam rauco gutture ouantem. *Nos*, inquit, id est, quotquot æquales Damasceni in *Christi* Ecclesia vitam degimus; *Nos*, per totam Ecclesiam, & nobiscum tota, quàm latè tenditur, Ecclesia, *Miraculorum gratiam nusquam vlli vllam nacti sumus*. *Nos*, id est: nostri temporis quotquot sumus omnes, cessasse omnia vbique terrarū ac gentium Miracula rotundè confitemur.

89. FALSA *Damasceni explicatio.* *Præmiū interpretandi. *Infantibus.

AT ego te, lepide interpres, si *pueris nondum quadrante lauandis Ciceronem* tam insulsè fatueque explicandum, inquē, [illegible] ; non fustuario [illegible] ; ἐρμηνεύειν * tibi redditum sentis. Nam age dum, & occipes [illegible] νηπίοις * domi tuæ vagientibus, illam *Tullij* epistolam, *d* quam Minturnis ad suos dedit, explicare: *Si vos valetis, nos valemus*: Cui dubium est, quin eâdem lege sis explicaturus; *Nos valemus*, id est, non ego *Cicero*, solum, sed quotquot vsquam vnquam

d Cic. 14. lib. ep. famil. 14.

sumus

sumus fuimusque *Minturnis*, omnes nos ad vnum valemus; neque æger iam est in vrbe, aut *Italia* tota ciuis vllus, neque verna, aut mediastinus vllus: nos enim, id est, quotquot sumus, omnes valemus. Vbi si teneat se *Orbilius*, ne ferulam plagosus in te stringat; certè *Badius* aliquis *Ascensius* tam patiens vix erit, quin iocante manu pilum tibi vellat. Nam *Tullium* dicet, *Tullij* filium *Minturnis* valuisse, cum scriberet, *Nos valemus*; de alijs, valerent nec ne, sollicitum id loci *Tullium* non fuisse. Vide sis ergo ne nugentem sibi eandem fuisse & *Damascenus* dicat; idem scriberet, *Nos Asiæ coniuncti & Graciæ gratiam adepti non sumus*. Et legite, vos saltem, quæ proximè hanc orationem vel antecedere, vel consequi hîc videtis; deierabitis, *Damascenum* de se vno vnicoque loqui; & verò de coæuis omnibus, totaq; temporis eiusdem Ecclesiâ, neutiquam somniare. Quàm igitur necesse est, præconem aut imperitè nobiscum, aut fallaciter agere; qui quicquid ἐνικῶς *Damascenus* de

se vno scripserat; hic vt mendacio suo personam faciat, ad vniuersi orbis Ecclesiam, impudenti calumniâ, traducat, eamque omnem, quà latissimè per orbem funditur, *Miraculi & doctrinæ* gloriâ priuatam dicat? Quamquam id ipsum, quod expertem *Damascenus* & Miraculi & doctrinæ se dixit; quis non videt, modestiæ causâ dixisse? Imitatus in eo maiores est, vt suas ipse laudes ne prædicaret, sed memorantibus etiam alijs, vnus eleuaret premeretq;. Alioquin & *Paullum* nos ex Apostolorum Collegio eximemus, qui de se ipse, *νὶξ εἰμὶ*, inquit, *ἰκανὸς καλεῖσθαι ἀπόστολος*; & multos viros [illegible] monià, aut sapiẽtiâ claros, inter inertia pecora abijciemus, quod ij se ipsi virtutis causâ cum improbis, vel rudibus sæpenumero compararunt. Quos tamen, tam creduli maiores nostri nunquâ fuerunt, vt idcirco Bæotos & illitteratos proclamarent.

70. CONfutatio eiusdem assumtionis ex Bernardo.

PAR est dica, quam rabula magno

E. 1. *Cor.* 15. v. 9. *non sum dignus vocari Apostolus.*

Bern-

Bernardo scribit. Eum enim ait à nostris partibus *apprimè Thaumaturgum* immeritò prædicari; vt qui de se ipse fateatur, *Miraculum nullum se vspiam vllum edidisse.* a Quamquã intestabilis dudum tuus est Præco; fidem hîc tamen ei, si tu *Adulphe* iusseris, habebo; atque hoc *Bernardum* sibi conuitium feciſſe tantisper accredam. Sed quibus inde nos iaculis volet esse confectos? Primùm, etsi dedero, *Bernardũ θαυματουργον* fuisse; nihil id causſæ huic incommodabit; quâ solum istud nos obtinere nitimur; in Ecclesia fieri adhuc hodieq; magna veraque prodigia: cæterum à *Bernardo* illa, an *Francisco*, an a nescio quo perpetrentur; id nondum hîc disceptamus. Tum deinde, nego vlquam istud à *Bernardo*, quod ei Præco per calumniam affinxit, esse perscriptum. Atque exprome tu rursus volumen illud, *Adulphe*, mihiq; cedò; nam *Bernardus* est: qui si in rem

a. *Præco pag. 88. sub finem. & pag. 137. §. 13. ex Bern. serm. de S. Bened. & serm. 1 de ascens.*

præsentem venerit, cognosci causſa perfacilè quibit. Hunc ait buccinator tuus, confiteri, *nullum se vnquam prodigium edidisse*. Vbi tandem illud? *In oratione priori*, inquit, *quam de ascendente Christo dixit.* b Bene se habet: in manibus est locus, vt legam. *Quid ergo?* (inquit Bernardus) *sinemo hæc* (signa) *habet, aut perpauci nostris videntur habere temporibus.* c Atque iterum alia oratione de Miraculis S. Benedicti, *Licet nō habeamus*, inquit, *nostra; consolatio magna nobis esse debent patroni Miracula.* d Istud adeò totum est, quo *Bernardus* factum à se vllum esse Miraculum, inficiatur. ô miseram egestatem! quos angulos illa non scrutatur, dum reperiat, quo sui mendacij famem infelix saginet? Exspectabant nimirum hæ Alpes, vt *Bernardus*, rerum suarum ostentator in concionem prodiret; deq; Miraculis *Benedicti* oraturus, sua prius

B. *Ita præco pag.* 88. *ad marginem in fin.*

C. *Bern. serm. 1. de ascens.*

D. *Bern. serm. de S. Bened.*

pro-

prodigia, quæ quanta que ediderit, ad populum magnificè memoraret. Frustra estis, Isebici nepotes, vt Christianæ modestiæ indolem, ad parentis vestri fastum exigatis. Non nescijt *Bernardus*, gestas esse res à se miras, & Miraculi plenas: quas tamen iactare cum Thrasonibus dedecuisset.

Huius documentum vel istud capite. In eo volumine, *a* quod *Eugenio* Pontifici inscriptum hîc habemus, defensurus maleuolorum querelas: quibus ipsum illi, ceu irritæ expeditionis suasorem, incusabant: *Dicunt*, inquit, *forsitan isti: Vnde scimus, quod à Domino sermo egressus sit? Quæ signa tu facis, vt credamus tibi? Non est, quod ad ista ipse respondeam. Parcendum verecundiæ meæ. Respondetu* (Eugeni) *pro me, secundum ea quæ audisti & vidisti.* Quibus ille verbis, quis non intelligit, quid de suis ipse miraculis, verecundissimè affirmet? Adde, quod apertè satis indicet, *perpaucos adhuc suo tempore* inueniri thaumaturgos: è quorum numero

71. AN *Bernardus nullū fecerit Miraculum.*

A. *Bern. lib. 2. de consider. in prolog.*

nusquam ipse se excipit; quod præco tamen somniârat. Quod denique, *non sua se, sed patroni miracula habere* dicit; id omne ad *Benedicti* laudes voluit pertinere: quocum ita se tota oratione componit, vt puerum videatur aliquem cum gigante comparare. *Delector*, inquit, *& ego in ipsius memoria, licet non meo sine rubore. Cum eo participo nomen abbatis. abbas fuit; & ego. O abbas, & abbas! Nomen vnum; Sed in altero sola magni nominis vmbra.* Hæc quisquis audiet, non proinde tam credulus erit, vt ipse *Bernardum* continuo hominem nauci fuisse, & degenerem cœnobiarcham vociferetur: potius demissi animi modestiquè ingenii virum, vel ex hac sui contemtione, coniectabit. Solus hic alpium accola, cum ad cetera credenda sit ferreus; mollem hîc cereumque se *Bernardo* præbebit; & plus etiam, quàm *Bernardus* volet, *Bernardo* credet. Sed homine tam absurdo, quid agas?

B. *Bern. homil. de S. Bened.*

CA-

CAPVT XVI.

Gerſon, Stella, alii, pro Miraculis explicati.

VIDEO iam, inquit *Adulphus*, decollaſſe ſpes meas, quas ego maiuſculas in his teſtibus poſueram. Ac de *Auguſtino* quidem iam dudum ſubuerebar, ne aduerſarum partium eſſet, minuſque trahi ad nos vellet. Certè verò *Chryſoſtomum* à nobis facere; & eidem *Damaſcenum*, *Bernardumq́*, ſubſcriptores addi poſſe, confidebam. Quod tamen quando tu nobis telum extorſiſti, magnum, fateor, momentum, & noſtræ cauſſæ ademtum eſt, & tuæ adiectum. Tenet me vero quædam adhuc exſpectatio, quid in *Gerſone*, *Stellaq́*; quid imò in tuis, *Ribadeneira*, *Perpiniano*, *Acoſta*, ſis cauſſaturus. Nam iſti ſuis coloribus *Miracula* ſic expingunt, ut ipſa ſe hodie, ſi qua è ſpeculo relucerent, erubeſcere poſſint. Alius enim, *a pa-*

72. QVID *Gerſon, Stella, alij q. recentiores, de Miraculis noſtri temporis ſentiant.*

A. *Gerſon, tract. contra Spect. flagel. p. 1.*

titur, inquit, *mundus senescens phantasias falsorum miraculorum: propterea sunt nunc miracula habenda valde suspecta.* Alius, *b Miracula*, (si nunc aliqua fierent) *potius damnum nobis afferrent, quam commodum.* Alius, *c Fides nunc non eget miraculis.* Alius, *d Miracula non sunt necessariò coniuncta*, cum vitæ sanctimoniâ. Ecce, hîc Rhodus, hîc salta. Ego verò & libenter, *Adulphe.* Atque à postremis, ut exordiar: sentiunt *Ribadeneira Perpinianusq́*, haud dubiè mecum. Etenim ne nos quidem, (si superiora meministi) contendimus, *Fidem hodie aut vitæ sanctitatem Miraculis egere*, quibus quasi solis ac necessariis indiciis se prodat. Multi quondam fuerunt, hodieque sunt, & fidei & virtutis ornamento conspicui; quorum nulla nos prodigia prodita scimus. Sed aliud nimirum est, *inuenirì semper in Ecclesia, seu Militáte etiamnum, seu certè Triumphante, qui mi-*

B. *Didac. Stella in Luc. cap.* 11.
C. *Perpin. orat.* 12.
D. *Ribaden. vit Ignat.*

raculo-

raculorum virtute fulgeant; quod nos certè affirmamus: *e* aliud, *Necessario omnes ac singulos, qui in Ecclesia degant, Miraculis egere*; quod isti solum, rectéque inficiantur. At præco tuus, neque nos, quid probemus, neq; istos, quid improbent, auscultat: affectu sequiore præceps. Ad *Stellam*, aio: Tametsi vnus ipse tibicinem buccinatori tuo fulcrumque Spondéret; fragile tamen id fore, & vix culmi stipulæque pondus laturum. Quis enim *Stella*, nudius tertius inter Theologos, neque summus, neque summos habitus; si vnus, alicubi decrrans, cum ceteris Ecclesiæ doctoribus conferatur? Nondum is ab orbe *potestatem tribunitiam* accepit, vt communibus decretis, senatusque consultis vnus intercedere tam temere possit. Atque idem tu mihi occi-

E. *Calites enim hodieq; Miracula edunt, cùm Imaginum aut reliquiarum suarum cultoribus patrocinantur. Quod ipsum patrocinium, quid nisi testimonium est Deo, sanctis q; Imaginum cultores, id est Catholicos, probari: contemtores, id est, Lutheri posteros, displicere?*

neres

neres, si quo *Kolbij* aut *Froschij* testimonio aduersus Islebicæ proseuchæ scita pugnarem: Esse eos gentium minorum, & cathedræ semifultæ plebeios hypodidascalos; eaque propter priuatas illorum opiniones rei obesse publicæ non oportere.

Verùm constet sua *Stellæ* auctoritas, (neque enim virum esse doctum abnuimus) nihil ex illo tu tamen magnopere nocebis. Neque enim is adstruit, nulla hoc tempore per Ecclesiam edi miracula: quin imò diserte contrarium affirmat; cùm nuper apud Mauros scribit *Andream* quendam, e *S. Francisci* disciplinâ, ad asserendum fidei scitum, ardenti se rogo iniecisse, atque inde nulla contactum labe impune exisse. Quod quidem ingens ibi prodigium, cum ille ego certum testatumque narret; præco tuus veri odio sic deprauat, *a* vt neque cuiusmodi id fuerit, lector intelligat; & insuper historiam suspecta fides

A. *Præco pag. 90. v. 6.* Welches sich mit einem Münch soll begeben haben.

obfus-

obfuscet. Iam deinde, omnis *Stellæ* contentio eò pertinet, vt (quemadmodum ipse loquitur) *b modo opus miraculis non esse*, demonstret. Quod dum nimio plus inculcatum voluit, adiecit, *Miracula plerisque hodie damnosa fore:* Nimirum συμβεβηκῶς:* eò, quod & Catholicis sua nonnullis merita diminuant; beatioribus utique, si ij etiam non visa crederent: & suas improbis pœnas noxiasque augeant; qui ne adspectis quidem cognitisque testibus victi, verum amplectantur. Hæc tamen omnia non obstant interim, quin Ecclesiæ certè & ornamento sua sint, prodigia; & sæpe adiumento: cum eorum admiratione, semper aliqui aut in statu nobiscum firmius consistere; aut ab erroribꝰ vestris, in viam redire consuescant: vt vt sint alij, quos ipsa boni occasio, reddit quandoque improbiores.

* Ex accidenti.

74. GERSON à calumnia præconis defenditur.

DE *Gerson* quid dicam? Virum bonum esse, & eximiè doctum; &, quod ringatur Præco, hostem acerri-

b. *Did. Stell. loc. cit.*

mum

mum hæreticorum. Quî factum igitur, vt in *Miraculis* eleuandis, ad eos demum transfugerit? Non transfugit; sed à præcone ad fugam sollicitatus, cum immobilis restitisset; per infamem eius calumniam, inter transfugas est relatus. Id egō ne nobis * *Per amplificationem.* καὶ αὔξησιν * videar dicere, ostendo *Gersonem* hunc ipsum, ab hac mente fuisse in primis abhorrentem. Loquitur enim de *Miraculis* ille quibusdam, mala fide ambulantibus; quæque, temere, vt credita sunt, sic & relata, nonnunquam simplicibus imponant: Cuiusmodi non hodie solum mîrè quàm varias anus sic ludificantur, sed & in etiam in quæ fabellæ *Salomones, Apostolos, Christiq;* pueritiam, aspersêrunt: quibus Ecclesia fidem neque habuit ipsa, neque ab ullo haberi permisit. Atque istiusmodi forent prodigia, si quæ *Calui* nepotes, aut *Islebici* greges, suis ducibus tributa vellent; aliique *Caluinum in Gallia*, *a* mortuos excitasse dictita-

a. Bolsecus in Vita Calu. Bredenb. lib. 7. c. 3. Frider. Forner. palma lib. 1. c. 42. alij.

rent;

rent ; alii *Lutherum* in *Saxoniâ* *b* ſtygios inquilinos ex humanis corporibus exegiſſe canerent: aut cum præcone tuo, *trabes concrepuiſſe*, alicubi memorarent! *c* Apagete fabellas has, ruris & inficetiæ plenas! His enim talibus ludificari ſubinde quoſdam, nec primus queritur *Gerſon*, nec poſtremus in illos inuehetur. Quid verò momenti habiturus eſt præco, vt hoc eius teſtimonio nos tam violentus adoriatur? Nempe *Gerſonem* eò tracturum ſe ſperat, ut credamus, omnia eum *Miracula*, quæ fieri adhuc aut ſolent in Eccleſia, aut poſſunt, repudiaſſe; nec vllanisi pro ſpuriis notaque habenda, pronũtiaſſe. Date rurſus hanc veniam mihi, vt in hominis manifeſto mendacio exclamem! O linguæ, ô calami, ô animi effrontem nequitiam! Exſcribit è *Gerſone* hiantem orationem, partemque obſcuriorem callidus oſtentat: partem, verò, quæ vni-

B. *Frid. Staphyl. contra Schmid. p. 1. pag. 693. Lindanus dial. 3. c. 1.*

C. *Praco de Miracul. pag. 311. §. 4.*

cè

cè ad rem mentemque *Gersonis* explicandam valitura erat, nefariè occultat. Hoccine est ingenuum veri præconem agere; an fumum Alpicolis fucumque venditare? Nam ecce tibi vestem orationis, in qua *Gersonem* aduersus *Miracula* loquitantem ille producit. *Patitur mundus senescens phantasias falsorum miraculorum. Propterea sunt miracula nunc habenda valde suspecta.* a Quid porro? An nulla orationis est huius appendix? Apud præconem nulla. Hîc enim terminum esse, nec lectorem vltra iam tendere; sed ad *Herculis* columnas progressum, quiescere, imperiosus iubet. Enimuero si nihil his adiunxit aliud *Gerson*, sed omnem hâc metâ orationem finiit; dabimus, eum ad tuas partes hîc aliquid inclinasse. Tametsi vereor, vt tuus, *Adulphe*, cetera tam infidus interpres, in hac vnâ *Gersonis* sententiâ, ac indole degenerârit, & mentiendi oblitus, fide bonâ egerit.

a. *Ita Gerson citatus à præcone, pag. 89. v. 8.*

IDEO

IDEO circumspice tu paullum; atque è Theologorum forulis, peruetustum hunc codicem, albicante pyttacio inscriptum, exprome. *Gersonis* id primum volumen est; atque indidem erui locus integre potest. Mox *Adulphus*, repperi inquit: salua res. Ad verbum exscripta omnia. Quin recitas tu igitur, inquam; & dum oculos ego in præconis apographo figo, tu archetypam *Gersonis* orationem euoluis? Sic enim, quam bene duxerit hanc è *Gersone* coloniam præco, apparebit. Secundum hæc, legit *Adulphus*, germana *Gersonis* verba: *Plutarchus mundum senescens phantasticis fictionum miraculorum. Propterea sunt nunc miracula habenda valde suspecta: Nisi facta prius examinatione diligenti.* Cogitabam, nempe aliquod hîc syrma desiderari, quod furtim à veste orationis, homo veterator, abscidisset. En quanto honestior iam in hoc ornatu sit *Gerson*, præ quàm in decurtato prius sagulo producebatur? Sed nimirum præconis rationibus non expediebat, si *Gerson* cum

75. GER. *son muti. lare, ad fraudem faciendã ciuitatis à præcone.*

cum hoc syrmate, in scenam prodiret: & amat nescio quid, simios magis efformare, quàm cercopithecos, hic præco; cùm aliena verborum simulacra depingit; infelix *Apelles*. Quanti verò referat, hanc appendicem dolo malo omisisse, ex eo cognoscite: quod absq; eâ foret, omnia præconi fauerent: Eâdem appensâ, nobis iã vnicè omnia patrocinentur. Etenĩ, quã infesta nobis accideratGersonis oratio, quâ hodierna miracula pronuntiârat esse sibi *suspecta*: tam lenit omnia temperatq́ue vox addita. quâ solùm ea susp icioni vult esse obnoxia, quæ *nondum examini subiecta*, temere statim improuideq́ue in vulgum credantur. Hoc omnes idem, quotquot sumus, profitemur: & siqui promiscuè prodigiis omnibus applaudant, eos verò minimè genrium nos approbamus. Delectu opus esse dicimus; qui haberi nunquam potest, si in obuia quæque præcipites ruamus. Quod quàm caueat Ecclesia Romana, norunt ij, quibus compertæ sunt

ratio-

rationes, quæ accuratissimè subducuntur, cum in martyrum, aliorumué cælitum facta facinora inquiritur. Neque enim aut tam vanè, per assentationes, aut tam temere, per imprudentiam, mortales quosque, ex quibusque prodigiis, cælo statim asserimus; quàm illi fædè in Cæsarum suorum ἀποθεώσεις * ruebant. a Vnde & libri quondam fabulosis prodigiis infames, interdicto arcentur; Ne vanorum præiudicio, etiam sana validaque inquinentur. Neque continuò tamen, qui cum *Gersone* cautè timideque dignosci miracula iubemus; omnia volumus, quæ etiam compertæ diligentiæ calculos tulêre, iudicari aspernanda.

* *Consecrationes*

a. *Ita Plutarch. in Num.* ὡμοίωλε μνήμλιν ἀποθεῶσι ταῖς ἡμεραῖς. *Traditi ceremonias peridiculas Apotheosis illius, Herodianus in Imp. Seuero: quem lege.*

CA-

CAPVT XVII.

Farrago testium aliorum adversus miracula adductorum.

76. IN-gressus ad miscellanea quadam testimonia, à præcone innata.

VIDEOR ego satis iam demonstrasse, quam nihil tuus præco, in *Augustini*, *Chrysostomique*, & *Damasceni ac Bernardi* testimoniis depravandis fecerit lucri. Tu siquid, *Adulphe*, commemineristi, quod erigere caussam, iam inclinatam, possit, ne dissimula. Hîc *Adulphus*, quid inquit, ego dissimulem? Toties ictus, & ambustus à præcone meo, nisi sapere tandem incepero, ipso illo habebor amentior. Nam quacunque parte hominem, hominisue librum attrecto, contaminor. Et verò, posteà quàm in iis illum argumentis video caussa cecidisse, quæ validissima ipse per primam aciem disposuerat: quid reliquum mihi sit spei, si ad fecem illam appendicemque accessero; cui ipse inter lixas & calones locum videtur reliquisse? Videtis enim ipsi, quid

tota

tota concione, *a* (quam quintam aduersus miracula armârat) agere instituerit: præsertim à pagina centesima vicesima quinta, ad vsque centesimam quadragesimam tertiam. Vbi non iam *Augustinos*, aut *Chrysostomos*, sed plerosq; alios recentiorum, producit, eorumque querelis, *Miracula*, vel verius, *Miraculorum famam*, miserabiliter deplorat. Atquî metus est mihi non vanus, ne etiam has querelas, inuidiosius mihi exaggeratas, tu esse demonstres, quàm veri rationes patiantur. Eam ob rem, admouere manus illis supersedeo: ne vnguis in vlcere fixus, non tam doctori meo condoleat, quàm mihi nauseanti stomachum vertat. Tu, siquid voles, arbitrio tuo face; meamque vicem, & argumenta deprome, & de ijs, quid sentias, doce.

77. 1. CLASsis, recentiorum pracone citatorũ. *Inanes repetitiones.*

Vtrumque faciam, à te rogatus: etsi neutrum alioqui decrêram. Quod enim operæ sit precium, si hominis πωλολογίας, * cum omnium fastidio reponam? Quicquid ineptierat priori

A. *Praco pag.* 125. *vsq; ad pag.* 143.

argumento, tam prolixè iam confutato; id omne garrulus eâdem inanitate hîc remetitur; nisi quòd maiorum ibi testimonijs, per vim corruptis; hîc plebeijs ferè ac sedentariorum suffragijs precariò corrogatis, rem eandem agat. Quos ego quotquot in primâ classe producit, tametsi voluntariè omnes testimonium dicere audirem, tanti faciendos vix crederem vt auscultarem. Quanto minoris eos faciam, quod plerique; aut coacti aut inuiti, suam præconi operam gratificantur; & ad preces eius, pauca quædam verbula obliquant? Verùm iuuat hos tamen videre, qui qualesq; sint heroës: vtique omnes, *

* *Hom. Iliad. 9, In bello quidem præstantes, & consilio inter omnes æquales optimi.*

περὶ μὲν πολέμῳ ἐνὶ κάρῃσι εἶσιν
Καὶ βυλῇ μέλοὶ πάντας ὁμήλικας ἄνδρας ἄριστοι.

Ductor agminis est *Erasmus Roterodamus*; a malum nomen, & pridem ex albo virtutis expunctum. Hûc optio succenturiatus sequitur *Lau-*

A. *Eras. ad Albert. Mag. Method. Theol. apud pracon. p. 127.*

ren-

rentius Valla, *b* mox *Ludouicus Viues*; *c* magni omnes Grammatici, qui conturbatis rationibus ad theologorum orcheſtram furtim profugerant; auſique inter *quatuordecim* ſedere, aliquādiu *Lectium* fefellerant: donec ab *Oceano* demum agniti, ad ſummam caueam, lege *Orbonis*, redire ſunt iuſſi; vbi inter pullatos *Priſciani* greges porro commodius ſpectarent. In horum veſtigijs hæret *d Dantes* Florentinus; vt ne teſtium grauitas, poëtis, & quod his agnatum eſt, deſtituatur. Nam condire hi ſeſamo & papauere ſuo, res inſuauiores ſolent. Adiungit huic ſe quadrigæ, non inſcitus aurigator, *Bodinus*: *e* nempe vt leguleium haberent Grammatici; à quo, in ius ambulare iuſſi, defenderentur. Hi omnes ne incomitati pediſequis eſſent, ſociarunt detriuio

B. *Vall. de Donat. Conſtant. apud pracon. p.* 125.

C. *Viues. de Corrupt. art. lib.* 2. *apud pracon. p.* 127.

D. *Dant. ep.* 29. *apud pracon. p.* 125.

E. *Bod. Meth. hiſt. lib.* 4. *apud pracon. p.* 133.

pantomimum, *Ludouicum Lauaterum*; *f* qui per otium, ludos ipsis deliciasque faceret; Miraculo Iesuitæ cuiusdam festiuè narrato; & Augustæ Vindelicorum (nam ibi Miraculum parturijt) vulgo tam noto, quam subalpinis bubsequis Æthiopica sunt *Heliodori*. Hos, inquam, præco sex grauissimos testes in prima classe collocandos censuit; quibus *Augustinos* ille, *Chrysostomos*, *Gregorios*, milleque alios Patrum; & cum istis, Theologos, ac Pontifices Ecclesiæ Romanæ omnes, vno anhelitu difflaret. At ipse, si ingenui coloris (nam nasi vernantis purpuram nihil hic moror) semunciam haberet, hanc sellulariam plebem, & pleramque vel in ærarios relatam, vel à censoribus Romanis infamiâ notatam; *g* erubuisset, grauissimo orbis terrarum concilio opponere: indeque libris historijsque omnibus fidem abrogare; quibus ego

F. *Lauat. de Spect. part.* 1. *c.* 9. *apud præcon. pag.* 140.

G. *Omnes enim hi in Indice lib. prohib. & expurg. notati.*

som-

somniantis aniculæ deliria, decorè oppugnaturum me, vix speraſſem.

SED demus & hoc ſtupori ſubalpino, vt capite cenſum vulgus opponi toti antiquitati poſſe putârit; nos, quid adeò in rem noſtram ij teſtentur, audiamus. Et *Lauaterum* quidem arguit ipſa mendacij calumniæque, *Auguſta*; in quâ vrbe nemo hodie eſt, nemo fuit, qui *Ieſuitam* viderit, in Miraculi molitione, vllum capitis diſcrimen adire, irritoq; inceptо ludibrium vrbi orbique fieri; aut ſi ſecus eſt, proferatur eius *Ieſuitæ* nomen, locus, annus: deſcribatur Miraculi genus; conditio teſtium, ceteraq; rei συμβεβηκότα *nominentur. Quorum ſi *Lauaterus* in medium adducere nihil poteſt, feret haud grauatè, vt lege Remmiâ poſtulatus, cauſſam de calumniâ dicere iubeatur. Ceterũ eſt hoc Iſlebicæ ſobolis κακοήθες,* vt quando veris infuſcare *Societatem* nequeunt, mendacijs ad labem infamiæ graſſentur. Quod meminit & Præco tuus, *Adulphe*, factum Lauin-

78. DE TESTIMONIO LAUATERI IUDICIŨ.

* *Accidentia.*

* *Prauæ conſuetudo.*

gæ, prius quàm in pedes ipse se dederat; vt *Bellarminus* infami fabulâ traduceretur. Sed illud, puto, non æquè tu meministi, quod annis abhinc viginti, aduersus Collegium, (quod illustre Societas Monachij, habet) impudenter est concinnatum: Id quanquam nullo *Miraculo* prætextitur; quia tamen mendacio, plus quàm decumano, per omnem Germaniam, formis versibusque vulgatum; nonnemo de rostris ad concionem populi plaudentis clamosè recitauit: placet, ne quid eius tu leporis ignores, hîc percensere. *a* Res autem in hunc modum gesta fingebatur; & quanquam ficta, fidem tamen iam passim inueniebat.

79. LATROcinij, Sacrilegij, calumniæ, aduersus Collegium Societ. Iesu Monachij.

Monachij, Principe Boiorum vrbe, ædes visitur, Deo sacra, inq; Michaëlis cælitum ἀρχιστρατήγου honores magnifice structa: hanc vagi nominis fideique tabellarius, cùm de viâ fes-

a. Fabula à Sycophantis sub annum CIↃ. DC. VI. *adornata & libellis famosis primum vulgata: post edicto principum proscripta: Exstant signa litterarij publica Monachij.*

sus,

sus, sub ipsum pæne crepusculum se recepisset: atque inter preces (vt hominum genus est illud eximiè religiosum) condormijsset; prius non euigilauit, quàm circumfusis tenebris, & foribus obseratis, inclusum æditimus reliquerat. Ibi cum circumspicienti horror lociq́ue vastitas obuersarentur, nequè quà in publicum erũperet, esset: quæsijt homo angulum, in quem dum dilucularet, abstruderetur. Ita in suggestum bene altum correpsit; atque ibi ad somnum compositus, audit, ecce tibi, mediâ de nocte, fragorem. Panduntur intimæ fores, & pseudothyri postes impetu ruentium concutiuntur. Erigit homo sese, timideq́ue quid fiat, arbitratur. Videt quatuor è Iesuitis lacertosos ac prævalidos iuuenes, in templi penetrale irrumpere; perq́ue vim, ingenuam puellam inter brachia, reluctantem attrahere. Mox humi abiectam cùm vnam omnes per libidines infandas ludificassent, iamq́ue saturis nullum flagitij documentum reliquum esset; eo furoris denique

descenderunt, vt ferro paricidali crudeliter adacto, alij iugulum petere, alij latus perfodere, alij pectus haurire; & innoxiam puellam, Deum hominumque fidem nequicquam implorantem, ad ipsas aras immolare conspirarent. Iugulatam certè Iphigeniam, tumulo, quem pone aram, ei rei effoderant, superobruunt; & egressi pseudothyro, quod reliquum noctis erat, quiescunt. Tabellario hæc omnia speculanti, frigidus interea horror ijt, ne, si quo fortè screatu se prodidisset, ab ijsdem latronibus ad lanienam continuò raperetur; ægre idcirco compressa animâ, & nusquam se commouens, lucem nimio plus cunctantem opperitur. Simul dies appetijt, & templi fores in publicum patuêre, hospes è latibulis furtim prorepere, sensimq; in tutum cæpit, nemini conspectus, redire.

80. CALVMNIA, *de sumto supplicio à quatuor lictoribus.*

VBI liberum se periculo sensit, animumq; præmortuus è metu collegit, incipit homo de atroci fædoque latrocinio, quod viderat, cogitare, & faciendi indicij rationes inire. Nam

eam

eam vtique scelerum sentinam esse, quæ specie honesti, tam grande flagitium cælaret: &, si vestigiis insisteretur, perueniri ad maiora, quæ oculos adhuc fefellissent, posse. Capit igitur audax consilium, remque suo periculo ad magistratum defert. Cohorruit iudex; falsique indicem facessere iussum, minis absterret, ne viris grauissimis, rei tam fædæ dicam impingat. Ille enimvero persistere, ac, nî ita sit, periculum præstaturum se dicere: demum importunè iudices, ad anquirendum mouere. Itur, & armatâ manu in locum irruitur. Præit viam tabellarius, tumuloque refosso, cadauer adhuc suo sanguine madens ostendit. Oritur clamor; facinus utique vrbe indignum, & flammis interituque funestæ domus exstinguendum esse. Mox per vrbem manare fama; deprehensam Loiolæ gentis sanctimoniam haberi: Nempe has patriam in sinu belluas aluisse, quæ cum pudore etiam vitam ingenuis corporibus ereptum irent. Tandem erupisse simulatam virtutem, & sui

præclarum specimen reliquisse. Fouerent porro has aspides, qui liberis suis consultum vellent. Tristior inde facies, cum interemtæ parens puellæ, (& primarius loci caupo is erat) furens medio foro visus discurrere; ciuesque omnes ad vltionem excire. Vindicarent orbati parentis senium; & quibus per Principum clementiam impune fuisset; eos populari iudicio ad rogum rotamque raptarent. Mouit cùm rei atrocitas omnes, tum senis querimonia proximos quosque, vt vnà omnes ad vindicandam iniuriam coniuraturi viderentur, si magistratus animaduertere in sacrilegos differret. Igitur ad occupandum populi tumultum, iubet magistratus, comprehendi nefarios latrones. Habitis deinde quæstionibus, vltima nequitiæ libidinumque exempla confessos, capite omnes damnat. Trahuntur ergo quatuor in cratibus supini; atque inter patibuli septa destituti, circumstante corona, per Carnificum forcipes carpūtur fædè laceranturq;;

dum

dum deniqúe cruribus fruſtatim eliſis, in rotarum radios implexi, & prætereuntibus lugubre ſpectaculum facti, docuerunt, non æquè omnia ſimulantibus credi debere, ſed inter virtutum ſchemata, magnis quandoque flagitiis aſylum aperiri.

Hîc *Iulius*, cum attentior, diutulè ſiluiſſet, non poſſum, inquit, quin huîc fabulæ ſuam ego hîc appendicem adnectam. Etenim eram ego tunc adoleſcens in vrbe quadam primaria, quando tragicum hoc de vobis facinus, per *Germaniam*, cum multorum aſſenſu ferebatur. *a* Atque ſuberat in viciniâ nõ procul, homo proiectus & audax, qui venatus hanc alicunde fabulam, perauidè arripuit; & vti prodire ad concionem gratior poſſet, hoc ſibi εὐαγγέλιον capiendum cenſuit. Igitur quâ licuit vocis verborumque contentione, apud populum egit, vt exſpe-

78. QVI *longè lateq; indicatum de hac calumnia.*

A. *Monachũ hac tum à Virũ magnũ memorata: paucis poſt Menſibus, quàm fabula edicto publico fuerat proſcripta. Anno* 1607.

ctationem rei post homines natos atrocissimæ conciret, eius quam proximè (& diem edixerat) in medium esset adducturus. Suspensus insolenti promissione vulgus, ad diem conditum multò, quàm solebat, frequentior aderat; inhortante quemque nouarum cupidine. Non templi subsellia, non ipsa circumstantibus area sufficiebat: in foribus & columnis plebecula hærebat: rostrisque hiantibus, speratam pabuli annonam exspectabant. Subit ex more demum, sesequè dat concioni, orator. Videt forum sanè frequens, nec dapibus ijs, quas parârat, indignum. Nihil vnquam eo sibi die longius ait visum, quo debito se suo exsolueret, populoque gestienti, rei mirificæ voluptatem impertiret. Inde schedium è sinu, iam pingui coquorum fartorumque pollice adipatum: mox oculario specillo in nasi gibbum imposito, fabulam *Monacensem*, de sociis tuis ab ouo ad mala recitat: tanto cum omnium silentio, quanto illorum hominum neminem arbitror verbum

Dei

Dei quondam auſcultaſſe. Addit ſua vir eloquens gloſſemata; quicquid obſcurius ſuberat, copioſè declarat: ſequuntur, vt in forenſibus cauſſis, gnomæ, colores, affectus. Nihil artis præteritur: de amplificationum tropis figurisque vos ipſi cogitate.

79. CALVM*nia in conuiuium deducta.*

Rapuit plebem narratio truculenta, neque iam aliud in vrbe, quàm tragicum *Boiæ* funeſtumque paricidium ferebatur: & inueniebantur, credo, qui, vti famam alimento paſcerent, interfuiſſe ſe gloriarentur, cùm ſicarij per compita raptati, tergus in lora cædendum carnifici præberent. Inter hæc, dum quoſdam ibi Catholicos veſtra fortuna ſollicitos habet; Mercator, homo copioſus ac potens, litteras ab amicis accipit; quibus inditum erat edictum, quo *Boiorum* Princeps, *a* vrbisque magiſtratus *b* graſſantem hanc infamiam ſeueriſſimè iugulaſſet. Lætus mercator hoc nuntio, diſſimulat feſtiuum conſili-

A. *Sereniſſimus Maximilianus, iam S.R. I. Elector.*

B. *Senatus Vrbis Monacenſis, in Boicâ.*

um, quod reperit ad castigandam præconis vanitatem. Geniale iubet conuiuium apparari; atque ad id epulum optimates quosque, & nostrarum, aduersarumque partium inuitat summos. Ad hos & rabulam, quo de loquimur, vocat; eumque nihil suspicantem, in conuiuium perducit. *Discumbitur*, & (quod quidam ait *c) fit sermo inter eos, vt more patrio biberetur; hortatur hospes; poscunt maioribus poculis.* Dum in hunc modum *celebratur omnium sermone lætitiaq; conuiuium, & satis calere res hospiti visa est*; Quæso vos, inquit, hospites, ecquid etiam ad vos aliquis rumor *Thyestæ* tragœdiæ venit, quam in *Boicâ* non dudum actam, amici me litteræ docuêre? Intelligebant facilè omnes, quam ille tragœdiam diceret; eoque pronius annuebant: & alij cum gemitu, dolendam hanc clarissimæ *Societatis* fortunam dicere; alii nihil nouum id fore, si quod *Loiolei* dudum parturijssent, id infelici nixu, in lucem denique effunderent: alii aliud, vt quemque pronior sequiorue

c. *Cic. in Ver. act.* 1.

mens

mens affecerat, ingerere. Mercator ad hæc, nolle se vtique factum tam dirum facinus, dicere: Nam fieri certè potuisse, vt per malivolentiam *Societati* hæc labes fuerit impacta: nec deesse exempla, quæ probent, innocentiam sæpius quidem his fuisse maculis aspersam; sed ipsa temporis morâ, suam & calumniæ personam, & virtuti infamiam decidisse. Id sperari fortassis etiam in præsentiâ posse; ni præpropero plausu decepti, abriperemur Hic vultuosior ille, quem dixi, orator, cùm vocem collegisset, in hospitem versus; Tam verò improvidum se negat futurum fuisse, vt cum re nondum probè comperta, in suggestum temere ascenderet: Scire se pridem, quid verum *Milesiis* fabellis interesit. Verbi se, veriqué ministrum, non rumusculorum nundinatorem esse. Quod enim ad narratam hanc tragœdiam attineret, à magnis eam amicis ad se fuisse perscriptam: reique testem educit, libellum quem vestræ infamiæ plenum de cathedra prius recitarat. Is formis æneis cusus, prima

ma in fronte pictum fabulæ simulacrum exhibebat; sedentem in suggestu tabellarium, qui prolato pauxillum capite, in scenam arbiter despectabat. Et ornabant corycæum pinnulæ gallinaciæ, de summo pileo prominulæ.

80. SVVM *calumnia schema detractum.*

ITA ridiculum commentum dum per conuiuarum oculos manusque ambulat; &, præconis fides à plerisq; iam laudata absoluitur: adest ex composito puer, patriq; familias litterarum fasciculũ, vt quem cursor ex more tulerit, tradit. Herus continuò resignat, &, video sanè quid hoc litterarum sit, inquit: sunt quisquiliæ, quas octauo quoque die, de rebus nusquam gestis, etiam vos, credo, plerique acceptatis; tam dubii falsíque tenaces, quàm veri nuntias. Eas ego iam, ne malè oculis meis vestrisque faciam, iubeo qu esse. Simul in sinum injcit. At illi tanto exarsêre magis, quanto nouius afferri aliquid iam rebantur. Orant igitur, flagitantque ut, quæquæ sint illa, communicentur. Facilis exorari mercator, vt qui rem

agi

agi ſeriam hoc ludo cupiiſſet, facit omnium omnibus copiam. Inuolatur, in quas quiſque proximas poteſt; direptæque litteræ auidè ab aliis aliæ leguntur. Ecce autem, veniunt in manus etiam duo, quæ dixi, edicta; *principis* alterum, alterum *Senatus Boici* titulis cerisque ornata: (nam eorum copiam, ære expreſſam auctoritas publica liberaliter fecerat) quibus ut alter alterque oculos admouerunt; ijſque ſocietatem non defenſam modò purgatamque ab infami cæno, ſed etiam veris laudibus eximiè cohoneſtatam repererunt: mirum velut è condicto ſilentium; & alter in alterum primo, mox omnes in vnum rabulam verſi, an colorem homo mutaret, conſiderabant. Nec ipſe tam ſtupidus erat, quin ex repentino ſilentii ſuique aſpectu, ſiniſtrum quid coniectaret. Hoſpes denique, quem nihil ſpei fefellerat, rupto prior ſilentio: pugnantibus, inquit, ventis hæc noſtra conuiuia perflantur: Vtris hoſpites vela nos permittemus? Huic-

cine

cine locutuleio procul absenti, atque rem ex vulgi rumusculis collectam affirmāti: an *Principis* senatuique, ad clauum eius Reip. sedenti, factumque facinus, grauiter sanctêque inficianti? Cum nemo omnium ambigeret, quin sordēti pittacio, & nullis nec loci, nec impressoris insignibus notato, litteras senatus populique Monachiensis publicas, Principisque grauissimi ceras, præhaberet: eam ob rem, damnata vni? temeritate, cæperunt in eam omnes sententiā ire, ut dicerent; oportere *Societatem Iesu* non vtiq; tam facinorosam esse, quæ tot hostiū mendaciis impeteretur: maleuolos profectò non fabulis in illam abusuros, nisi vera dedecora reperturos se desperarent. Quibus aliquamdiu morosè auscultatis, colligit vasa buccinator, & triclinio, plenus stomachi, erumpit; questus non conuiuii, sed ludibrii caussa inuitatum se, malis ominibus condixisse.

CA-

CAPVT XVIII.

Quid hæretici in adductis contra se testimoniis, agere consuérint.

EGo *Iuliusque* ad hanc narrationem prolixius digressi, vt ad institutum reuerteremur, in eo consensimus; consimiles *Lauateri* calumnias, neque primas in *Loiolæos*, Romanamque Ecclesiam arietâsse; neque postremas (est enim facunda multorum liberorũ procreatrix λοιδορία *) in arenam esse descensuras. Præiisse *Porphyrios* quondam, & *Hierocles*, viamque his nepotibus, qua gloriosè serperent, monstrasse, secutos longè post *Hasenmilleros*, *a* & ominosi nominis *Leyseros*; *b* excepisse hos medios nuperrimè, *c* *Lithum* planè λίθινον συκοφάντην *, & scurram: inde *Lermæum*, *d* quid nisi *Lernææ* palu-

84. COMplexio de testibus primæ classis.

* Conuitium.

* Lapideum calumniatorem.

A. B. C. D. *Quorum famosi libelli, in vulgum noti: & à Iacobo Gretsero, valide doctéq; sæpius confutati.*

dis

dis concolorem partum? non decere iam ergo, vt aliud Catholici ab hoste alpino hodieque præstolentur. Etenim Ecclesiam, Virtutemque, illam esse rupem, in quam omnis hæreseos furor & exerceatur assiduè, & ipso assultu elisus statim fractusque retundatur. Quare ne in singulis ad primam classem redactis testibus immoremur, cogitate in eâ *Erasmos & Vallas, & Bodinos* esse: de quibus videtur mereri melius nemo posse, quàm qui illos parcissimè nominarit. Vt proinde mirer frontem præconis huius, qui in his lurconibus citandis scribat, se *præcipuorum papistarum* a testimoniis vti: cum nos ne inter infimos quidem *Erasmum* agnoscamus. Neque me verò præconis tui nota iam murmura terrent; quibus, nescio quid stomachatus, miratur; his suis heroibus, non omnia nos confestim, siue humana ij siue diuina ferociter insectentur, assentiri. Sic enim

A *Præco pag. 225. in marg. §. 1.* Vor nemer Papisten.

ali-

alicubi ferè queritur. *a Diuinis aduersum vos litteris pugnamus; deridetis. Rationibus vestra conuellimus, effugitis. Sanctorum Patrum testimonia producimus; eleuatis. Vestrarum partium arbitros legimus; reijcitis. A nostrâ vos factione vrgemus; intestabiles esse clamatis. Quos vultis demum alios, qui placeant, testes moueamus?* Quæris, homo, quos alios? Veros probosque. Nos enim seu sacras litteras, seu Sanctorum consensum, seu rationum momenta, seu quicquid ab his non abludit, adduxeris, omne lubentes amplectimur. Si quæ alia in censum hunc non veniunt, ea verò palam repudiamus; siue tui tribules illa dolosè, siue nostri quidam inscienter aut temere, contestentur. Atque hæc si meritò facimus, non succensebis. Nos autem de tuâ, in testibus reijciendis, impudentia, quid queri iustius possimus, iam vicissim ausculta. 82. HÆRETICORUM *artificium, in testibus eludendis.*

Cùm enim diuina vobis oracula nos recitamus, quibus vel *fidem solitariam* damnari, vel *merita* bonorum

a *Praco Mirac. pag.* 173. *& seq.*

ope-

operum extolli, vel opem *Sanctorum* implorari, vel *Manes* purgantibus flammis lustrari, docemus: Vos continuò, qui verbum Dei buccis alioqui omnibus crepatis, iam *Petri Iacobiq;* epistolas exesse; *a* iam duas *Ioannis*, aliamque *Iudæ*, & aliam *Pauli* facesse à sacris, iubetis. Commentum est vobis *Apocalypsis*, quoties vos urit; eadem cum *Romam* infestior urget, oraculum habetur. Iterum *Tobiam* eliminatis, quando vestris rationibus expedit; adeò, vt ne catellam quidem eius, nî syrma prius ei contrũcetur, relinquatis. *Machabæos* autem quis tã odit, quàm vos; qui, quia purgatorios ignes non sentietis, ideo neque credendos vobis esse creditis? Tum denique *Sapientiæ* volumen (vt liberius credo desideretis.) & *Ecclesiasticum*, pridem suas sibi res habere, nollet, vellet, iussistis. *b* Nempe, vt quidquid ex iis omnibus libris ve-

A. *Vide Dietrich. Catech. pag.* 13. 14. *& pag.* 17. 18. *Editione Gissensi. ann.* 1623.

B. *Causas furtivas huius repulsæ, vide apud Dietrich. cit.*

strum

strum semel vlcus attigit; id, ne sæpiꝰ cruciaret, exilio multaretis: Prouidi Areopagitæ. Atque hoc nimirum est, verbum ei purum putumque reseruare; si omnia, quæ stomacho nauseanti ægre faciunt, inter profana commeta mox sepeliantur. Quare quod in his etiam actum agere nos plerumque videmus; Patrum, (ad quos ipsi vos nonunquam prouocatis) consensionem adducimus; nosque illorum suffragio absolui, & vos condemnari ostendimus. Hîc enimvero, quæ tui, tuque ipse (nam denuò mihi videor te præsentem intueri) molitiones habetis! *c* Iam librum quantus quantus est, *Ambrosii* aut *Augustini* esse negatis. Iam iterum, ut *Augustini* sit liber; certè autem aut glossemate interpolatum, aut exscriptoris calamo esse vitiatum, aut aliunde mutilum mancumque pronuntiatis. Iam deinde, cùm nullum in his viarum angustijs effugium speratis, eò vos cõuertitis, vtità sensisse quidem *Gre-*

C. *Hæc pleraq; omnia in supradictis ostenduntur.*

gorios,

gorios, Bernardosq; concedatis; eos tamen, ad prima sinceraque tempora non pertinuisse, quibus Ecclesiæ suus adhuc vigor, & inuenta asseterit: Effætæ potius & posthumæ matris deformes hos partus fuisse. Vbi demum etiam hæc vobis diuerticula præcludimus; & *Chrysostomos, Basiliosq;* aut his priores *Cyprianos, Tertullianosq;* in acie monstramus, strictis telis in vos dimicantes: Tam elingues tamen esse nondum didicistis, vt aliquando taceatis. Nam ipsa tu statim religionis incunabula clamabis iam tum ad sacrilegas abusiones, & profana studia, diuertisse. *c* Vltimam vobis Ecclesiæ pueritiam & Apostolorum ætatem repetimus; vos itidem ad omnia surdi, & hic ridendi cauillandique ma eriem inuenitis.

83 HÆRE-*t. eorum impudē-tia in historicis reijcien-dis.*

ITA Petrum quoque auctoritas, cum aduersa est, exsibilatur. Descendimus porro ad historicos, quot-

C. *Praco in Antikell. 2. p. pag. 193. col. 2. De Augustini temporibus.* Nach vnd nach jmmer etlich Aberglauben darzu gefallen.

quot

quot Ecclesiæ res gestas sunt commentati? Cælites boni! quibus vos hic sannis non indulgetis? an aliud exspectem, quàm vt *Lutherum* imitati; (qui *Hieronymum* hæreticum, *a Chrysostomum* Balneatorē, *b Basilium* nihili scriptorē, *c* appellauit) exclametis: *Eusebium* nimirū, nimius in suis nugis est. *Gregorium Turonis* fabulas meras, & Milesijs vaniores texit. Dialogos *Gregorij Magni* ad gerras & sōniatos apologos relegatis. *d Nicephoro*, & *Metaphraste* vbi se mouerit, diē dicere, serij prætores, tentatis. Quid iam si *Surios*, *e Baronios*q; nominemus? Quid si ad *Theologos*, scholasq; prouocemus? Hos verò non armis, sed conuitijs omnes repellitis. Neque enim *Arcadia* pecuaria encomiastes

A B C. *Lutb. in Colloq. pag.* 478. & 474.

D. *Preco Antikell. 2. p. pag.* 190. *col.* 2. *vbi scommate lacerat Dialogos S. Gregorij: eiusq; sanctitatem sibi suspectam esse, indicat.*

E. *Preco ib. pag.* 191 *col.* 1. Der Fabel Münch Surius, der die grosse comment der Legenden / oder Lugenden / zusammen getragen.

vllus tot olim nominibus onerauit, quot titulis istos vestri hypodidascali perpetuo exornant. Omitto Concilia, ex omnium gentium doctissimis viris coalita. Nam stipulæ robur, pondusque paleæ, apud vos non habent: cùm interim, belli homuncionnes, à nobis exigatis, vt *Hasenmillero* vni, vanissimo scurræ, aut *Schleidani* putenti commento, aut *Illirici* malè sarto centoni, aut *Lauateri* strigili, hunc effuse omnes honorem habeamus, vt quicquid aduersus innocentiam ij confinxerint, *Pythagoram* dixisse confestim arbitremur: eorumque conuitijs, *Cochleos*, *Staphylos*, *Emiseros*, *Baronios*, pluresque nostrum iugulatos credamus. Iam postremò si rationum momentis pugnemus, cauillos redditis: & nempe fallaciosos *Stagiritæ* flexus hos esse, neque ad verum dispiciendum magis, quàm ad fraudes nectendas clamatis idoneos haberi. Hæc omnia cùm ex more vos soleatis; dicite tandem, ecquē vnum ex diuinis humanisque testibus reliquum feceritis, cuius auctoritas

fidem apud vos habere posse videatur?

Progredior ad eos iam testes, è quibus altera se classis miratur esse conflatam. Hic seu singulos ego seu vniuersos perconter, testimonium aduersus *Miracula* dixerint, nec ne? clamant omnes, in mentem sibi nunquam, vt dicerent, veniisse. Nam *Gelasius* [a] quidem, eos fere libros censurâ notat, quos vel infamis, vel incertus auctor, vel alia quæpiam causa, iam antea notârat. In quorum numerum venerunt, commentaria quædam & *Gesta Martyrum*, non sane nec omnia, bone vir, nec omnium, sed ea sola, quæ ab hæreticis, aut imperitis siue scripta, siue conficta inconsulto, memorabantur. Neque nos dubitemur, quin mille hoc genus irrepserint in Bibliothecas menda. Quis tamen idcirco librarias omnes dixerit esse eliminandas? Porro *Gerson*

87. SECVNda *Classis testium à priore adductorum.*

[a] *Gelas. tom. 3. Concil. sect. 2. & inde apud Grat. 1. dist. 15. cap. Sanctæ Rom. Vide Baron. tom. 5. ann. Dni 494. n. 9.*

quid sentiat de Miraculis, omitto repetere: cum suprà satis ostenderit, & calumniam sibi à præcone fuisse inustam. c *A Cluniacensi*, c *Lyrano*, d *Lindano*, e tantum abest, vt sibi Miracula metuant, vt à nemine minus. Quid enim in illis ij castigant? Anilia vulgi commenta; quæ nullis aliquando auctoribus ad aures hominum, atque inde in librorum fæces relata, nunquam aut Ecclesiæ punctum, aut vllam doctorum tribum tulerunt. Iam *Astesano*, & *Isidoro Claro* nihil nos oppugnamur. Ille quippe à nobis est palam; f audite: *Qui accedunt ad Ecclesiam propter Miracula, qua fiunt, non sunt falsis & fictitijs decipiendi; sicut occasione quæstus fieri consueuit.* Rectè omnia: neque nos aliud ab aduersario cupiremus fidiculis expressum. Ecce agnoscit, *Fieri Miracula* in Ecclesiâ. Addit tamen,

B. *Supra lib. 2. n.*
C. *Petr. Clun. 5. epist. 10.*
D. *Lyr. in Dan. 14.*
E. *Lind. 3. opt. gen. interp. c. 3.*
F. *Astesan. summ. lib. 6. de relig.*

non

non ferendos esse eos, qui quæstus caussâ, quædam prodigia ententiantur. In furcam hos omnes; quis neget? Iste vero, *g Multa*, inquit, *Miraculorum fit mentio, quæ interdum fingantur; vel alia sint, vt decorum auctore merito dubitaueris.* Magnum hinc vulnus; & nisi malagma quærimus, letale. Tanquam verò nos omnia, quæ vulgò creduntur, nullo iudicio approbemus? Finguntur quædam à vulgo, & reijcimus: Saniem validáque amplectimur. *h Melchiorem Canum*, scimus de *Miraculis* itidem fuisse quæstum, quod adulterina quædam temere subrepserint. Hæc ipse sola damnat, non illa: & tamen si secius etiam censeret; *Cani* tanti Ecclesiæ nunquam foret, vt eius præiudicio Miracula damnaremus. Deniq; *Baronium*, *i* audet homo præfractè audax in suas partes aduocare: quem vnum, si saperet, etiam nominare formidasset: cùm eo grauiorem aduersa-

G. *Is. Clar. or.* 28. *ad Pinm.* 5.

H. *Can.* 11. *loc. c.* 6.

I. *Bar. in annal. an.* 44. & 311. & 402.

tium, ac potentiorem, hæresis ulla fe-
serit hodie vllum. At *Metaphrasten*
certè, multa scribit commenta suis
admiscuisse! Sanè miscuit: Tu quid
proinde concludes? *Baronium* igitur
Miracula, iam omnia aut vana, & in-
certa, aut prorsus ridicula iudicasse.

88. O cerebri vix semunciam! Et nem-
RATIO pe huc desinit postremò, vis omnis &
cinatio ἐνέργεια disputationis tuæ; vt ab vna
praconis totius parte, totum ipsum ineptissimè
ridicula. colligas. Parere ergo, vt in com-
pendium red gam, quicquid magnis
tu circuitionibus, quasi dispalatum,
effudisti: idque, si potes, lauda; nam
hæc quædam eius est facies. *Ipsi Pon-
tifices, eorumq; sequaces affirmant, ir-
repsisse haud pauca Miracula, quibus
fides aut nulla iam sit tribuenda, aut
perparua. Igitur ipsò Pontificum,
sequaciumq; testimonio, nullis iam vs-
quam Ecclesia Miraculis claret; sed
meris dudum fabulis atq; impostu-
ris squallet.* Hoc ego tã vitiosi enthyme-
matis tabo contaminari inficiq;
pueros non ferrem: & ecce subalpi-
num Theologum, hoc fætentis argu-
menti

menti allio perungi non pudet. Quod si redhostire, atque in caput auctoris conuertere mihi hoc tam illepidum loquendi genus libeat; næ ego vberem ad laudes his præconibus pangendas materiam inuenirem. Sed hoc mihi negotium tum denique capiam, cùm aggrediar vltimam sentinæ huius colluuiem egerere; quâ ille, quicquid vspiam spurci potuit inter suorum centones subodorari, id omne in odium Miraculorum contraxit. Quare, si per vos licebit, interiungam tantisper, dum ex ista, non contenta quidem, certè verò molesta, altercatione respiremus.

AGONISTICON
LIBER TERTIVS.

CAPVT I.

Ingressus ad vltimam disputationis partem; eiusq; vniuersa argumentum.

1 ADOlescentũ in collegio S. Hieronymi honestũ iudicriũ.

IAm Declinante iam in vesperum die, quòd & solis ardores deferbuerant, & auræ lenioris exortus inuitabat, vnà omnes consurgimus, atq; in eam, quæ peramæna suberat, ambulationem digressi, cæpimus de patentibus fenestris, quid in atrio domus fieret, otiosè contemplari. Id verò quàm latè tenditur, lectâ pube, atque aliis aliisque studiis intentâ, vniuersum implebatur. Quippe multos pilæ volantis iudicrum tenebat, quam ibi vel in sublime recussam exciperent, vel datatim vltro citroque repellerent; vel in orbem acti, iam petere infesti, iam exire cau-

cauti, laborarent. Alios verò in perampla porticu, disputadi ardor committebat; dum magnis clamoribus suam quisque *Palladem*, & vel *Aristotelis* scita, vel *Archimedis* theoremata, vel quædam ingeniosensa, tenacius propugnarent. Nonnullis per peristylia deambulare, aut in exedrâ familiariter sermones conferre: aliquibus placuit cursu (nec spatium deerat) se experiri. Denique in magno numero, visi sunt alii aliud: certè autem nemo non aliquid agere, quod corpori exercendo, animoque (nam diem à Musis otiosum leges fecerant) esse remittendo videretur. Ex quâ tam variâ multorum contentione, mira quædam voluptas spectantium oculis sese ingerebat; vt eâ se capi *Tullium*, non obscurè fateretur. Sed laudem in eo studio tulêrunt ephebi ferè; quos plerosque ingenuè nobilis ætas, & staturæ modus à maioribus segregârat, vt cum paribus compositi, suâ seorsim *Spartam* haberent. Horum pars vno circo inclusi, ac velut obsessi, in orbem innoxiè depugnabant;

bant; pars circumfusi, undique instabant, infestique pilam, motu celerrimo, quibus opportunum esset, aut ministrabant, aut destinato iactu incutiebant. Crederes *Troiam* inter *Hectores* hos *Aiaceiq.* denuo periclitari; tam seriis res clamoribus agebatur.

2 COLLEGII S. *Hieronymi frequentia, ac disciplina.*

In hoc spectaculum *Iulius* cum aliquamdiu veluti raptus inhiasset; observabat omnes, quamquam fari per ætatem aliqui viderentur vix posse, iam etiam latinè loqui, & in ipso ludendi ardore Romanos ciues profiteri. Et hos ipsos cum magnam partem loco nobili oriundos esse didicisset, cupiit demum omnium, qui in *S. Hieronymi* collegio tum essent, numerum cognosse. Ego, quod res erat, in duas classes omnem aio iuuentutem esse, non conditione solâ, sed & loco, distinctam. Alios, qui Religionis instituta professi, è varijs Germaniæ asceteriis, huc studiorum causâ venerint: Atque eos, nunc quidem esse pauciores, præ quàm decem abhinc annis fuerint, cùm centum amplius &

sexaginta censerentur. His sua seorsim & Musæa, & ambulacra seruari: Ipsique iam veterem hanc gloriam esse, scholis prope omnibus sic eminere, vt vel primas ubique ferant, vel de primis partibus proximi plerumq; decertent. Alios esse ferè sesquicentum, bonæ indolis adolescentes, qui aut patrimonij censu, aut mæcenatum opibus victitent: quorum si natales requirantur, plurimos suis maiorumque imaginibus haberi per omnem Germaniam claros. Et iucundum id in primis esse, cùm inter omnes, tametsi dispares, mutua quædam charitas & consensio teneatur: omnisque eorum æmulatio ad ingenij virtutisque gloriam enitatur. Captus hac spectaculi illecebrà *Iulius*, duarum sibi rerum dixit in mentem tunc venire: quarum alterâ admoneretur, eius detrimenti, quod ætas tenera in quarumdam hæreseon scholis immane iam caperet; ubi ad omnem licentiam educti, præter literulas, nihil honesti sanctique docerentur: alterâ, quanta Societati nostræ

stræ iniuria fieret; quam Zoilorum calumniâ traduci sæpe numero audisset, ceu nullam aut perexiguam Reipubl. operam nauaret, in tradendis bonarum artium disciplinis. Neque enim in ipsâ *Loiolæ* familiâ facilè doctores reperiri, qui supra mediocritatem sese attollant: Vnde consequatur, vt neque eximij heroes ab Equo hoc *Troiano* existant, qui eminere dehinc ipsi, & magistratum curulem gerere in litteratorum Repub. mereantur. Id ego, inquit, tametsi comitium esse prius ignorassem; ex eo tamen, quod pronuper hodieque hoc vno in domicilio perspexi, facile vanum esse deprehenderem. Aut enim his artibus legibusque formari bona indoles, & perduci ad eruditionis gradum eximium debet: aut nullis certè aliis videtur posse. Auscultato enim dudum, & ecce, in hoc ipso ludicro, quis est puer, quem non audiam latinè aliquid conari? Quadrimi iam isti, ac pènè trimuli callent ea, quæ quondam apud capillatos doctores, barbatorum grandium prætextæ i-

gno-

gnorabant. Tum verò quos alios in hac exedrâ disputantes audimus, aut per porticum hàc deambulantes videmus; ij dum maximè vociferantur, in ipsis clamoribus, cæce quàm legum suarum sunt retinentes? Difficillimis de rebus, non latinè solùm, sed etiam promtè expediteque differunt: vt putem Germaniam nostram non magis linguæ patriæ elegantiâ iam delectari; quàm hac Romani sermonis, quem passim exaudit, nouitate venustateque sibi ac suis gratulari: scholisque patriis lætiorem faciem per vos inductam credere; detersâ fuligine, quâ barbaries æui prioris, Latium omne infecerat.

Hæc *Iulius* mihi iam ante cognita, cùm opportunè sic renatrasset, atque id ego, in his momorum ingeniis posse insolens videri, negassem, si famam etiam hanc litterariam obtrectarent, quam liuentibus ac suffusis oculis in Societate nostrâ conspexissent: cæpi conuitii inanis vanitatem perfunctorie deridere. Nam quod isti litterarum genus, inquiebam, à nostris ra-

3. ANÈ *Societatis disciplinâ prodeant Theologi, & philosophi.*

tionibus tam esse abhorrens arbitrantur, vt eius nihil eximium Societas compararit? Si eam *Theologiæ* partem obijcient, quam *Scholasticam* Scholæ nominant; verebor ego fortasse ne continuò succumbam; & *Suarezi*, *Vasquesios*, *Molinas*, atque horum similes alios proferre non possim, quibus suos iam fasces ipsa propè inuidia submittit; neque postremas in circi Theologici podio sedes vltro concedit. Sin eam malunt, quam *Moralem* Græci, nos *Moralem* dicimus: defendet Societatis non illiteratum nomen *Sanchesius*, *Azorius*, *Henriquius*, & his suppares alii complures; quorum immortalis fama in bibliothecis perennat. Quod si ad eam Theologiæ conditionem pronocent, quæ in interpretandis diuinis oraculis versatur: næ illi actum se agere scient, cum primùm *Salmerones*, *Toletos*, *Maldonatos*, *Cornelios*, *Lorinos*, atque alios hoc genus prope infinitos cogitabunt; qui vel soli iustas bibliothecas conficiant, si sciantur. Iam de *Potestate*, & pro religione aduersus hæ-

resin exaratis voluminibus, etiam ipsi mutire non audebunt; vt qui *Bellarminos*, *Gretseros*, *Becanos* (ne alios inuidiosè producam) nouerint probè senserintq; Quare, quid in hoc principe studio possint, porro desiderare, non intelligo. Atqui certè *philosophis* litem intendent! Non suadeo. Iam enim duodecennes pueri, *logicis*; & adolescentuli *physicis* disciplinis imbuti confertim procurrent; deque omni naturâ subtiliter disputaturi, in ruborem Psyllos hos dabunt; cùm ea se apud nos omnia didicisse paucis primisque annis, ostendent, quæ capulares aduersarij nondum dimidiata sint consecuti. Ad *Matheſin* quod attinet; si vnus pro me *Clauius* loquatur, defensam ego plus satis Calumniam autumabo; Neque *Aquilonij* & mille aliorum, in eodem campo decurrentium patrocinia mihi sint corroganda. *Ethicen* præclarè tradunt quotidiè multi; sed omnium instar habeant vnum, *Adamum Contzen*, cui parem illi vel vnum, si possunt,

sunt, ex omni suorum numero, opponant; & in omnibus vicerunt.

4 ANTE *disciplina Societatis prudeant, aliarum scientiarum gnari.*

Verùm in his nolent, ne ipsi quidem, contendere; Nec de pijs etiam atque ascetici monimentis; quorum laudem neque ambiunt ipsi, neque ad alios æstimant. Res illis præcipua est, de eo genere studiorum; quod mansuetioribus aiunt musis consecratum. In illo nempe toti triumphant; vt secum adeò natas has esse litteras, vnaque secum interituras putent; ad nos semunciam illius assis deveniisse, quâ linguæ latinæ mendicitatem vix defendamus. Sibi *Gallo-britannos* Icaros, & *Veronæ* mentitos exules, & haustos Indico naufragio *Dousas* obtigisse; qui soli primique Græcas Romanasque in Germaniam colonias deduxerint. Magnificè hæc multa; &, si dimidium credamus, omnia verè. Quos ego tamen Thrasones si rogem, quibus finibus hoc suum litteraturæ mansuetioris regnum circumscribant, vt adeò nostrum ad illos nemo possit adspirare? dicent, opinor, omnem & Græci latinique ser-

sermonis elegantiam; & historiæ, oratoriæque dignitatem; & poeticæ criticæque laudem; & philologiæ demum, atque antiquitatis totam farraginem circumplecti. His enim omnibus præstare se ceteros mortales: *Loiolen* verò, nihil istorum, præter crustam, & inanes exuuias, in spolium reliquisse. Possem hic ego armatus ad singula occurrere; si lites caussæq; forenses placerent. Nunc summatim pauca, ne prorsus taceam, repono. Nam Græcis quidem litteris præstantes & habet Societas plurimos, & instituit quotidie multos. Exstant huius monimenta & visuntur hodie tam aperta, ut erubescam, velut in re dubia, *Frontones*, *Schottos*, *Marios*, *Petauios*, *Causinos* citare; quippe absentes, aut nuper defunctos: cùm in oculis *Pontanos* habeam, & *Raderos*, & *Schönlederos*; quibus omnibus adolescens doctissimis præceptoribus sum vsus. Accedit, quod nihil in ludo nostro tam familiare est, quàm vernis præcepta pueri græcanicè, iam prorsa versaque oratione ludant.

Sed

5. Edmundi Camp. litteratura Graca.

Sed eximium arbitror illud, quod *Paullus Bombinus* (a) gratiosè narrat, euenisse in *Britannia*, vt *Edmundo Campiano*, apud hæreticos disputante, scioli quidam ad Græci Euangelij fidem prouocarent; simulque oblato codice græco, quid acturus noster esset, auidè exspectarent. Sed *Campianum*, quòd non nesciret, librum manu hæreticâ iam esse deformatum, ne apertum quidem, placidè reiecisse. Mouit ea repulsa suspicionem hæreticis, apud *Edmundum* Græca neque legi iam olim, neque intelligi. Inde haud dubius risus, mox ioca illiberaliter & sales in hominem congesti; gratulantium *Edmundo*, hunc sermonis Attici leporem. Cùm ille nihilo commotior, silentio cauillum sorberet, alijque tanto effusius sibilis indulgere, & ludibundi ingerere triti adagij scomma pergerent; prouocatum est haud multò post ad *Basilij* fidem. Affertur continuò *Graecus* iterum liber: Hic eccel procacibus cachinnis natantes iam oculi, præcoci

(a) *Bomb. in Vit. Edm. Campiani, cap. 17.*

spe

spe altéram Græciæ repulsam exspectabant; cui instauratis mox iterum iocis, falsè applauderetur. Sed fefellit hiantes exspectata voluptas. Nam obtrusum sibi codicem nihil sanè auersatus *Edmundus* ita accepit, vt oculis in libri locum modestè coniectis primùm lecta omnia promtè venusteque pronuntiaret: græcéque recitata, mox patrio sermone verbatim sic verteret, vt omnia *Basilii* sensa, non modo propriè, sed etiam tersè reddita agnoscerentur. Atque hic demum apparuit, ab *Edmundo* non iactatã ebullisse, sed in tẽpore locoque expressam linguæ græcæ confessionem fuisse. Animaduersumque est, multorum ora iam præcepto risu turgentia, sic repentè compressa detumuisse, vt tacitè nullius ante nec silentio, nec eloquio generosius victam se superbia confiteretur. Hæc de Græci sermonis notitiã.

6 SOCIETATIS studia latina lingua.

Ad Romanæ linguæ nitorem si progrediar, cum inuenire mihi videor sanè haud plebeiũ in *Horatio* nostro *Tursellino*, in *Petro Maffæo*, *Mariana* eq.

riana, Francisco Sacchino, Orlandino, & hocipso vel in primis, quem commodùm laudaui, *Bombino*: Quorum omnium historiæ leguntur, stilo tam rotundè culto, vt eo ne *Romam* quidem, cùm *Crispos* adhuc *Liuiosq;* procrearet, aut scribi olim, aut scribere puduisset. Nec in historia se solâ hic calami styliq; vigor tenuit. *Famiano Strada, Caussinoq; tota Rhetorice, Perpiniano autem Bencioq;* inter oratores, Orator *Muretus*: & *Gazæo* demũ, *Stephonio, Malapertio, ipsa poësis*, applausere. Neque superi faxint vt adeò paucorum ea sit gloria, qui syllabo tam breui omnes possint numerari: alij Trecenti, quod quidam ait, ad hanc metam coniurati tendimus; & multi interuallo aliquo sequuntur, aliqui etiam præcurrunt: neutri suo decore spoliandi. Adhæc sunt innumeri, qui omnibus his classibus sese inserant; æquè sacris atque humanis litteris docti. Quo enim in genere sic valere dices *Delrium, Gretserum, Adamum Conzen*, vt in alio quouis non perinde præstent? Ite, libru-

que

que vel vnum euoluite, quem de *Scriptoribus*, virisq; doctis edidit *Rhadeneira*: & mentiar, nisi tantum admirationis paritura est Societas, apud prudentes, quantum contemtus horum Volusianæ & emporeticæ chartæ. Sed video, quid adhuc morentur isti: nullos dum Criticos, neq; Palæologos, quibus ipsi nimirum eminent, produxi. Possem & hos; sed non fortasse tales, qualibus plauderent isti. Quos enim isti alios adorant, quàm quos audiunt, malè hærentem *Petronij* versum in suos potuisse numeros reducere? aut è *Madaurensi* stabulo infame scrutum eruisse? aut hiantem in *Tibulli* lenocinijs lacunam implesse? aut aliam operam in pingendâ *Terentij Eunucho* fecisse? Hos illi solos *diuinæ particulam auræ* nactos esse, neq; alios aut Patres patriæ salutandos, aut litterarij senatûs principes legendos videri, quàm qui hæc probra latissimè nudissimeq; instaurent. Apagete hos *Deliæ, Lesbiæq;* procos, à Christi parthenone. Nos hæc litterarum propudia, atque

innocentiæ scopulos syrtesque, tanti nec ipsi facimus, vt inde nomen aliquod nobis mercemur; neque alios in Lyceo nostro, ad hæc animi naufragia incautos ferri sinimus; sed iuuentutem, quà fieri potest, etiam præcepto; quà non potest, certè consilio, auocamus. Eaque re, & nullam eruditionis iacturam facimus; & magnum honestatis capimus emolumentum.

7 ARGVMENTVM totius reliqui libri.

Subiecturus deinde quædam hoc genus alia eram; nî *Iulius*, ex diuerticulo, in viam redire, litemque iam propè affectam absoluere maturasset. Nam diei reliquum vix erat, quantum perorationi videbatur suffecturum. Iam enim videor, inquit, hunc adeò fructum, ex tantulo secessu tulisse; vt iucundi spectaculi arbiter, discerem, quanta vestræ Societatis in educandis formandisque liberis nostris solertia existeret. Ac si tu etiam tacuisses, vnum hoc mihi documentum esse poterat, aduersarios, quam ipsi disciplinam imitari nequeant, carpe-

re

re obstrepereque malenolè instituisse. Simul ex interuallo, integer redeo; vt, siquid residuum disputationis est, id ante noctem ego persolutum intelligam. Est enimuerò, inquam: & eò nunc adsum, vt illud omne pertexam. Etenim congressu pomeridiano id adhuc solùm egimus, vt omnia præconis argumenta, malo tibicine effulta, & vel hominis imperitia, vel animi fallacijs substructa, ostenderemus, in seipsa recidisse; neque Ecclesiæ nostræ Miraculis hilum obfuisse: cùm præter crepitum inanem, & ampullantis minaciæ fragorem, panicus miles nihil veri serijque proferret. De cetero, istud agere instistam, vt *Adalphus* etiam nobis esse arma intelligat, quibus non solùm exire præconis petitiones, sed hostem vltro petere ferireque *nostra Miracula* queant. Deinde, cùm debellatum vno argumento aduersus hæresin esse monstrauero: persequar, velut in fuga, reliquias auersi exercitùs; atque, vt quidque personatum è manipulis cà-

uillo-

illorum, aut calumniarum tenuis, aut mendaciorum centurijs, obuiam dabitur, detracto schemate, exarmabo.

CAPVT II.

Quibus argumentis Catholici probent, Christi Ecclesiam per Miracula demonstrari.

8. PRÆstructio ad argumenta Catholicorum pro Miraculis.

VT primùm consedimus, rediens monuit *Adulphus*; quod iure meo mihi postulassem, vt argumenta præconis adstrictius colligerentur, quàm cum effluens idem in lacinioſa veſte ad populum declamaret: id, in meis etiam argumentis ipſe ne neglectum vellem; ſed lege ſirempſe, intra ſyllogiſmi limites me tenerem; quo rectius ad capienda ſingula, repetendaque componere ſe poſſet. Ego gratijs *Adulpho* actis, Cæpiſſem, inquam, nunc adeò legis oblitus, effluere, niſi tua me oratio intra ipſos

ipsos adhuc carceres refrenasset. Faciam igitur, quod mones; atque ex omnibus argumentis, quib⁹ plurimis nos probamus, *Miracula, esse haud dubia veræ Ecclesiæ signa*, vnicum ego producere, satis putabo. Quod ipsum tamen prius quàm aggredior, intelligere aueo, an hoc saltem volentib⁹ vobis facturi nos simus; vt, *Christi Ecclesiam, non nisi* VNAM, *eiusq; Ecclesiæ* VNAM *item* VERAMQ; *fidem, & vniusmodi doctrinam esse debere*, statuamus? Nos enim ne non ita statuamus, magnis momentis adducimur: clamante hinc quidem *Christo*, vnum sui gregis ouile, vnumque pastorem fore: *a* Inde autem Apostolo, *vnum* fideles *omnes in Christo Corpus*, & omnium *vnum Spiritum* esse. *b* Cum annuisset *Adulphus*; tum ego; *apud quos igitur, veram esse doctrinam fi-*

A. *Ioan. cap.* 10.

B. *Paulus ad Rom. 12. & 1. ad Corinth. 10. & 12. Vnde & Canticum cap. 6. Vnam ait Columbam suam, id est, Sponsam Christi. Rursus Vnam fidem Vnumq; Baptisma esse, docetur epist. ad Ephes. c. 4. &c.*

demq; ostendero, apud eosdem inquam, censebor & veram esse Ecclesiam, demonstrasse. Cum hôc iterum, ac perlubenter dedisset; quare reliquum erit hoc, inquam, *vt si vobis probem, eā esse veram oportere doctrinam, quæ veris olim hodieq; Miraculis confirmatur*; simulque doceam, *his talibus nostram assiduè confirmari*: tum nihil sit moræ, quin causſam obtinuisse nos gloriemur. Istud enim est, quod doceri vos posse pernegatis: quando neque nos præstare *Miraculis* veris vociferamini; neque, si maximè præstemus, eo nos signo, *Christi* magis, quàm *Antichristi* manipulares agnoscendos. *Adulphus*; cum & istud ex suo me sensu dicere significasset; tum meum ego argumentum, missis alijs, in hunc modum conformaui.

9. *Ea Religionis doctrina, quam Deus per se ipse veram esse contestatur, indubitatè est vera.*

1. ARgumentū primarium auctoris, pro Miracu.

A. *Deus enim non mentitur, iuxta epist. ad Tit.* 1 ℣ 2. *Vepote prima & sūma veritas: vnde & ἀπλῶς verax in sacris literis nominatur. Psalm.* 85. ℣. 15. *ad Rom.* 3. ℣. 4. *Apocal.* 19. ℣. 11.

Catho-

Catholicæ Romanæ Religionis doctrinam, Deus per seipse, testatur esse veram. b

Est igitur Catholicæ Romanæ Religionis doctrina indubitatè vera.

Habes, *Adulphe*, verbis hîc paucis, nec valde obscuris, meum in præsens argumentum. Cuius vel aculeum tu si credis obtusiorem, vel neruos etiam rupturum te speras; facio copiam experiundi. Ictus inexspectatâ breuitate *Adulphus*; nimis tu, inquit, restrictâ lege disputas: vix ego dum prodisse te ad velitandum arbitrabar, cum tu fessus iam, ceu tubâ terminali territus, odiosè ad finem spectas. Nam vt, quod res est, dicam, vim ego propositionis tuæ nondum, pro eo, quàm vellem, capio: cùm altius mihi petita videatur, quàm fuerit instituto tuo necesse. Quæ enim illi, cum *Miraculis*, quibus de agimus, est necessitudo? Ego, per, inquam, magna, *Adulphe*: neq; tu abnues, si intrò penitius aspexeris. Quod vt

b. *Hæc minor propositio probatur à num.* 10. *& deinceps.*

quàm primùm tibi liceat, à me mora non intercedet. Etenim finge te quæstioni forensi iudicem præesse: tum tu, si DEVM audias pro reo testimonium dicere; tam iniquus & impius, puto non eris, quin reum absolui oportere, sis pronuntiaturus. Cui enim iubebis testimonio fidem haberi, si diuinis eam oraculis habendam nō censes? Verius est, quidquid ille, etiam iniuratus, affirmat, quàm quod oculi se sensusq; nostri videre deierant. Nisi tu fortasse, *primam summamq; veritatem fallere posse mentiriq;* concedis. Tum enim alio mihi telo pugnandum esse intelligam. Minimè gentium hoc, inquit *Adulphus*. Nam tametsi nescio dum, quid meus hîc præco se anceps intricet, *a* ego tamen eò nondum præceps abij, vt suspicer, hanc labem cadere in DEVM posse. Labaret enim omnis religio nostra, quæ omnis in DEI promissis dictisque nititur: at hæc ipsa si fallacia sunt, nihil, quod ego videam, firmum validumq; nobis relinquetur. Quare nihil hîc tibi à me metue; vt cui æquè,

a. Io Apolog. art. 15. c. 2. §. 1. ac

ac Paullo, *b* Deus sit ὁ ἀψευδής. Verùm tametsi hæc ità sunt, tamen, quòd tuum hîc ictum destines, nec dum ego deprehendo. Atquî iam deprehendes hoc, inquam; cùm tibi tramam argumenti mei deduxero.

Etenim cùm in DEI testimonium cadere fallaciam posse, tu negas; aliud mihi dicere non videris, quàm, id vtique vanum & insincerum esse non posse, quod DEI loquentis & approbantis testimonio fulciatur. Quo tuo tam liberali concessu, erectior ego sic iam insisto. 10. ASSVMtio argumenti probatur.

Comperta Miracula, cùm ad asserendā doctrinam eduntur, sunt Dei testimonia, eam liquidò cōprobantis. a

Ad asserendam Ecclesiæ Rom. doctrinam eduntur hodieq́ comperta Miracula. b

Ecclesiæ igitur Romanæ doctrina, Dei testimonijs hodie comprobatur.

B. *Ep. Tit. 1. §. 2. Deus qui non mentitur.*

A. *Hæc Propositio probabitur infrà à numero 11. & seqq. sumiturq́ ex Exod. c. 4. & Matth. 11. §. 5. vbi Christus suam doctrinam esse veram ex Miraculis confirmat.*

Et quod hinc efficitur, necesse est, vanam & insinceram tu eam doctrinam esse neges. Exspecto, quid rursus in hoc nodo triceris. *Adulphus* Si *Gordius* is est, inquit, iam in prõtu erit culter, quo discindam. In ipsa enim propositione, quid moliaris, nunc tandem aduerto. Eaq; propter bifariam his tuis cuniculis occurro. Primùm enim, cùm totam tibi concessero; negabo eam caussæ tuæ aliquid opitulaturam. Cum nulla vos hodie Miracula nobis illustria monstretis. Deinde vt maximè ostenderetis, fieri quædam apud vos Miracula: tamen nondum cetera tibi omnia vellemus concessa. Quippe id in memoriâ etiamnum habeo, quod tõto volumine vobis inculcat identidem meus præco; *Miracula non vana solùm, sed vera quoque & seria, cieri à malis sæpenumero genijs, improbaq; turbâ solere.* a Quæ si ita sunt, quo pacto mihi persuadebo, *Miraculum*

a *Ita præco in apol. cit. pag.* 186. *col.* 1. §. 15. *ex Staplet. & alibi ex Bell.*

omne

omne, (vti tu quidem reris) *pro Dei teſtimonio habendum*? Eâdem cerâ ſi & hoſtis quandoque ſignat, quâ ſignare meum tu amicum ais; quam apud me fidem merebitur cera? Suſpectum erit, quicquid videro, à tam diuerſis fontibus poſſe ſcaturire. Igitur vt compendiara incedam; nego quæque *Miracula* confeſtim Dei loquentis atque approbantis, *teſtimonia* oportere videri.

Atquî ego iam, *Adulphe*, ſuprà de via amolitus has tui Præconis inficetias eram; & arbitrabar nullum cũ ijs negotium porro habiturum. Nunc quando moleſtè retrahis, & obliteraſſe te mea quædam oſtendis: capiam hoc mihi conſilij, vt & ab inſtituto meo nuſquam diuertere, & ſimul tuis iteratò videar reſpondiſſe. Siquidem in eo te totum adhuc ſentio pertinacem, vt argumenti mei neruum bifariam oppugnes. Nam neque *Miracula*, Dei ſigna ſymbolaque eſſe, quibus res controuerſæ diſceptentur: neque, ſi maximè ſint, tamen vlla Ro-

11. Prima claſſis Miracula ſunt Dei teſtimonia.

manæ Ecclesiæ Miracula iam exstare, contendis. Neutrum ego te aio rectè aut ordine moliri: atq; in priori quidem, actum te agere, sic ostendo. Vel enim, cùm *Miracula*, pro Dei testimonio habenda, negas; id mihi tam latè vasteque extendis, vt ex omnibus Miraculis nullum eo honore digneris; vel certè vt quædam solum ad hanc dignationem admittenda, quædam alia prorsus ableganda iudices. Prius illud nunquam tu hodie euinces. Meminimus enim opus hoc Dei propriũ esse, *vt faciat mirabilia magna solus*; *a* vsq; adeò, vti & *Chrysostomus* Miraculum appellet, *pignus quoddam potentiæ diuinæ b*: & *Augustinus*, *c* Deum dicat, *mirabilibus operibus loqui*; eaq; propter quæ per eiusmodi θαυμάσια confirmantur, apud sapientes, velut â Deo cõprobata iam nõ dubiè censentur. Quod ipsum ne tuus quidem præco, *d* (cete-

A. *Psalm.* 153.
B. *Chrys. homil.* 14. *in Matth.*
C. *Aug epist.* 49. q. 6.
D. *Prec. in apol. art.* 15. §. 1 *pag.* 185.

rùm

rùm ad quæuis neganda proiectè audax) inficiatur: cùm eam in rem haud absurdè, istud etiã vnde vnde exscribit, e *Vt ad fidem Dei accederemus, nõ verbis suasum est, sed rebus. Vidimꝰ enim mortuos suscitatos, leprosos mundatos, dæmonia eiecta, &c.* Igitur non verebor, ne omnia tu vniuersè prodigia condemnes: sed ex præconis certè sensu, ea saltem pro diuinis testimonijs agnoscas, quæ (quod ipse ait *f*) *supra naturæ totius vires, suetumq́ ordinem vniuersi, ad stabilienda fidei sacra, Deus alicubi statuat.* Quæigitur vis alia repudiemus? Nempe simulata quæque & nugatoria; quibus facies colore quodam extrinsecus per præstigias fucatur; re autem ipsa, nihil eis sinceri prodigij subest? Tanquam autem de istis præstigijs nos litem vobis vllam moueamus? Ipsi pridem hoc genus impostoras exsecrati edictis proscribere, & pœnis etiam subigere solemus: vobisque ac vestri

E. *Ex auctore quæst. 9 triusq; testam. q. 114. vulgo S. Augustin.*

F. *Præco. apol. cit. col. 1. §. 31.*

ludi thaumaturgis relinquere, quàm diuinitati consecrare malumus. Quid ergo? an duobus his prodigiorum generibus, *Miraculum* omne sic circumscribitur, vt aliud nullum Ecclesiæ relinquatur? Minimè gentium istud. Et meministis ex primo congressu, *g Miraculum diuinum* me quadripartitum fecisse. Aliud, cuius totus effectus vbiq; : aliud, cuius effectus alicubi tantùm: aliud, cuius *solus modus*, naturæ vires finesq; transcenderet; aliud, demum, cuius neque *effectus totus*, neque *modus* naturam excederet; quamquam ab adiũctis tamen suis diuinum id esse cognoscerentur. Iam quattuor hæc genera, tametsi *Miraculi* conditionem non æquè omnia seruant; (quemadmodũ supra dixi) tamen omnia in præsens æquè effecta Dei sunt: atque idcirco, eadem, si cui doctrinæ confirmandæ edantur, eam æquè omnia veram esse certamque testabuntur: Et quia quod Deus siue iuratus, siue iniuratus pro testimonio dixerit, falsum esse neuti-

G. *Supra lib.* 1. *n.* 60. *& seq.*

quam potest; ideò fiet, vt non ea solùm doctrina necessario sit vera, cui quadripartiti generis Miracula simul omnia suffragantur; sed ea perinde, cui illorum vel vnicum, & infimi ordinis prodigium subscribit.

CAPVT III.

Quænam ex veris miraculis sint DEI testimonia habenda.

VIDEOR hîc mihi præconis supercilium videre multa abnuentis. Neque enim paribus putat prærogatiuis *Miracula, tametsi maximè VERA, a* æquè omnia posse donari. Sed ea duntaxat, quæ in primam primæque proximam classem paullo ante redegimus: puta, si *Solis Lunæq;* cursum iniecto sufflamine possis inhibere; aut manes ad corporis relicti domicilium reducere. Enimvero tum haud dubiè diuinum 12. ETIam ceterarum classium *Miracula, vera Dei testimonia sunt.*

A. *Praco in apol. cit. pag.* 18.

vim agnoſci ; ex qua Dei teſtimonium cernas tralucere. Alia, quæque illa fiant, & ſiue à *Modo*, ſiue ab alio *adiuncto* mira Miracula vocentur; ea tamen ad conijciendam DEI vocem, nihilo plus momenti habere, quàm *Antichriſti* quondam vera prodigia ſint habitura. Verùm ex hoc tui *Pythagor* ſcito videſis, *Adulphe*, quàm illepidè non pauca παράδοξα conſequantur. Etenim principio, vix vlla neque *Chriſti*, neque *Apoſtolorum* veterumque patrata Miracula ſibi iam conſtabunt : cùm eorum magnam partem pleraque non primis, ſed poſtremis (id eſt, ſi vos audimus, dubiis ac ſuſpectis) claſſibus contineantur. Quo fiet, vt nullam potuerit, his prodigijs, auctoritatem ſibi iure comparare ; neque innocentiæ virtutiſque ſuæ ab hoc argumenti lubrico fidem promereri. Deinde confutabit ſe ipſe Præco : quippe, qui ſui oblitus eadem hæc Chriſti vatumque prodigia, iam alibi *b* pro legitimis ſanè Miraculis,

b Præco *concione* 1. *pag.* 9. 10. *præſertim pag.* 11. *verſ.* 12.

fidei-

fideique firmandæ apprimè idoneis signis, ultro agnouerit; quæ tamen hîc necesse est, vt ad spuria rursus abléget; vt quibus ad veri testimonium censeat vim roburque nullum subesse. Quod ego nisi ad singula quædam exempla descendo, nemini vestrum sim persuasurus. Igitur vt necessitati litetur, hôc sultis, agamus; & primum omnium in Christi miraculis, documentum edamus.

13. 1. CHRISTI *Miraculum vltima classis.* STELLA.

Sub ipsa nascentis incunabula, meministis prodigiosi luminis Astrum emicuisse, quo barbari reges ab vltimis terris, ad venerandam *Christi* pueritiam euocati; satis argumenti habere se rebantur, vt DEVM esse crederent, eum, quem inter stabulantia iumenta pauperis tugurii diuersorem inueniissent. *a* Hos ego, quæro à vobis, rectène ad rem difficillimam sibi persuadendam, hoc signo inductos, existimetis? Rectè omnino: quippe quos scripturæ diuinæ non arguant, & cum SS. patribus vniuersa

a Matth. 2. §. 2. Vidimus stellam eius, & venimus adorare eum.

antiquitas laudet. Atquî signum id tamen, ex iis solùm Miraculis fuit, quæ malis artibus veterator stygius posset imitari: Vt, cui promtum foret, igniferum globum per aëris inania girare, stellaéque ambulantis imaginem mentiri. Quare, si res ad vestros calculos exigatur, non potuit liquidò compertum spectatoribus esse, an sidus illud supra naturæ conditionem ità fuisset procreatum, vt in eo DEI loquentis, atque ad Christi indicium ducentis, vox agnosceretur. Quod si ita est, iam non rectè illos, sed temere incauteque rem dubiam secutos, concludetis. Id autem, quo illorum conuitio facturi sitis, secum vnusquisque cogitate. Neque vestra hîc diuerticula vobis effugium dabunt; vti ad quædam *adiuncta* vos nempe recipiatis, à quibus sidus hoc suam sibi certitudinem sit mutuatum; absque illis incertum. Vaticinationes, inquietis, *orituram* hanc alicunde *stellam* prædixisse; quæ olim ad visendam DEI infantiam ductaret. *b* Ego, In-

b B. *Numer.* 24. §. 17. *Orietur stella ex Iacob.*

fernum

fernum dicam alastorem potuisse ad eas ipsas vaticinationes aspicere; vtque fucum homini faceret, assimulatæ stellæ ludibrio, ad quemuis alium infantem temere adorandum inuitare. Sed negabitis vos, opinor, τὴν θεοῦ πρόνοιαν, * id eiusmodi ludibrium permissuram fuisse; ne præstigijs suis impostor hanc mortalibus errandi viam sterneret. Atque istam esse θείασιν, quæ suspicione, metuque falsi, stellam absoluerit; certumque DEI trahentis ac loquentis testimonium esse persuaserit. Rectè vos istæc, & diuinè, si antehac vnquam. Sed hac tamen declinatione dum *Scyllam* effugitis, in *Charybdin* vos incidisse, pòst paullò sentietis: vbi has ego θείασεις, & adiuncta, Miraculis nostratibus lege eâdem ostendero suffragari.

* *Dei prouidentiam.*

14. Alterum habete, haud paullo etiam facilius imitatu. Nuptias vinum defecerat, *a* Datum est negotium ministris vt hausta fontanâ congios implerent. Hauritur. Et ecce? Vi-

ALIERUM *Christi Miraculum vltimae classis: in nuptias prius.*

a Ioann. c. 2. §. 3. & 11.

num esse meracum omnes conuiuæ comperiunt. Ingens miraculum! quis neget? Sed fingite vos adesse *Iulianum*, aut alium è *Luciani* tribu sannionem; qui audiat motos, eo prodigio *Christi* discipulos, manus dedisse, ut eius inde diuinitatem crederuli approbarent: ridebit albis dentibus simplicem plebem; atque ex Islebico sensu, negabit id miraculum eâ vi pollere, vt veri testimonium efficax inde debuerit exspectari. Ostendet enim, fieri strophis etiam magicis solere, vt in oculis haustus aquæ latex euanescat, eiusque vicem incredibili celeritate vinum alicunde suffectum, mirificæ rei speciem, veramque naturæ metamorphosin ementiatur. Ea propter signum diuinitatis, ab eo prodigio peti non potuisse; cùm nondum certè constiterit, per occultósne artis canales, an ad diuinæ vocis imperium ille se liquor repente infuderit. At enim hîc denuo clamabitis, ab aliis *aduentis* id potuisse discrimen agnoscì! Atque itidem ego, quod suprà responderam, hîc

hîc vobis denuo respônsum volo; & meminisse vos hæc *adiuncta* iubebo, cùm ad nostra Miracula gradum post paullò faciemus.

15. ALIA *plura Christi Miracula conferuntur, ex vltima classe.*

Iam porro de alijs Christi prodigijs quid dicturi vos estis? In hunc profectò finem omnia spectabant, vt pro asserendâ Christi doctrinâ testimonium essent; ὡσπὰ τὰ ἔργα inquit, ἃ ἐγὼ ποιῶ, μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ, ὅτι ὁ πατήρ με ἀπέσταλκε. *a* Et ea tamen cõpluria, naturæ limites (*si modum*, & περισσόσεις excludas) nusquam transcendebant. Nam *piscatum* mihi, felicem illum atque abunde vberem considerate, *b* qui *Petrum* stupore complêrat, atque ad Christi pedes abiecerat: quid magnum is habuit, quod vires etiam infernæ polliceri non possent? Quid illa dein per vndas ambulatio: cùm intrepido pede substratum æquor & per se ipse calcaret, & mox idem siceis *Petri* vestigiis parere iuberet? An, Acherusijs

A. *Ioann. 5. Vers. 36. Opera ipsa quæ facio, testimonium dant de me, &c.*

B. *Luc. 5. Vers. 9.*

non deli-

delibuti succis, Magi non idem sæpe spectaculum præbuêre, c cùm per maria, velut stabili solo, ambularent? Tum febris etiam, in quâ *Petri* socrus ægra cubabat, seu quercera, seu quæque alia fuit, non vtique tam partinax inhæserat, ut omnem Naturæ opem videretur elusura, si quam ferre *Machaones* periti maturassent. d Ipsi certè genij, mali iuxta ac boni quibus stirpium fruticumque exploratæ sunt vires, si scienter eas promteque misceant, morbos plerosque tales haud ægre leuabunt. Et erunt fortasse, qui surdos claudosque, qui imò vel paralysi afflatos, vel psorâ elephantiscabieque deformes, putent ingenio naturæ sollertiaque restitui in integrum posse. His eritis vos, reor, auctores, vt de *Christi* doctrinâ similibus miraculis probatâ, cunctandum sibi arbitrentur: Neque huic eius argumento pondus inesse credant; quo tamen

c D. *Ita Albigenses, per aquas deambularunt. Cæsarius lib. 9. cap. 12. Delr. disq. mag tom. 3. c. 2. sect. 3.*

d *Luc. 4. v. 38. Matth. 8. Marc. 1. v. 30.*

non

non postremo se *Christus* tuebatur; cùm ex editis miraculis, ferre de se iudicium aliós iubebat *e* πορευθέντες, inquit, ἀπαγγείλατε Ἰωάννῃ, ἃ ἀκούετε καὶ βλέπετε. τυφλοὶ ἀναβλέπουσι, καὶ χωλοὶ περιπατοῦσι, λεπροὶ καθαρίζονται, καὶ κωφοὶ ἀκούουσι, νεκροὶ ἐγείρονται. Vbi suæ diuinitatis indicia facit, non solùm à mortuis excitatis, sed etiam à claudis, surdisque ac cæcis ad natiuum vigorem reductis: imbelli argumento, si *Iudæi* non mentiuntur; quum hæc huius ordinis miracula, negant eâ vi pollere, vt doctrinæ *Christi* effectisque fidem conciliet. Quid ijs postremò Miraculis fiet, quibus idem stygias legiones excedere, & ex humanis laribus, solutâ obsidione, exesse coëgit? *f* Poterunt enim isti, cum atauis suis, æquè metuere, ne id genus inquilini, magis suâ se sponte subduxerint, quàm imperio exacti cesserint: eâque fuga non veritati, sed

e Matth. 11. §. 5. Euntes nuntiate Ioanni &c. Cæci vident, claudi ambulant. &c.
f Passim in omnibus Euangelistis.

errori

errori mendacioque famam diuinitatis excitarint.

16. QVÆ *Apostolorum Miracula extra I. classem.*

VENIO, cùm bona venia tuâ, *Adulphe*, ad *Christi* Apostolos; quos dabis, scio, non Miracula solùm compluria patrasse; sed ijs etiam Miraculis magnum suæ doctrinæ momentum addidisse. Ea verò an tu omnia dices ita sublimia fuisse, vt aspirare ad illa naturam putes non potuisse? Quid igitur (ut à primis exordiar) illud fuit, *a* quum visi sunt omnium gentium linguis ita disertè loqui, ut iuxta ab omnibus intelligerentur? Magnum vel inuidiâ teste, prodigium! Et tamen quàm id procliue sit imitatu, sæpe compertum est, ijs, qui de rudi popello multos, malis hospitibus infestos, audiêre latinis græcisque verbis non adhæsè neque inscienter loquitantes; & cùm è terra *Germania* pedem extulerint nunquam, tamen rotundè cùm *Gallis*, tersè cum *Italis*, sonorè cum *Iberis*, horridè cum *Scythis* colloquia miscentes. Neque ijdem genij, si res poscat, desperent,

a Act. Apost. 2.

pluri-

plurium linguarum imagines, atque simulacra repentè conformare, perque aëremità differre, vt ab vno loquentis ore, plures continuo linguæ ad alios aliosque perferantur. Quid illud deinde, cum aut *Petrus*, *b* paconiugum, vix prolata sententia, delicti serius vindex, exanimauit? aut *Paullus*, grassantem malis artibus Magum, & Proconsuli moras, cum pernicie struëtem, cæcitate inducta multauit? *c* idemque viperæ pendentis insidias morsusque innoxios delusit; monstro impunè in subijcem rogum excusso? *d* Quid illa postremò, quibus cacodæmonum portenta è corporibus passim exegere, aut ægritudines, (certè non omnes vltimè desperatas) precibus sustulêre? An nihil est horum, quod tentare etiam vel natura audeat, vel magicæ artes polliceri consueścant? Et his ipsis tamen operam facturos se Apostoli rebantur, fidemque ceu grauibus momen-

B. *Act. Apost. 5.*
C. *Act. Apost. 13. v. 11.*
D. *Ibid. 28. v. 5.*

tis

tis testatam propagaturos. Qui certè si iam hunc *Pornæ Islebicæ* nepotem consuluissent, metuere poterant, ne rebus siniſtrè cadentibus, suam ipsi religionem, his testimonijs è certa planaque, dubiam ac suspectam orbi redderent.

17. QVÆ *Mosis & Samuelis Miracula extra primam classem.*

QVAMQVAM autem hæc plus nimio possint multa videri, non omittam ego tamen, ad veteres etiam prouocare: quorum Miracula vim suam pleraque sentient elumbem fuisse, si ex placitis *Islebiorum* sit constituendum. Nam *Moses* quidem, *a* diuinis imperiis actus, vt suam cauſſam *Pharaoni* grauissimè probaret; iussus est non sanè Solem à noti curriculi flexu violenter abstrahere; medioque cælo diem extensum suspendere; neque ab inferis quosque ad semesi cadaueris hospitium retrahere; aut ea tantum, quæ naturæ orciqué viribus concessa negantur, ostentare: Sed illa ferè sola, quæ magnam partem exhiberi & magorum veneficio possent. Ita quippe *virgæ in serpentes*; ita mutato ingenio

a Exodi 7. & seqq.

lym-

lymphæ in sanguinem abire; & vndique turmatim ebullire *Ranas*, terrasq; obsidere iubebantur. Quæ signa tamen cùm DEVS ipse censuerit idonea, quibus populo regique persuaderetur; nimiò quàm improbos esse hos oportet, qui noua libidine ducti, ceu imbellia, reique firmandæ non apta, criminantur. Damnabunt iidem censores & *Samuelem*; quem legunt alicubi, non primæ, sed vix vltimæ notæ Miraculo, populum mouisse. *b* Insignis est locus; & ea propter prorsus commorandus. *Nunc state*, inquit, *& videte rem istam grandem, quam facturus est Dominus in conspectu vestro. Nunquid non messis tritici est hodie? Inuocabo Dominum, & dabit voces, & pluuias; & scietis, & videbitis, quia grande malum feceritis vobis in conspectu Domini. Et clamauit Samuel ad Dominum, & dedit Dominus voces, & pluuias in illa die. Et timuit omnis populus nimis Dominum & Samuelem.* Argumentum sibi quæsierat vates, quo demonstraret, populum

b 1. *Reg.* 12. §. 16.

pec-

peccasse. Ergo omnibus circumspectis, ad *Miraculi* fidem credebat prouocandum. Cuius autem *Miraculi*? Nempe cienda precibus tempestas erat; vt euocata cæli tonitrua, & eliciti cum fragoribus imbres ruerent. Atque hæc certè, quanquam & rhombo ciere volaticæ *Camillæ*, & equestres in hirco vetulæ quotidie discant; appellat *Samuel* tamen *rem grandem*, quid nisi grande portentum, à quo testimonium veri non dubium peteretur. Imperitè hoc rursus, si præconis arbitrio foret de diuinis dum. Nihil enim in ijs prodigijs achanouum magnumque apparebat; cui victa naturæ uis omnis succumberet.

18. QVÆ *Eliæ Miracula extra primam classem.*

NEC melius aget suam apud hos iudices caussam *Elias*; quem ipsum non decuit ad futilis argumenti debiles neruos decurrere; cùm populo rem in primis grauem instituit persuadere; vt repudiato *Baalis* cultu, ad veri numinis obsequium reuerteretur. Quid autem argumenti eam in rem elegerit, vestra iam interest audire.

dire. *Dentur nobis*, inquit, *a duo boues, & illi eligant sibi bouem vnum, & in frusta cedentes ponant super ligna, ignem autem non supponant: & ego faciam bouem alterum, & imponam super ligna, ignem autem non supponam. Inuocate nomina Deorum vestrorum; & ego inuocabo nomen Domini mei: & DEVS, qui exaudierit per ignem, ipse sit DEVS.* Agitur ecce, non de lana caprina; sed de lite, post homines natos, grauissima; Vtrum populus omnis in *DEI* vnius nomen auctoratus coniuret; an ad *Baalis* dæmonumque nefarios cultus sacrilegè discedat. Interim ad huius tantæ litis decisionem prodit diuinissimus vates; caussamque certis & efficacibus momentis oraturum se sperat, si de infima classe (præconibus his fastidita & suspecta) miraculum producat. Nam *DEVS*, inquit *qui per ignem exaudierit*, id est, ad cuius imploratum nomen, ignis è nubibus delapsus victimam hauserit, *ipse sit DEVS*. Hoc Infimæ, inquā, notæ miraculum est, &

A. 3. *Reg.* 18. 9. 23.

si suis momentis æstimetur, nihilo natura potentius: cùm mali quoque genij, suis molitionibus, ignes iaculari, non imperitè, flammaque voraci quiduis absumere consuerint: eiusq; artis documentum in *Iobi* armentis dederint: *b* vbi Ignis artificum istorum studiis *cecidit è cœlo, & tactas omnes pueros q; consumsit.* Quid igitur? an proinde aut *Elias*, aut populus, ei Miraculo fidem habendam non putauit? Imò enimvero, *Respondens omnis populus ait; Optima propositio.* *c* Inde mox iubente Elia, *cecidit ignis, & vorauit holocaustũ, & ligna, & lapides.* Ac videte quanto pluris id prodigium populus atque *Elias* æstimarit, quàm æstiment istæ iam Alpes. Subdit enim Scriptura: *Quod cùm vidisset omnis populus, cecidit in faciem suam, & ait, Dominus ipse est DEVS, Dominus ipse est DEVS.* Expressit profectò hanc veri confessionem *Elias*, non alio sanè Miraculo, quàm eo, quod nos postrema in classe repo-

B. *Iob.* 1. v. 16.
C. 3. *Reg.* 18. v. 24. & v. 38. & 39.

nimus;

nimus; quodque vim testandi veri habere nullam hic arbitratur.

POSSIM in hanc ego sententiam, *Adulphe*, adducere tam multa, vt metuam, ne ipsa rerum similium copiâ, & præconi tuo, (*quamquam nolent.*) ruborem, & tibi, quamuis patientiæ præceptis probè imbuto, tædium dicar afferre; nî prius ipse modum fecero: ceteraque hoc genus alia supersedero vberius singillatim persequi. Istud te velim vnum hîc meminisse, aliò caput hoc huius disputationis non pertinuisse, quàm vt his ego exemplis facerem palam; è quatuor generibus veri Miraculi, *a* non ea modò, quibus prima statio est assignata, sed & illa porro quibus infima conditio germani Miraculi sit tributa, robur sibi nomenque diuini testimonij vindicare: Neque eam doctrinam posse falsi suspicione laborare, quam hâc etiam cerâ anuloque videas signari. Restabit igitur vt negata prius propositio *b* suum adhuc locũ

19. COMplexio totius argumenti.

A. De quib. supra lib. 1. n. 58. & lib. 3. n. 11.
B. Supra lib. 3. n. 10.

teneat; quamquam à tuis infestis alijs impugnata: Qui ne tam obliti, nesciant quæ argumenti propioris propositio fuerit; in eorum gratiam placet totidem verbis hîc idem ἐπιχείρημα subijcere, quibus id ego prius posueram. Etenim cum sic exorsus fuissem; vt dicerem, omnem eam doctrinam vtiq; veram esse, quam Deus suo testimonio à falsi metu vindicasset; idque vos proni toto capite annuissetis; perrexi recto pede ad Ecclesiam Romanam descendere; eiusque doctrinam; (qua quidem à vestris placitis dissidet) dixi, testimonijs diuinis ab omni falsitate haberi vindicatam. Hîc vos repente aduersarij esse, & magno opere, quod assumseram, inficiari. Id igitur ipsum vt ego nouâ substructione fulcirem, institui sic rursus argumentari. *Quamcunque doctrinam certa Miracula confirmant, eã necesse est esse veram. Romanæ Ecclesiæ doctrinam exploratæ fidei Miracula confirmant. Igitur Ecclesiæ Romãæ doctrinam necesse est, esse verã.* Vos quæ huius ratiocinationis momenta

menta negaueritis, ipsi, opinor, meministis. Certè enim in ipsa eius propositione adhuc solâ versati, nondum ad assumtionem descendimus.

CAPVT IV.

Quibus adiunctis indigeant vera Miracula, vt pro Dei testimoniis habeantur.

MEmini verò, inquit *Adulphus*. Sed ea tu magnam partem ità iam denuò confirmasti, vt fatear, meam mihi caussam videri iam oppidò nutare: & leui conatu, nî obnitar, totam impelli posse. Etenim si *Praeconi* dedero, vt diuina testimonia tam arctis finibus circumscribat, vtque in ijs ea solùm Miracula agnoscat, quæ tu ad primam classem, aut certè proximè consequentem redegisti: video plus satis, quàm nihil momenti plerisque scripturæ Miracuiis simus relicturi, ad verum contestandum. Nam ijs, quæ tu prolixè iam disputasti, vl-

20. ADVLphus ipse sui praeconii vanitatem arguit.

tro hæc alia me terruerunt. Quid enim? aiebam mecum; an prodigium *rubi ardentis, a* vim naturæ omnem adeò vicit, vt nisi diuinitus effici non posſit? potuit enimuero à bonis etiam malisque genijs; potuit ab horum alumnis: denique potuit ab alijs quoq; cauſſis; cùm legerim ſuccos eſſe medicatos, quibus perlitæ manus inter ſtridentium flammarum globos, aut ebullientis plumbi ahenum ſine noxâ durent. Subijt & Gedeonis hiſtoriam cogitare; *b* in cuius *vellere* nihil ſanè reperiebam adeò mirum, quod exprimere ars & natura deſperaret. Alia ſe deinde ſuper alia objiciebant, nullo ferè gradu eximia: quibus tamen cùm *Moſes* & *Gedeon*, tum alij multi ſic aſſentiebantur, vt in ijs, velut in diuinæ voluntatis teſtimonio, ſapienter conquieſcerent. Quam ob rem vix potui, quin his tot exemplis motum eſſe me faterer. Ne quà tamen herbam planè victus porrigam, ſunt pauca, etiamnum, quæ

A. *Exodi* 3. §. 2. & 3.

B. *Iudicum* 6. §. 37. & ſeq.

pro-

procliuem animum morantur. Et ea nunc ingredior afferre.

21. OBIECTIO, de Miraculis impiorum.

Etenim si cum Miraculis istiusmodi connexum esse Dei testimonium est necesse; quo te pacto defendes, cùm audies; etiam impios, Deiq; hostes magnis aliquando Miraculis, ijsq; germanis, inclaruisse. Nisi fortassis impij non videntur ij qui quondam ad *Christum* accessuri, dicent; *a nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimᵃ?* Quibus mox ijsdem respondebitur; *discedite à me qui operamini iniquitatem?* Accedit: quod neque vos ipsi dissimulatis, vim effectricem Miraculorum, non esse Sanctimoniæ perpetuum constansq; signum, sed locum inter *Gratias* merè gratuitas, seu *gratis datas*, obtinere. *b* Fac igitur, (quid prohibet?) vim illam homini plano mendaciq́ue contingere; qui strophis dolisq́ue ductare plebem as-

A. *Matth.* 7. §. 22. & 23.

B. *Vide cum alijs Franc. Suar. de fide. d. 4 sect. 3. n. 10. Ex S. Paulo. 1. Cor. 13.*

fuêrit; hîc certè, quàm pronum est, vt libidine ductus ad falsum testificandum, aut odium explendum, Miraculo abutatur? an tu etiam tunc perstabis, vt eiusmodi prodigio contendas testimonium diuinum inesse, quo mendacium hominis odiumq; vêri à Deo confirmetur? abnuis, si io: & per quàm rectè. Atqui certum id tamen probique nominis Miraculum erit; cùm de spurijs iam quidem non loquamur. Opus igitur erit, vt vel hîc Præconi meo de palmâ concedas, & cum eodem fateâre, posse sincêrum Miraculum edi, quod nullius tamen testimonij pondus contineat. Restat hic mihi scrupulus, ne tecum faciam: quem valde quidem metuo, vt hodie totum eximere mihi tu possis.

22 PRIMUS FINIS, PROPTER QUÆ FIERI MIRACULA POSSUNT.

AT ego iam ante noctem, inquam, scrupulo te hoc ita liberum dabo, vt nulla parte post vnquam te pungat. Et poteras per te ipse immunis esse, si meminisse etiam verba velles, quibus hanc ego rem supra orsus fueram suadere. a Quamquam ea quod

a *Supra lib.* 3. *n.* 10.

minus

minus obseruata, te fefellerunt, non pigebit, clarius hîc planiusq; subijcere. Nam omnia compertæ famæ ac fidei Miracula, quamcumque in classem ea cogantur, non solùm varijs possunt modis euenire, sed solent diuersos etiam in fines spectare. Quos ego fines, cùm huc in primis pertineant, generatim facio bipartitos. *b* Alia namq; è veris diuinisque prodigijs ita perpetrantur, vti *ad nullius doctrinæ aut rei veritatem, per illa confirmandam, dirigantur*: sed omnis eorum ratio ad quædam aliorum aut commoda aut supplicia collineet. Quem in modum æger quandoque valetudinem à medicis conclamatam, vnde per ingens Miraculum recipit; idque non eum in finem, vt inde cuiusquam aut *hominis sanctitas*, aut *doctrinæ veritas* testatior euadat; sed quod vel ægri rationibus sic expediat, vel Dei bonitas inde gloriaq; palàm fiat. E contrario solent interdum improbis prodigiosè supplicia irrogari; vt eorum metu corrigan-

B *Ita Suar. de fide cit. d. 4. sect. 3.*

tur alij, Deusq; mali vindex agnoscatur. Atque hæc sanè Miracula, quamuis omni suspicione vacent, Deique esse effecta liquidò sciantur : ea nos tamen, Dei etiam testimonia videri, necessarium non putamus. Cùm testimonij rationes in eo versentur, vt *verum esse quidpiam falsumue asseueretur.* His autem Miraculis (quòd ponimus) nihil aut verum esse aut falsum asseueratur. Quare hæc ipsa tametsi diuinissima sint, rationem testimonij diuini habere, non est necesse. Atque ea propter ireinficias non debemus: edere Deum hæc Miracula per prauos etiam homunciones interdum posse: *c* fidei tamen Christianæ addictos. Quo in numero viderint alij, an censere lubeat *Salutatores*, illos, quos *Iberia* fertur

C. *Patet ex Matth. 7. v. 22. Et ib. cap. 10. vbi Christus etiam Iscariotæ dedit virtutem Miraculorum. Et Luc. 9. v. 49. Quidam eiciebat dæmonia, qui non sequebatur Iesum. Nec maior in his videtur ratio, quam in impijs, qui fidem professi, vera Sacramenta administrant.*

gig-

gignere. Vobis quis meus de illis sit sensus, iam supra est declaratum. *d* Nunc, *Adulphe*, ne nihil tuis me rationibus tribuere conqueraris; aio, de his huiusmodi prodigijs, non absurde te esse ratiocinatum: nullo tamen caussæ præiudicio. Quia ad hæc ipsa tuæ partis adiumenta, ne tu confugium haberes, viam ego in exordijs *e* præclusisse me rebar; cùm non *quælibet diuina Miracula*, sed *diuina cum peculiaribus adiunctis*, ad vim testimonij diuini attollebam. Ceterùm ex περιστάσεις adiunctaque peculiaria quæ sint, opus est aliquando finiamus: cùm præsertim in ijs cardo rei totius vertatur; & sæpius ego me promiserim in tempore productum. Ne vadimonium ergo deseruisse dicar, iam ea nunc auspicabor.

Sunt enim alia quædam ac fortassis pleraque diuinorum miraculorũ, quæ ita diuinitus instituuntur, ut *ad alicuius doctrinæ aut rei veritatem* 23 SECVNdus fius, *propter quem Miracula fiunt.*

D. *Lib. 1. n. 27. ex Nauar. Veracr. Vict. Delrio. Suario. ib. cit.*

E. *Supra lib. 3. n. 10.*

per ipsa confirmandam præcipuè referantur. Doctrinæ, inquam, aut Rei. Nam veritas potest cùm in *doctrinam* cadere, tum in *rei* quoque alterius affirmationem: vt proinde quisquis vtramuis aut nutu aut signo comprobat, is suo illam testimonio, iuuare, veramque confirmare censeatur. Quare cùm DEVS vel per se vltro, vel certè precariò mouetur, vt siue ad probandam *doctrinæ* veritatem, siue ad declarandã hominis *sanctitatem*, aliquod miraculum edat, itidem censendus est, eam nutu suo (quid nisi luculento testimonio?) approbare. Nimis autem quàm certum est, Deum falsi testem esse non posse. *a* Esset autem profectò, si vel falsam *doctrinam*, vel simulatam fictamque *sanctimoniam*, æquè *Miraculi* nutu, ac *verbi* indicio confirmaret. Igitur vt ne primam summamque *veritatem* mendacij suspectam traducamus, necesse est, DEVM profiteamur,

A. *Ad Titum.* 1. ♈. 2. *Deus non mentitur. Et ad Hebr.* 6: ♈. 18, *Impossibile est mentiri Deum.*

nul-

nullum, ne infimum quidem, edere Miraculum posse, ad falsam cuiusquam vel *doctrinam* vel *sanctitatem* asserendam. *a* Atque hanc ego θεῖσαν in his (præsertim vltimæ classis) Miraculis requiro, prius quàm ad auctoritatem testimonij diuini attollantur. Etenim vbi hic finis in Miraculo petendo edendoque aderit, palàm est, DEI loquentis atque approbantis testimonium adesse; remque eo miraculo suasam, tam exploratò veram esse, vt in falsi suspicionem venire nunquam possit.

24. ARGVMENTVM *haereticorum conatus superadicta.*

QVAMQVAM, is *Adulphe*, non ero, qui rerum mearum amore plus nimio captus, putem inueniri à vobis non telum aliquod posse, quod in speciem certè retorqueatis, Ipse imò vestras agere partes non refugio, dum sibi vndique veritas constet. Nam videmini sic mihi aut velle in speciem, aut posse occurrere. Si prodigiosorum

a. Vide Malderum 2, 2. q. 1. a. 5. dub. 4. sect. 3. Suar. 3. p. tom. 2. d. 31. sect. 2. Et de fide d. 4. sect. 3. n. 10 Bozium. de signis Eccles. lib. 1. à. cap. 3. & seq. ad 11.

effectuum quos ordine postremo inclusimus, æquè potest natura effectrix esse, ac DEVS; quid vetabit, ne Cacodæmones naturæ artisque apprimè gnari, hos effectus æquè ad mendacij tutelam aliquando conuertant, atque nunc ijsdem ad quoduis aliud ludibrij genus abutuntur? Quid, quod veterum hæreticorum aliqui, reipsâ quædam hoc genus portenta non alium in finem ediderunt, quam vt ijs doctrinæ suæ mendacia tuerentur? Sic *Albigenses* certè, ne plures commemorem, superundas, quà lubuit, inambulârunt. *a* Sic *Simon Magus* per aërem sublimis abijt, vt diuinitatis opinionem volatu colligeret. Sic *Donatistæ*, artibus miris, populum traxerunt, vt in errorum præceps agerent. Et si horum mihi copia non foret, sufficere rei docendæ posset vel illa bestia, *b* quæ quondam *faciet signa magna, vt etiam ignem faciat de cœlo descendere in terram in conspectu hominum:* idque il-

a *Cæsarius lib. 9. de Mirac. c. 12. Delr. 6. Disquis. Mag. tom. 3. c. 2. sect. 3. & alij.*

la

la cùm primis faciet, ad confirmandam mendacij vanitatem.

HABENT hæc quandam argumenti speciem; non diffiteor: sed ei tamen suus vt sit cuneus, prouidebo. Tu ergo, *Adulphe*, primùm omnium sic tecum statue; Ad *prouidentiam Dei*, cùm generalem illam, tum præcipuè istam, quâ res Ecclesiæ omnes curantur, in primis pertinere; vt sapienter prospiciat, ne qua falsitas in diuini nominis clientelam recepta, fidem publicam, ab eo præsidio mutuetur: néue ijs exterius signis confirmetur, quibus homines necesse sit, ex rectæ rationis præscripto, induci, vt falsitatem prudenter firmeque credant esse à DEO comprobatam. *a* Certè autem, si vera DEVS miracula stabiliendæ futili doctrinæ, aut mentitæ sanctimoniæ, impertiret; homines rectæ rationis iudicio inducerentur, ac firmè crederent, falsum à Deo comprobari, eoque necessitatibus Ecclesiæ satis prospectum à *prouidentia* vix fuisset. Hinc enim illa *Richardi* vox

25. RESPONSIO *ad argumentum.*

a A. *Suarius, & Malder. supra citati.*

plau-

plausu publico pridem excepta; *Domine si error est, à te ipso decepti sumus. Nam ista in nobis tantis signis & prodigiis confirmata sunt, & talibus, quæ non nisi per te fieri possunt.* a Igitur veris Miraculis, (qualibuscumque tandem,) concurrere DEVS cum falsi affirmatione nequit. Nec proinde *Simonis Magi* atque *Albigensium* portento terremur. Patuit enim haud obscurè, id vtrumque præstigijs infame fuisse; cùm statim in omnium ore, temeritatis pœnas dederunt; ille lapsu præceps; *b* isti vorticibus amnium hausti. *c* Quo rerum cuentu, magnopere res nostræ confirmantur; Vt vel hinc intelligamus, vigilare inconniuos *Prouidentiæ* oculos; neque, si mira quædam artibus Cacodæmonum fieri permittãt, vltrà permittere, quàm quatenus suis indicijs deprehensa, mox declarent, quibus sint auctoribus perpetrata. Si enim hæc *adiuncta* rem, tametsi mirabilem, cir-

A. *Richard. Victor. lib. 1. Trinit. c. 2.*
B. *Vide Baron. Spondan. Mal. alios.*
C. *Cæsarius. Delr. supra.*

cum-

cumstent, nemo est, qui prudentiæ ductu ad assensum falsitati præbendum pertrahatur. Eaque propter nullo tum falsitas testimonio DEI, defendi, sed manifestè conuinci damnarique iudicatur.

DE *bestiâ apocalyptică*, & *Antichristi* cetero grege, quæ disputantur, mihi nunc omnia persequi, consilium non est. Paucis, quid mecum alij sentiant, complectar. Principio certum reor, eò pleraque illius belluæ studia esse spectatura, vti Iudæis *Christum* sese *Deumq;* esse persuadeat. *a* Huic rei persuadendæ, manifestum est, eamdem bestiam ad signa quædam & effecta mirabilia confugituram. Quæ tamen ipsa qualia sint, *Paulus* in anteceſſum indicat. *b Cuius est aduentus*, inquit, *secundum operationem Satanæ, in omni virtute, & signis, & prodigiis mendacibus, & in omni seductione iniquitatis.* Faciet ergo signa solùm *mendacia*; id est, quæ neque

26. QVAnam Miracula futura sint Antichristi.

A. *Ioan. 5. & 2. Thess. 2. Daniel. c. 11. Vide Cyrill. Hierosol. Cat. 13.*

B. *2. Thessal. 2.*

re

re ipsâ, neque *modò* operandi, sint vera diuinaque miracula; sed sint per celerem quamdam causſarum naturalium coniunctionem ab orco efficienda. Quæ quidem si qui nostrum aliquando *vera* nominarunt; *c* id eo sensu capiendum, iam alibi diximus, vt ne putemus omnia meras fore præstigias, quibus intuentium oculis sensibusque illuditur. Siquidem verè ciebit ignem è nubibus, verisque morbis fortasse medebitur. Vt proinde de nihilo subalpinus tuus se rumpat, magnisque ampullis tumidè clamet, vim à *Bellarmino* fieri, qui bestiam neget *veris* etiam signis ad hominum excidium vsuram. *Veris* omnino, sed qualibus iam dixi. Inter hæc tamen *vera*, nullum à Deo fieri, ex adiunctis circumstantibus liquebit. Accedit, quod ijsdem è signis maiorem partem futura sint adulterina & spuria. Nam tales excitabit ab inferis mortuos, quales vel *Agrippa* vester

C. *Vti, præter cæteros, nominat Maldonatus in cap 7. Matth. De quo nos supra.*

ani-

animauit, cum *Louanij* prolusit; *d* vel *Caluinus* sibi adornauit, cùm nescio quem *Bruleum* ære corruptum, in mortuum procumbere iussit. *e* Et quamuis hos *Antichristus* editurus sit ludos, ad falsi patrocinium: quia tamen ex pluribus indicijs animus prudens has eius impostoras, à probis miraculis facile discernet; ideò diuinæ prouidentiæ non repugnabit, quin fieri eas permittat: Neque idcirco nos metuemus, ne periculis supra quam vincere possimus, obijciamur, qui eas bestiæ præstigias visuri sumus. Remedio quippe hæc ipsa nobis vaticinatio est, qua dudum præmoniti, & exspectare, & euitare illas iam eminus iubemur: *f* Quid, quod & istud no-

D. *Ex Delrio, disq. Magicis. Vide sup. lib. 1. n. 48.*

E. *In Vit. Calu. c. 13. per. Hieron. Bolsecum; Laur Sur. in Chron. ann. 1544. Bredemb. lib. 7. coll. c. 3. Balthas. Chanas. in not. Vera Relig. lib. 4. c. Sect. Forner. Palm. Triumph. lib. 1. cap. 42.*

F. *Ita ferè Athanas. q. 29. ad Antioch. & Cyrill. Hierosol. apud Suar. 3. p. tom. 3. d. 54. sect. 4.*

bis

bis pro medicamento erit; quod plani eius omnes præstigiæ, cum ea doctrina manifestè pugnabunt, quam vera tot ætatum miracula prius comprobarunt: & de quâ prænoniti iam ab Apostolo sumus, ἐὰν ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίζηται, παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα, ἀνάθεμα ἔστω. *f* Valebunt igitur ea, qualiacunque prodigia, ad experiendam piorum constantiam; & *prouidentiæ* diuinæ nihil præiudicabunt. Nam huius non est, eas omnes insidias amoliri, quas homo prudens (dum consultò agere, attendereque sollerter ne abnuat) deprehendere cauereque per se ipse haud difficulter queat: vti profectò has *Antichristi* strophas, tanto antè iam proditas, nemo non quibit. Adde, quod res mox ipsa loquitur; cùm euenta fraudem aperient. Vix enim vltra triennium hæc prodigia *Thraso* iactabit, cùm *descendet ignis, à DEO de cœlo, & de-*

f. Epist. ad Galat. c. 1. v. 8. licet Angelus de Cœlo euangelizet vobis, præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit.

uora-

uorabit g omne choragium eius. Quo tam repentino spectaculo intelligent omnes, ea tot signa ad confirmandam impij doctrinam, non fuisse diuinitus effecta; sed occultis naturæ viribus à stygе procurata; atque à DEO tamen ob fines iam indicatos non impedita.

CAPVT V.

Fieri hodieq; vera Miracula diuina ad fidem Ecclesiæ Rom. confirmandam.

27. ἔνστασις *quædam hæreticorum.*

IVLIVS cum hæc eo silentio auscultasset, vt appareret eum, haud multum desiderare, quin peroratum esse diceret; *Adulphum* intuitus, ecquid manus iam daret, interrogat. At ille, vos, inquit, nondum ad omnia mihi capita respondistis. Toti adhuc in eo fuimus, an germano proboque Miraculo confirmari mendacium possit? Negatis vos, & τὴν πρόνοιαν * intercede- **prouidentiam diuinam*

cedere dicitis; *a* me nihil iam abnuente, quem tuis tu verbis in partes has tandem pertraxisti. Certè enim, par est in primis, ut DEVS, ὁς οὐκ ἐάσει ὑμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δύνασθε, *b* etiam hâc tanta in re cautum Ecclesiæ prospectumque velit. Essent autem hominis vires non sanè ferendo huîc oneri, si per eiusmodi prodigia, præsertim crebra ac pæne assidua, & ne prudentibus quidem suspecta, sineret hæresin confirmari. Itaque video eam doctrinam oportere veram esse, in quam stabiliendam DEVS edito Miraculo conspirat: Neque discrimen inter primas vltimasque Miraculi classes, vrgere iam perseuero; sed, dum verum id Miraculum sit, inque rei confirmationem, institutum, iubens omne, ceu exploratum DEI testimonium amplector. Interim ri-

A. *Ita eruditè ratiocinatur præter alios, Io. Malder. 2. 2. q. 1. a. 5. dub. 4. s. 3. Frider. Forner. in palma Triumph. lib. 1. cap. 39.*

B. *1. Cor. 10. v. 13. Deus qui non sinet vos tentari supra id, quod potestis.*

diculi

diculi vos mihi estis, qui hoc concessu vicissè caussà vos totâ existimetis. Agite enim, vestrumque hîc ἐπιχείρημα totum recognoscite:

Quamcumq; doctrinam DEVS veri miraculi ostento confirmat, eam necesse est esse veram.

Ecclesia Rom. doctrinam veris DEVS miraculis hodieq; confirmat.

Quare Ecclesia Rom. doctrinam necesse est, esse veram. Hoc enim iam dudum disputatis: & videor hîc totidem pænè verbis omnia vestra posuisse. Ceterùm & vos, quid ego concesserim, mementote. Nam ex omnibus responsis aliud non conficietis, quàm θέσιν * me vestram denique approbasse. Certè autem συνθέσει vt subscriberem, nondum vos effecistis. Eam igitur donec mihi planè persuadeatis, integram adhuc esse controuersiam inter nos cogitate. Atque vt nihil obscurè agamus, aio, vestram assumtionem bifariam errare. Neque enim veris Ecclesia vestra Miraculis hodie vsquam pollet: & si

* *Propositionem maiorẽ.*
* *Assumtionem, seu prop. min.*

maxi-

maximè polleret, ea tamen haud quaquam ad Romani dogmatis veritatem confirmandam sed (quod meus alicubi præco argutè obseruat) ad *Christianæ* duntaxat legis sanctitatem demonstrandam, exhiberentur: Eius, inquam, legis, quam nos vobiscum habemus communem. Minimè verò eius erroris, quo *Romani* vos ab *Islebijs* dissentitis. Videtis ergo, quantum adhuc vestro de me triumpho desit? Proin' nisi hoc vtrumque ante noctem deciditis, nondum ego vos ne ouare quidem hîc permitto.

28. Ità tum *Adelphus*. Cui ego, si etiam dissimulasses tu inquam, huc aduocare; vltro tamen hunc erat portum oratio subitura. Neque tam immemores instituti nos sumus, vt quid præcipuè demonstrare sumserimus, id extra orbitam euagati, non recordemur. Hîc enim profectò lis omnis conquiesceret, vbi malè negatum abs te ὑπόθεσιν * meam monstrâro. Oportuerat tamen quædam vberius etiam de θέσει * præfari; cùm eamdem tuus præco imperitè (vt solet) trun-

Responsio Catholica ad ἀνάσασιν supra dictam.

**Assumtionem.*
**Propositione.*

truncârit. Proposito autem iam abundè, quod ipse confiteris, firmato; reliquum est, & causſam, id est, τὴν ἐπιχείρημα & ὑπόθεσιν * communire. Eius verò firmamentum sic, licet, instituamus. *Falsum est dicere, nullam hodie in terris esse Christi Ecclesiam, in quâ vitam oi πίστευοντες * degant. Sed qui negat, fieri vera hodie per Ecclesiam Rom. miracula, dicit nullam hodie in terris esse Christi Ecclesiam, in quâ fideles diuersentur. Igitur qui negat fieri vera per Ecclesiam Rom. miracula, falsum dicit.* Dabis hîc denuo, quòd soles, propositionem, *Adulphe:* Sed in assumtione cunctaberis; quam & sibilo tui præcones dignabuntur; vti sunt ad sannas cauillosque exercitati. Verùm tu modestior impera patientiæ tuæ, dum quid veri subsit, priùs ex me audias, quàm causſâ indictâ rem temerè condemnes. Eam enim ingredior explicare.

*Argumenti assumtionem.

*Credentes, fideles.

29. CHRISTUS promisit Miracula suæ Ecclesiæ, non Lutheranæ.

MEMINISTI hanc esse Christi, iam ad cælum abiturientis, promissionem;

vt diceret: a *Qui crediderit, salvus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo dæmonia ejicient, linguis loquentur novis, serpentes tollent; Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros, manus imponent, & bene habebunt.* Atque alibi haud minus liberaliter. b *Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet; & majora horum faciet.* Lubet hîc percontari; quibusnam ergo *Credentibus*, hanc tantam prærogatiuam *Christus*, te indice, promiserit? Et ecce iam video mihi præcipere, quid ex tui Præconis sensu dicturus sis. Primò certè, negabis hanc *tuæ factioni promissam.* Damnant enim *Islebici* nepotes hodierna Miracula, omniaq; ad *Antichristum* ablegant; quippe quem portenta, etiam vera, exhibiturum, sacræ litteræ vaticinentur. Atque eam ob rem Præco totus in hoc labo-

a. *Marci 16. v. 16.*
b. *Ioan. 14. v. 12.*

rat,

rat, & quî probet, â se suisq; nullum hodie prodigium exigi debere; neque probrosum id *Islebicæ* nouercæ fuisse, quod sterilis & effœta, parere Miraculum nequierit: Id enim his vltimis temporibus, non modò necessarium esse desijsse; sed oppidò damnosum quoque & exitiabile mortalibus esse cæpisse. Habeo igitur, in præcone tuo, reum annuentem; atque vltrò, nullum *Islebicæ* scholæ cum Miraculis hodie commercium intercedere, confitentem. Ex quâ quidem confessione, vide quid colligere vtiq; leges dialecticæ cogant.

Vera Ecclesia Christi fidelium, habet ex promissione Christi vim effectricem Miraculorum, & eamq; perpetuo duraturam.

Islebica Synagoga, nullâ neq; habet, neq; habiturâ se sperat, (sedimò damnat) vim effectricẽ Miraculorum.

Igitur Islebica synagoga, non est vera Ecclesia Christi fidelium.

C. *Praco de Mirac. pag. 296. n. 4. & deinceps.*
D. *Marci. vlt. Io. 14.*
E. *Praco supra cit. & passim toto libro.*

30. NON *promissa Miracula Synagogis Caluini, Zwinglij &c.*

Stomachum moui, sentio; & pruris in vindictam. Sed sine me prius incepta pertexere; dabitur deinde actio; ne time. Nondum enim, quam flectere metam cogitem, vides. Pergimus ergo, & quibus tandem *credentibus* hanc mirificam virtutem dicas esse promissam, percontamur. Non metuo, ne *Calui* tu Sobolem, aut infæmem *Zwinglij* partum, aut exclusos à *Mahometis* ouo, nescio quos, mihi pullos producas; ad quos hæc tam locuples *Christi* publicatio corriuetur. Illi enim [illegible] nisi tibi non [illegible] [illegible] [illegible] mittes; neq; plus illi prodigiorum ostentant, quàm vestri; quos ipsa παροιμία iam decantat, *lippienti æluro*, aut *cani, ex cruris vitio claudicanti, mederi* nunquam didicisse. Quod tamen vulgi dictum, nolim ad præconis aures iam quidem accidere: *f* vtpote cui pridem inacuerit, bilemque in nares ita concierit, vt iocum hunc querelâ putârit publica vlciscendum.

f. Præco pag. 294. §. 18.

Quare

Quare, vt redeamus in viã; opus est, ne ex horum quoq; confluge Ecclesiam *Christi* fidelium confici dicas. Quod idem aut æquè, aut potiori iure, de eorum non hominum, sed monstrorum colluuie responsurum te scio, qui in atheorum aut εἰδωλολατρείας amentiam conspirant; quiúe alij crabrones, aut è *Manetis* cerebro aut ab Arij proluuio enati, in turmas coierunt. Restat igitur hoc vnum, vt vel ad nostram, id est, Romanam Ecclesiam, ea tam honorifica [illegible] vel ad nullam prorsus [illegible], referatur. Quorum si alterum dederis, causſa toti tu tuusque præceciderit: nam è vera Ecclesia Christi fideles nos esse confiteberis. Sin alterum males, (vt velle necessario iam debes) id ex animi mei sententia fiet; nam inde rem ego me omnem habere confectam, sic monstrabo.

Vera Ecclesia Christi fidelium habet perpetuam vim effectricem Miraculorum. a

a *Marci vltimo & Ioan. cap.* 14.

Vos neq; nostram Ecclesiam, neque vestram scholam, neq; Calui aliorumq; sententiam admittitis habere vllam vim effectricem Miraculorum.

Igitur vos nullam admittitis in terris esse veram Ecclesiam Christi fidelium: & quod inde conficitur, falsum planeque ἄπιστον & παράδοξον docetis. Meministis autem in eo me vno, iam quidem, laborasse, vt rei tam absurdæ confessionem vobis exco[illegible]rem... ergo si deniq; expressi[illegible]ne-tæ meæ pr[illegible]um tal[illegible] obtine[illegible]tam, [illegible] omnes [illegible] impetrasse.

CAPVT VI.

An promissa à Christo Miracula, ad solam primæuam Ecclesiam referantur.

31. IMPERITA elusio hæreticorum.

PERTVRBATIOR hoc assultu Adulphus, cæpit negare, quicquam horum ex *Christi* promissione concludi oportere. Illam enim promissionem ad eos solum *Credentes* per-

pertinuisse, qui inter nascentis Ecclesiæ rudimenta, vel ipsimet Miraculis indiguerint; vel ad pertinaces animos *Christo* subigendos, mira quædam prodigia subijcere oculis debuerint. Ecclesiâ verò iam ad maturitatem perductâ, nulla *Credentibus* esse Miracula promissa; sed *Antichristo* solum eiusque sequacibus permissa. Quare non esse hæc ἀνύσκλητα, vt simul & *Christi* sibi promissio constet; & Ecclesia vera iam apud *Iudæos* dum[illegible] & nulla tamen hodie vsquam dimi[illegible] Miracula existere: in ea, quod sæpe sit dictum, necessaria nostris tēporibus nequaquam habeantur. Roganti mihi, cur eorum necessitas iam esse nulla iudicaretur? Eò respondit, quod fidei firmamenta, iam omnia ex litteris diuinis, ijsque solis abundè petantur: litesque religionum omnes ad earum tribunal & sisti percommodè, & finiri componiq; perspicuè possint. Vt ab illis proinde ad aliud veri testimonium prouocare, sit verbo Dei conuitium facere. Ita quondam & *Epulonem*, qui excitari mor-

tuos oratores cupierat, vt ad viuentes legati proficiscerentur, editisque Miraculis aduersus vitia perorarent; cum hoc responso facessere iussum esse: *b Habent Mosen & Prophetas. Si Mosen & Prophetas non audiunt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit, credent.* Nec valde a *Christo* laudatos fuisse; qui, quòd ad morem *generationis malæ & adulterinæ signũ quæsissent*, audierint, *signum sibi datum non iri, nisi signum Ionæ Prophetæ. c* Quare si de verbis *Christi* negotium faceremus, nullum ab ijs subsidium habitura Miracula, vt nostro etiam ævo promissa nobis existimarentur.

32. RESPONSIO AD ELUSIONẼ HÆRETICORUM.

Exspectabam ab *Adulpho* hanc nẽpe sapientiam, quam sub Alpini præconis magisterio hausisset: Ideò meditatus aderam, vt hac defle ctenti opportunus occurrerem. Et negas tu, inquam, hæc *Christi* promissa, ad seros Ecclesiæ nepotes attinere? eaq; ais cum *Apostolis* sensim ita desijsse, vt breui pòst prorsus exspirarint; quæq;

B. *Luc.* 16. ℣. 29.
C. *Matth.* 12. ℣. 39. *Luc.* 11. ℣. 29.

nudi-

nudius adhuc tertius *Christi* signa fuerant, ea triduo pòst cæperint esse symbola *Antichristi*? Vide sis, quam [illegible] iquâ nos conditiõe disputare iubeatis. Vultis enim, vt pura puta Scripturæ oracula nos proferamus, quibus vos oppugnemus: neque si Patrum orthodoxorum sensa, aut interpretum scholia misceamus, pondꝰ iam vllum ineſſe autumatis: sed *verbum Dei* solum, solum *verbum Dei* perpetuis clamoribus crepatis, atque omne glossema tolli, atq; omnia alia proscribi, dictatore *Hilebitj* iubente. Nos, quamquam iniuria hæc vestra est, tamen, ecce, germus supercilio vestro morem; verbisque putè putè diuinis in vos pugnamus: *Signa eos, qui crediderint, hæc sequentur.* a Quid ad ista vos? Nempe legis esse latores vos creditis; quos scholæ aiũt, *suis ipsos legibus non coërceri.* Quid, inquam, in re adeò præsenti vos? verba hîc omnia ad assem diuina videtis: & ea tamen ipsa prius ad veri testimonium non admittitis, quàm qui-

a *Marci vltimo. Ioann. 14.*

busdam illa commentis interpolata, & assutis distinctionum mendacijs corrupta, violenter ad vestra deliria trahatis. Quid enim hîc tandem respondetis, cùm *Christum* pollicitũ auditis, *signa eos, qui crediderint, hæc esse secutura? Eos*, inquitis, *qui in primæuâ Ecclesiâ crediderint: non etiam eos, qui Ecclesiâ iam aut pubescente, aut dudũ ad senium vergente, sint credituri.* b Itáne verò? Vos, qui tam tenaces herì diuinorum eratis, vt præter merum nudumque *Dei verbum*, à vobis credendum esse nihil putaretis: hodie tam faciles repente, vestris etiam (id est, valde humanis) distinctionibus fidem habere nos iubetis? Aut ostendite, si potestis, hanc additamenti fallaciam in litteris diuinis vspiam reperiri: aut, quia non potestis, fatemini, à nobis purum atque illibatum *Christi verbum* stetisse: vobis autem, quo *Christi verbum*, nostramque caussam ludificaretis, ad futiles, & nullo Dei oraculo nixas, appendices, id est, à *Dei verbo* ad su-

b. *Præcede Mirac. pag. 84. v. 22. & seqq.*

telas

telas vestras confugiendum fuisse. Hinc enim è sacris certè litteris *Christum ἀοριστως* * loquentem producimus, eiusque verba sistimus: *Signa eos, qui crediderint, hæc sequentur:* illinc vestrum hoc auctarium legimus, *signa eos, qui in primæuâ Ecclesiâ crediderint, hæc sequentur:* vtris æqui erit, vt aures accommodemus? Dicam liberius; *si iustum est in conspectu Dei, vos potius audire, quàm Deum, iudicate.* ε

*Indefinitè.

Neque tamen hîc tam inopes estis quin adhuc prætextâ huic glossemati vestro sarciatis. Licere namq; litteras diuinas, quà obscuræ sint, interpretari dicitis; & quà opus sit, adiecta etiam distinctione planas reddere. Aio enimuero licere; sed nobis: quippe qui cum S. *Petro a* agnoscimus, in *verbis Christi*, esse adhuc δυσνόητά τινα, ἃ οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἀστήρικτοι στρεβλοῦσιν, ὡς καὶ τ�ὰς λοιπὰς γραφάς:* Quique nonnihil etiam credendum ducimus, quod expressum in libris diuinorum

33. Excvsatio haretscorũ refutata.

*Quædã difficiliã intellectu quæ indocti & instabiles depravãt sicut & cæteras scripturas.

C. Act. Apost. c. 4. §. 29.
A. 2. Pet. 3. §. 16.

oraculorum non sit. Hinc enim fit, vti sacrorum interpretes plerũque consulamus; & voces nobis ambiguas, in varia significata distinguendas rectè arbitremur. Vobis autem, cur itidem licere hæc putem, non video: quippe quibus in re litteraria nullæ propemodum neque nubes, neque noctes vsquam aciem obtundant, cùm pleraq; omnia præ sole meridiano conspicua videatis. Vt proinde, nisi actum apud vos agatur, locum nõ habeat in re simplici *distinctio*. Adhęc, vestrum est ἀξίωμα, *credendum extra præterq; diuinas litteras hilum vnum Christianis non esse*. a Quare huic quidem principio haud valdè consentanea sunt hæc vestra glossemata; quæ nobis obtruditis credenda.

34. Quo sensu quidam Christi promissionem explicent.

AT verò de Pontificijs quoque sunt, qui ad nascentis Ecclesiæ infantiam spectasse, hanc Miraculorum

a. *Vide Bellarm. lib. 4. de Verbo Dei. sub initium. Et Suar. de fide. d. 5. sect. 4. n. 1, vbi ait, hunc esse errorem hæreticorum nostri temporis: Nihil esse credendum, nisi quod in scriptura Canonica continetur.*

pro-

promissionem, vltro ipsi fateantur! Nescio quos adeo illos in crimen hoc vocetis. Nego tamen audacter, fuisse boni nominis vllos, qui θαυμαλεγγῦται ita omnes restrinxerint ad prima Ecclesiæ rudimēta, vt simul dicerent, post eius tirocinium, nullos ad nostram memoriam exstitisse. *a* Dicunt quidem plerique, ad *Apostolorum* tempora potissimum (quod ipsi confitemur) aspexisse *Christum*, cùm tam liberale munus Ecclesiæ polliceretur: ijs enim initijs maior quædam & latiùs fusa necessitas incubuerat. Addunt ijdem tamen, disertè; Ecclesiæ senium quoque & nostra hæc tempora, ab eo munere fuisse non exclusa. *b* Nam laborant & ista suis adhuc necessitatibus, vti mox dicetur, quamquam non tantis, quantis iam olim. Ac profectò si nullæ nunc eæ vsquam essent, nihilo secius tamen magnam certè miracula ad multos

A. *De quibus supra, lib. 2. Agonist.*
B. *Ita Cornel. Iansc. concord. c. 149. Maldonat. in Marci 16. n. 17. Salmer. 3. tom. 11. tract. 34.*

haberent hodieque vtilitatem. Quod quando mox alibi docere instituī, non committam, vt hîc me possitis παυσολογίας αἰτιᾶσθαι. *

*Accusare de repetitione eiusdem.

35. QVIS germanus sit sensus promissionū Christi.

POTIVS igitur id operam nunc dabo, vt quem *Christi* verbis legitimum inesse sensum Catholici dicamus, intelligas. Etenim si Miraculorum potestas præter *Apostolos*, alijs quoque promissa dicitur; rectè tu item à me requires, *quibusnam alijs ea sit promissa?* Vel enim ἀοριστως * omnibus, quotquot vnquam rectè *creditur*i sunt? (Atque istud quidem nimio plus falsum esse, quem fugit? Equidem certè, tametsi *fidelis ego iam* CREDO, tamen edere Miracula nondum vlla calleo.) Vel definitè solùm aliquibus, qui inter plures alios fideles, crediturisunt? At verò ne istud quidem rectè videbor respondurus, cùm *Christi verba*, non ad paucos aliquos contracta, sed vniuersis credentibus æque esse communia videantur. Ait enim; *Signa eos qui crediderint, hæc sequentur.* Hæc mihi si reponas, *Adulphe*, nihil hîc tergiuersabor, quin

*Indefinitè.

rectà

rectà tibi ad hoc ζήτημα occurram. Aio igitur; hanc *Christi* promissionem non singulis Ecclesiæ fidelibus, definitè; sed ipsi *toti Ecclesiæ fidelium* sic esse factam, vt nunquam potestas ἐξαμαρτάνειν, in eà prorsus ac vniuersim desideretur. Neque enim dixit *Christus*, *eos omnes*, *qui crediderint*: Sicut itidem nec alibi dixit, *omnis qui credit in me*, *opera*, *quæ ego facio*, *& ipse faciet*; Sed solùm, *qui credit in me*. Quæ ipsa mihi caussa fuit, ut argumenti mei propositionem, (quod meministis) non ita instituerem, quasi *omnes ac singulos Ecclesiæ fideles*, *vim effectricem miraculorum* vellem habituros esse: Nam præsentiebam vos haud dubiè non tacitè laturos, si sic ratiocinarer. Ideò circumspectè cauteque dixi, *veram Ecclesiam Christi fidelium*, eiusmodi vim habituram, ac perpetuò retenturam esse. Quam quidem ad rem necesse non est, vt ea singulis sanè fidelibus prærogatiua obuenerit. Quèadmodum opus etiam minimè est, vt priuilegia cetera, quibus plurimis ornanit

huius loci commento; *b Non ait dominus, quodlibet membrum signa hæc omnia editurum, sed omnes, qui in vno corpore Ecclesiæ sunt. Itaque in Ecclesia DEI semper sunt quidam, qui pellant dæmones, qui edant signa, qui linguis loquantur.* Eundem in modum rectè *Iansenius* negat ex *Christi* verbis effici, vt credentes *vbiq;*, *& omnes & semper* miracula parturiant; sed tum maximè, cùm vident fidei tuendæ, aut propagandæ gloriæ diuinæ opportunum esse. Neque tu hos interpretes, *Adulphe*, ideò quòd noui sunt, aspernaberis: Nam suis ij verbis mentem sensaque veterum consuêrunt referre; & nihil ipsi de suo comminisci; secus quã consuesse vos audimus: qui quia novas tabulas dudũ optastis, res omnes litteras q; ex arbitrio nouatis. Igitur vt concludam; Efficaci argumento monstrauimus, ex *Christi* promissis, veræ Ecclesiæ nunquam defuturam vim miraculorum: ac proinde veram Ecclesiam

b *Salmer. tom.* 11. *tract.* 34.

c *Corn. Iansen. in concord. Euang. c.* 149.

esse

esse nequaquam posse, quæ ipsamet neget (vt negat vestra) sibi eam facultatem hodie deesse: vos porro quid inde concludatis, videte: Nam ego aliud mihi negotium capio.

CAPVT VII.

An prodigia post primæuam Ecclesiam, soli pseudoprophetæ fuerint edituri.

36. HÆRETICORUM repetita lusus.

NIsi fallor, inquit Adulphus: Est enim pertexenda tibi prius hæc fabula, quam [illegible] accipias. Nam videris in hanc [illegible]nlite, vt nullo tempore defuturam veræ Ecclesiæ θαυματολογίαν credimus; non proinde consequeris tamen, vt omnem eam Ecclesiam continuò veram esse profiteamur, cui ius aliquod Miraculorum est tributum. Quemadmodum, etsi homini, nullo non tempore inest τὸ αἰσθητικόν; * tamen ei non continuò omni, nomen indolemque hominis tributam dici-

* Vis sentiendi.

mus,

mus, cui τὸ αἰσθητικὸν impertimur. Ideo fac sanè Ecclesiæ *Christi* concessa hodieque prodigia esse; an proinde sóli? Quid igitur est quod alibi *Christum* accipio, non sanè de suis vaticinantem? *a Surgent Pseudochristi & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia; ita vt in errorem inducantur, (si fieri potest) etiam electi.* Vides hanc tuæ Ecclesiæ tesseram, ipsorum hostium quoque castris receptam? Quo me autem indicio iubes socios iam ab hostibus internosse? Eadem utrique præferunt insignia? His mihi *Adulphus* cum pauca quæsiuisset; ego non mediocriter me, inquam, prudem ad hæc omnia respondere? Edituri sunt quidem omnino prodigia; sed vel præstigijs inquinata; vel naturæ adminiculis effecta: eaque ipsa ostentui potius erunt, & plena magno inani, quàm vt cuiquam bono fiant. Quod si certè ad falsi quoque affirmationem edere ea nonnulli tentent, obnuntiabit *prouidentia* DEI, vt ne

a *Matth. 24. v. 24.*

fiant;

fiant; *b* aut cùm etiam fiunt, circumstant eiusmodi ἐνστάσεις, è quibus artis vel doli molitiones, vel id genus aliæ notæ trahicere, oculis non caligantibus, facillime queant, vt diuini habere nihil admodum intelligantur.

37. ARGVMENTVM *pro Miraculis, ex ipsa ἐνστάσει hæreticorum.*

QVIA tamen audes eadem hîc mihi regerere, & communes tui præconis locos toties explosos, intempestiuè rursus mouere; faxo mouisse te impediem pœniteat. Quid enim si ex illis ipsis patefecero mendacium tui præconis; quo ille negat, *a* persuasum antiquis fuisse, Miracula etiam postremi temporis fidelibus esse promissa? Age dum ergo, nobisque explica; quo tandem pacto periclitaturi sint *Electi*, cùm olim visuri sunt, tot ab *Antichristi* partibus pro-

B. *Vt ostensum supra. n.* 27. *ex* 1. *Cor.* 10. *v.* 13. *Deus non sinet vos tentari supra id quod potestis. Vnde nec vllum afferre potest exemplum præco, de hæretici cuiusquam tali Miraculo, quod Deus permiserit.*

A. *Præco de Mirac. pag.* 84. *v.* 13. *& pag.* 107. *v.* 28. *&c.*

digia

digia patrari? Si namque *Christus*, b (vti vos illepidè fingitis c) ea omnia, post lactentis Ecclesiæ primas ætates, sic abdicauit, vt nulla tunc miracula suis *Electis* concessurum se esse; sed omnia Antichristi sequacibus reseruaturum, prædiceret: eoque tam à-perto discrimine probos ab improbis, verosque Prophetas à pseudo-prophetis dignoscendos ostenderet, quod illi nullis miraculis clari, isti sol magnis mirisque prodigijs eximij [illegible] *Electorum* tam obsessos solidusque fo[illegible] quoi per prodigia tunc aut con[illegible] [illegible] præceps in salutem religionis discrimen traheret. Siquidem hoc ipso, quod fieri mirissima à quoquam videret, ab eo, tanquam hoste palàm agnito, suisque

b. *Matth. 24. v. 24. & alibi per nouum testam.*

c. *Praco, supra citatus. pag. 107.* Da die Kirch gewachsen / haben sie (Miracula) nach vnd nach auffgehört / biß sie gar jhr endschafft genommen.

colo-

coloribus probè depicto, refugeret. Atquî *Christus* certè venturos tunc in periculum *Electos* ait; & eos non ab alia magis re, quàm à signorum magnitudine, in fraudem insidiasque propè ruituros Igitur satis indicat, se suis etiam verisque prophetis prodigiorum potestatem esse concessurum; quos stygij cerçopitheci imitari, & quadam Miraculi imagine sic assimilare conentur; vt multi velut in biuio deprehensi, cùm vtrinque prope paria videant, violentâ propemodum suasione, in errorem (nî DEVS alijs indicijs auxilijsque caueat) præcipites sint iturî.

38. ARGVMENTVM *pro Miraculis ex Apocalypsi.*

SED quid hæc in vos ego tela iam dudum acuo, quæ vos ipsi ministrastis? Suppetunt propria, quibus cogam iugulum αἰρέσεων vestram præbere, ferrumque recipere. Adest enim *Ioannes*, & fulmen torquet. Audite paulisper, quid in duobus DEI testibus, Ecclesia sub vltimam quoque ætatem sit visura. *Hi sunt duæ oliuæ, a* inquit, *& duo candelabra in conspectu*

A. *Apocal* 11. v. 4. *& seq.*

Domi-

Domini terræ ſtantes. Et ſi quis voluerit eos nocere, ignis exiet de ore eorum, & deuorabit inimicos eorum: Et ſi quis voluerit eos lædere: ſic oportet eum occidi. Hi habent poteſtatem claudendi cælum, ne pluat diebus prophetiæ ipſorum; & poteſtatem habent ſuper aquas, conuertendi eas in ſanguinem, & percutere terram omni plaga quotieſcumq; voluerint. Ecce, ijs ipſis diebus quibus vos deſitura, & iam adeò deſita apud Electos, Miracula; ſolisq; pſeudoprophetis relinquenda ſomniatis; DEVS conceſſurum ſe ſuis Electis vim effectricem ingentium Miraculorum pollicetur. Quid ergo eſt reliquum, quod contra Eccleſiæ etiam ſeneſcentis Miracula mutiatis? In terpellauit hîc *Iulius*; Et, quàm validum, inquit, hoc nobis argumentum eſt, tam futile noſtris eſt aduerſarijs. Scis enim apud *Islebios* κατὰ χρυφον & ſuppoſitum haberi hunc *Ioannis* partum; vt proinde reiculum illi hoc *Apocalypſeos* teſtimonium putent. Niſi tu ſortaſſe *Cunradi*, cuiuſdam Inſtitutiones Catecheticas, non legi-

legisti; quas ille, vt momentum ac pondus traherent, REVERENDISSIMIS *Superintendentibus* inscriptas publicauit. Interpellaui; &, ain tu, inquam, REVERENDISSIMIS? Et quàm dudum, sodes, hos titulos aut quanti mercata est ea tribus? Nempe exspectabimus, dum propediem (quod illis adhuc defuit) & ILLVSTRISSIMI salutentur. *Iulius* cùm sonantius risisset; hæc nondum, inquit, sunt ausi: sed quid ausuri quondam sint, non crucior. Ceterùm in ijs institutionibus homo censorius quid probum ἐν τοῖς βιβλίοις, quid spurium sit, truci supercilio pronuntiat. *b* Iubet enim non modo innoxium *Tobiam*, & illibatæ famæ *Iudistham*, cùm heroibus *Machabæis* ad ærarios ire, quod supra vidimus; verum etiam hunc ipsum *Ioannem* cum totâ Apocalypsi suâ, equum vendere; vt pote strigosum, & minus, quàm *Islebici* postulent, curatum.

39. PRÆconis Sereni inconstantiâ de Apocalypseos auctoritate.

EGO, non eram nescius, inquam, huius *Islebici* moris. Solent enim isti,

b *Conrad. Dietrich. pag.* 13. & 17.

quic-

quicquid adurit, aut vlceri suppuranti propinquius imminet, cautè in tempore submouere. Ceterùm iste *Cunradus*, quem tu ais, hoc effugio tueri se non potest; quippe qui ipse suffragium suis erroribus, ex *Ioannis* apocalypsi non rarò corroget; indeq; firmari graui momento suas conclusiones putet. Quod neutiquam faceret (certè facere congruenter non posset) si apocalypseos testimonium, pro reiculo haberet. Identidem quippe cum aggreditur monstrare, *c Solam Scripturam ad controuersa omnia decidenda sufficere*, producit testem ex Apocalypsi *Ioannem*. *d* Eodem vtitur & alibi (nolit, velit *Ioannes*) adiutore. *e* Sed hæc hominis inconstantia nouitatem exuit dudum. Reijcit enim & alios ἀγιογράφους, receptatque pari libertate. Exemplum aliud in *Sapientia* libro, aliud in *Ecclesiastico* locuples reliquit: Nam cuius

C. *Cunr. Diet. pag.* 49. *n.* 4.
D. *Apoc.* 22. 9. 18.
E. *Cunr. Diet. pag.* 24. *pag.* 490 *pag.* 491.

nomen, inteſtabile prius, ex albo eraſerat, *f* id deinde ipſum locis compluribus, *g* ſui immemor, velut diuinum adorat. Solet enim, quod dixi, homo non ſtipes, ad auræ iam aduerſæ, iam ſecundæ flatus ſeſe inuertere; & morosè, vt quidque diſplicitum eſt, abdicare: Cui ſi nos aliquid indidem, nobis bono, viciſſim proferamus; laxis pulmonibus cachinno, veluti crepundia, aut effætæ fidei ſcruta, omnia deridet.

40. PRÆconis *Alpini, iudicium, de fide Apocalypſeos.*

Certè verò ſubalpinus noſter, *Adulphe*, eodem ingenio eſt. Nam vt ex Romano *Pontifice* Antichriſtum cudat, *h* ſtupidiſſima beſtia, ad *Apocalypticam* BESTIAM recurrit; ibique *i* germano purpuriſſo pontificis imaginem, à vaticinante propheta expictam, fuiſſe contendit. Quamquam ille *Pontificem* diſertis ibi verbis non appellat, ſed circutione *Islebicâ* vſus, *Bicornem* ait *Ioannis beſtiam, hodie palàm probeq; cognitam*

F. G. *Idem pag.* 13. *&* 490. *&* 491. *&c.*
H. *Praco de Mirac. pag.* 27.
I. *Apocal. c.* 13. *§.* 13. 14.

habe-

haberi; Alpibus nimirum & *Islebicis* Rabulis, qui eminus è suis gurgustijs, per vitrea quædam optica, dispiciunt ambulantes Romæ Centauros, & bucerum pecus: eaque monstra iam inde capillatis nepotibus monstrant, eum ij nutricibus pertinacius opplorantes, paternæ concionis meditationem obtundunt. Idem iste dum intempestiuus alibi ἐκ ἐπινίκια * canit, lætum ex Apocalypsi pæana mutuatur; iamque non labenti (si superis placet) sed collapsæ penitus iacentiq; *Romæ* (per quã! ridete cachinni!) applaudit, *cecidit cecidit Babylon &c.* Qui quidem hominis triumphus fragili momento nititur, si *Ioannis Apocalypsin* ille, in ordinem redactam, plus habere ponderis non autumat, quàm habent Milesiæ, aut φευγὸς μυθωνῖς * fabellæ. Igitur necesse est, *Iuli*, vt apud hos etiam cucumeres vim suam retineat nostræ Apocalypseos nomen.

* Αἴσωπι fabulatoris.

K. *Praco de Mirac pag.* 301. *ex Apoc.* 14. 8.

CAPVT VIII.

An, & qualis necessitas hodieq; sit Miraculorum inter barbaros.

41. *Necessitas Miraculorũ, in primâ Ecclesiâ.*

POteramus in his acquiesse nos, si rationes instituti duntaxat hîc pensi haberemus. Consilium enim erat, quod ipsi nostis, aliena conuellere potius, quæ in Alpium tesquis enata, temere se obijciebant; quàm nostra ex professo confirmare. Vos tamen vt ne istud quidem in me desideretis; ecce, iam alterum vobis argumentum. Si enim ex te, *Adulphe*, (qui mos est meus) iam itidem ego sciscitet: Eccur in Ecclesiæ primordio, tui præcones clament opus Miraculis fuisse? *a* respondebis; non vtique aliâ de causâ, quàm, quod inter ea primordia, plurimi mortales, quà Iudæi, quà exteri, manus aliter daturi non erant, vt *Christi* legem (à quâ veluti nouâ suspectaque abhorrebant) amplecterentur. Etenim vbi tam

a. Praco de Mirac. pag. 84, *&* 107.

crebra

crebra *Christi* comitumque prodigia, vel oculis ipsi conspexerunt, vel ab alijs nuntiari audierunt; quæ ex circumstantibus adiunctis intellexerant, diuinitus fieri ad legis eius confirmationem: rectè per ipsa naturæ vestigia huc ducebantur, vt concluderent: in eam legem, quantumuis nouam ac peregrinam, cadere falsi nihil posse; nî Deum fallacem mendacemque facere, cum extremâ stultitiâ, luberet. Ea propter multi, quos *Christi* oratio min⁹ nihilo mouerat, ij posteà quàm *Lazarum* in cadauere plus triduum verminante de putenti capulo prodeuntem vidêre; non tenuêre se vltra, quin illico victi in potestatem venirent; inque fidem recepti, etiam ea, quæ à *Christo* alia docebantur, sibi verissima esse persuaderent. Par suberat & alijs *Christi* Miraculis auctoritas. Quare sæpe ad sua, quæ in omnium ore exhibuerat, prodigia, *Christus* ita prouocat, vt dicat; incredulis impunè futurum fuisse, *si opera non fecisset in eis, quæ nemo alius fecit.* b

b. *Ioann.* 15. 9. 24.

Et sapienter sibi consuluerunt ij, quos ait *Ioannes c* non paucos *credidisse in nomine eius; videntes signa eius, quæ faciebat*; absque signis certè non credituros; quod ipsâmet veritas de ijs testatur; *nisi signa & prodigia videritis, non creditis. d* Hæc, inquam, *Adulphe*, nec imperitè mihi tu respondereres, si, quod institi, ex te percontarer.

42. *Necessitas miraculorũ hodie apud Indos.*

VERVM, obsecro te, ne pigeat animum aduertere; mecumque, an nulla se talis etiam hodie necessitas prodat, indagare. Quamuis enim memoriâ nondum exciderit, ita me suprà de *Chrysostomo*, alijsque maiorum gentium patribus censuisse; vt dicerem, eos non *Miraculorum vsum*, Ecclesiæ iam corroboratæ atque adultæ, sublatum velle; sed solam *necessitatẽ*, quæ Ecclesiæ infantiam presserat, negasse: id tamen hactenus solùm interpretor esse accipiendum; vt neq; tam generalis hodie, tamque latè fusa necessitas, neque item tam grauis, ea at-

C. *Ioan.* 2. ℣. 23.
D. *Ioann.* 4. ℣. 48.

que

que inteſtina noſtris temporibus aſſiduè nunc ingruat, quàm quanta, cùm Eccleſiæ veteri ſe quondam obijciebat. Quod equidem adeò non dubium reor, vt vocari iam in controuerſiam poſſe vix putem. Interea tamẽ per hæc etiam tempora, Miraculorum tantus certè vel vſus, vel vtilitas eſt, vt præter *neceſſitatis* nomen, vix aliquid reperias, quod vera ſibi *neceſſitas* deeſſe iam arbitretur. Vin', *Adulphe*, ſpecimen & huius tibi præbeamus? Auſpicabor ab *Indis*, id eſt, ijs populis, quos toto oceano diſiunctos etiamnum à Chriſti placitis legimus abhorrere. Commeant illuc è Catholicis quotidie multi (nam tuos quidem præcones fætæ *Deiopeiæ*, & vagientes earum cunæ, ne traijciant, morantur: graues ad iter hoc ſarcinæ) magnisque laboribus id vnum aſſiduè ſtudent, quî Chriſtianæ rei, apud exteros, fundamenta iaciant; & errorum tenebris eductos, ad fidei lucem quàm plurimos traducant. Id verò quibus argumentis, quæſo te, conſequentur, ſi ad Miracula recep-

tus ijs omnis occludatur? Fatéris túte, *Christo*, eiusque *Apostolis* necessaria fuisse Miracula, quibus *Iudæorum* olim ac barbarorum peruicaciam subigerent; rerumq; abditarum arcana, cum sensu patrijsque legibus pugnãtia, persuaderent. Eadem nunc, aut etiam maior apud *Indos* est rerum cælestium ignoratio: idem patrij ritûs morisque amor; eadem & sensûs imbecillitas, & disciplinæ nouitas obturbat: neque tanta nunc oratoribus nostris dicendi vis est, quanta *Christo* quondam concionanti, *Petro*q;, aut *Paullo* disputantibus inerat. Necesse igitur ijdem nunc habent, vt à Miraculis quandoque pondus orationi adijciant; ijsq; pertinaces animos quasi violenter expugnent.

43. EXEMplum, quo necessitas Miraculorum apud Indos probatur.

Finge enim in *Iaponum* vel *Sinarum* lyceis versari te; & aut de SS. Triados arcano, aut de *Christi ἐνσαρκώσει*, aut alia de re, supra gentis barbaræ captum, disputare. Vnde tu tibi, si obstinatè luctentur, idoneum suadendi argumentum depromes? an rationis adminiculo pugnabis? Id

vero

verò huîc rei aut nullum reperies, aut præquàm inualidum, & tam imbelle, vt leui declinatione totum eludere peruicacia possit. An magis de scripturæ oraculis aliquid produces, & vel *Mosen* olim, vel *Isaiam* sic esse vaticinatum dices? Tanquam ij momẽtum horum testimonijs insitum credant? quos pluris vix faciunt, quàm nos Æthiopica facimus Heliodori. At fortassis Europæ illos consensio trahet, cui vniuersæ persuasam hanc esse doctrinam, ostendes? *Indias* imò cõfestim, orbisque reliqui plagas opponent; quibus itidem & suos ritus, legesque tot seculis probatas; nostra verò hæc scita semper displicita fuisse, consensuque repudiata, vociferabuntur. Quò tum igitur te conuertes? Nempe magnis olim prodigijs dices hanc apud nos veritatem esse confirmatam. At illi, hæc ipsa veterum ostenta, decem ab hinc seculis edita, tam veri inania clamabunt, quã si nobis ludicra *Titanum* pugna, vel *Romuli* ad Deos abeuntis, cæloque recepti, fama nuntietur. Et profectò

si narrationem veterum prodigiorũ ita sufficere nunc apud *Indos* dixeris, vt idcirco recentibus hodie nullis sit opus, quibus eorumdem pertinacia superetur; dabis itidem noua Miracula, ne *Apostolis* quidem opus fuisse, ad Romanos Græcosque reuincendos. Nam potuêre etiam ipsi priora *Christi* Miracula, & existentes è tumulo *Lazaros*, & persanatas ægritudines, & mille hoc genus Miracula, apud *Iudæos* spectata, commemorare; neque sua spectatorum oculis subijcere. Atquî tui certè præcones affirmant, *Apostolis* nihilo minus per id tempus Miracula etiam noua necessaria fuisse. Quare eadem nunc nobis apud *Indos*, vt Christi adiungantur, opus esse concedent.

44. CALVA *hæreticorum responsio.*

Hîc *Adulphus*, Falleris animi, si per hos, inquit, *Indos* subleuari te credis. Nam siquod hodie miraculum inter illos editur, fit illud, non *Romanæ*, sed *Christianæ* fidei bono: quippe, vt SS. *Triadem*, *Christiq́*, diuinitatem confessi, baptismate lustrentur, hisque initiamentis ad spem beatitudinis erigan-

rigantur. Quæ capita, cùm inter *Romanos* atque *Islebios* minimè controuersa, sed exæquo vtrisque sint communia; eò fit, vt, quamuis recenti Miraculo iam apud exteros confirmentur, inde tamen nihilo magis tuæ quàm nostræ partes absoluantur. Hoc enim, ne nescias, etiam vestri effugio vtuntur; cum illis *Paullus* quidam *Nouatianus* opponitur; quem historiæ ferunt, [a] cum in procinctu iam esset, vt *Iudæum* ter antea Christianis initijs lustratum, ijsdem quarto ignarus imbueret; vidisse, in omnium oculis vanescere vndam, siccoque vestigio irritos Paulli conatus eludere. Ab eo dein facto, cùm *Nouatianus* approbatam diuinitus hæresin suam iactaret, vos eum ita refellistis; vt illo prodigio non errorem *Nouati*, sed Baptisma *Christi* (quo etiam Nouatiani ritè vtebantur) diceretis vindicatum; ne sacra videlicet *Christiana*, toties vnius libidine profanata, in ludibrium essent.

A. *Socrat. hist. Eccles. lib.* 7. c. 17.

b Quâ in responsione, si visi vobis serij argutique fuistis; nostram hanc putare mimicam non debetis.

45. REFVTATA HERETICORVM ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

EGO, non putabimus, inquam, sic- vbi vestram audiemus, æquè ac nostram, loco & tempori quadrare. Nunc impestiui, simios agitis, dum in re dispari, sat imperitè nos imitamini. Nihilo dissimiles eius cerdonis; qui, quòd grandem calcei formam *Encelado* quadrare vidisset, instituit ad eamdem pedis mensuram omnes deinde calceos formare, eosque pueris ac puellis æquè omnibus aptos credere. Quod vt intelligas, *Adulphe*, iubeo meminisse te; Catholicos per *Indiam*, non hæc solùm μυσήρια, quæ vtrique nos communia habemus, sed ea quoque, in quibus vos iurati secessionem facitis, Miraculis confirmare. Libabo de plurimis pauca, nec ea quidem anxiè conquisita, sed vt quæque vaganti memoriæ obuiam erunt. Oppugnatis, puto, vos in primis omne cælitum (quippe qui iam ab-

b *De hoc prodigio, vide iudicium Malderi. q.* 1. *de fide. a.* 5. *sect.* 3.

sen-

sentes, & si placet, ἐν ἀγνοίᾳ πολλῶν κάτω διάγοντες, * alia cogitent) adminiculum: Nos aduersi, cum maioribus confitemur. Vtrorum causam Miracula defendunt? Narrabit *Ludouicus Froisius*; [a] qui litteris ex portu Nangasachano in Europam datis, testatur; complurium stygiam obsidionem *Cingiua* solutam esse; nullâ aliâ re, quàm quod ijs S. *Francisci Xauerij* breuiarium, religiosè admotum fuisset. Damnatis ijdem vos, *Agni cælestis cerea sigilla*; globulositem, quibus in coronam dispositis, nos inter preces vtimur; lustralem quoque laticem, quo per Ecclesiæ ritum consecrato, frontem laremque perspergimus: demum Imagines sacras, aut earum certè cultum; & alia sexcenta, vos, inquam, repudiatis; quibus nos omnibus honorem religiosè habendum, pieque vtendum esse, docemus. Vtros miracula, etiam ab *Indis* ad nos relata absoluunt? Rudet aliud responsum hîc exspectare, cùm in manibus, ecce, sint *Organtini*

*In meâ rerum nostrarũ ignoratione degentes.

[a] *Aloys. Froes in litt. ann. 1596.*

epistolæ; *b* quas *Meaco* scriptas iuuat carptim recitare. Non parùm, inquit, hi *Christi* tirones admirandis quibusdam operibus, quæ DEVS inter eos identidem præstat, confirmantur. Nam ægrorum multi, solo aquæ piacularis hausti, è varijs morbis conualuêre. Alij ad sacræ Crucis insigne abiecti, sanitatem recepêre. Alios, cùm ab orci inquilinis grauiter vexati, obsessique carperentur, simul ut sacrorum cinerum Lipsanothecæritu religioso contigêre, malo vndique depulso, in libertatem asseruerunt. Nonnemo, qui Magnæ Matris icona piè veneratus, domi conseruabat; cum ædes incendio flagrare, omniaq; flammis absumi & ægrè homines elabi, quin amburerentur, vidisset: vbi in cineres ac fauillas ædificium subsedit, vnam ex omni reculâ Imaginem, quam dixi, illæsam ac superstitem recepit. Quod idem *Hayus* ad insulas *Philippinas*, *c* in precum sacrarum

B. *Organtin. in relat. Ind. ann. 1594.*
C. *Ioan. Hayus, de statu Iapon. Dom. Nangasach.*

sphæ-

sphærulis; idem alij in alijs eiusmodi rebus, memorant, non absque prodigio obseruatum: Atque indidem barbaros ad *Christi* signa sequenda, nonnunquam inductos esse. Haud multo alia, & longè etiam maiora scriptis consignárunt viri graues, ac fide digni; *d* quorum omnium auctoritatem, quòd vestri præcones aspernantur, faciunt id more suo. Neque debemus esse nos conditione meliori, quàm scimus apud vos quindecim seculorum antiquitatem fuisse; cuius existimatio, pilæ ad instar, vobis est eleuata. Quamquam quo iure id soleatis, nondum hìc disputamus: erit fortassis ut paullo pòst intelligatis.

D. *Vide Maffæum lib. 1. select. epist. Alex. Valignanum, de statu Sinarum, alios passim.*

CAPVT IX.

46. Necessitas Miraculorũ hodie etiam apud Europæos.

An & qualis hodiéq; sit necessitas Miraculorum inter Christianos.

EXCEPIT orationem *Adulphus*; &, vereor, inquit, iam dudum, vt his

his apud nos testibus, multum proficias. Nam omnes sua se nobis tam nouitate quàm longinquitate ridendos offerunt. Antiquiores vult præco; qui nullis obnoxij suspicionibus, rem firment. Cui ego, Satin' sani vos estis, inquiebam, qui rem tam absurdè stultam postuletis? Quæritis violenti, an nudius adhuc tertius edita apud *Indos* Miracula perhibeantur? Atque interim vultis *Salustios* vobis atque *Liuios*, proferri, qui testes hoc iurati confirment, quod heri adeò dicam? gestum? Lepidi homunciones! Nempe, si *Pragam* ego receptam; & cùm *Budorensi* rebellem *Scæuolam* internecione deletum; & nescio quas alteras copias fusas fugatasque nuper esse dixero; iubebitis à *Thucydide* me, aut *Herodoto* testimonia proferre: Nam nouos, qui memorent, suspectos videri. Quis in risum hîc vel *Cassius* non prorumpat? Ceterùm haud scio, *Adulphe*, an trahere porro de *Indis* contentiosum hunc funem tu velis. Nam videris ipse iam videre, non valde disparem esse illorum, ac exo-

rien-

rientis Ecclesiæ, conditionem; vt proinde, si huic necessaria dicas Miracula fuisse, illis absurdè sis negaturus. At in Europa certè, ubi obtineant pridem *Christi* leges, & omnis omnino controuersia possit ex scripturæ momentis disceptari, vrgebis tu, Miraculis opus iam nequaquam esse. Non assentior, *Adulphe*; & verò causſam, cur nondum assentiar, edico. Etenim pone, in eam nos calamitatem incidere, in quâ *Thesbites* olim *Elias* fuit; vt, quemadmodum ille necesse habuit, cum *Israelitis* pacisci, ad vtrorum preces ignis deorsum in aram deuocatus, victimam conficeret; ij rectè de DEO sentire, & eorum religio diuinis argumentis approbari diceretur: Ita nos in ambiguo locati, dum mutuis altercationibus alteri alteros lacessimus, egeamus arbitro, cuius iudicio partibus sit standum: quem, quæso te, arbitrum legemus? *Scripturam*, inquies. Ita responsurum te diuinabam; ne quid à tuis diuerteres. Quid verò si de ipsa nobis *Scriptura* iurgium seratur: ad

quod

quod tum tu iubebis tribunal festinare? Ad alteram, inquies, *scripturam*, alterius interpretem. Teneo: Sed hanc interpretem si ad suas quisque partes abstrahemus, quid fiet?

47. EXEMplum, quo Miraculi necessitas apud Europæos probatur

Ac ne desit vmbratilis pugnæ simulacrum; litem inter nos hanc pridem contestamur; Quid in Eucharistiæ mysterio, *Christus* nobis reliquerit. Ex animi tui sententia, dic *Calue*, quid credis? Ego *merum*, inquit, aio *corporis sui signum reliquisse*. Quo teste hoc aut interprete docebis? *Scripturâ*. Quippini enim? Nam ea disertè, *Hoc* inquit *est Corpus meum*, id est, signum merum corporis mei. a Rem acu. Dic tu item, ex animi tui sententiâ, quisquis Islebici lactis heminam traxisti, quid credis? Nihil, inquit, ego minus: fefellit hæc depilem Gallum ratio; scripturæ tam rudem, quàm sucula Sabella est litterarũ. Aio enimuero ipsum in Eucharistia Corpus esse; tum quidem, cùm e-

A. *Cal. inst.* 4. *lib. c.* 17. *Vide Romanum spect.* 3. *col.* 21. *Et nos supra lib.* 2. *Agonist. n.* 51.

stur;

stur; neque tamen cultu, aut veneratione prosequendum. Quo item tu auctore hoc probas? *Scripturâ*. Nam ea disertè, *Hoc*, inquit, *est Corpus meum*, id est, Erit corpus meum, simul ac manducabitur. *b* Bellè mi homo: sed negat hanc *Caluus* scripturæ mentem esse. Negat? Mihi verò tam liquet esse, quàm palàm est, matris meæ me partum esse. Parcius ista, tu, moneo, minusque asseueratè. Nam & *Caluus* suum sibi sensum nihilo vaniorem esse peierat; neque scapulis suis tam certò inustum lilium sensit, *c* quàm esse certam hanc suam interpretationem putat. Sed nondum decisa lis est: Dic tu demum, exanimi sententia, dic Romane, quid credis? Ego, quid? adesse corpus, verumque sanguinem; simulatque verba *Christus*, aut *Christi* vicem, Sacerdos pronuntiârit; neque exspectari, dum esu cuiusquam glutiatur. Atque hoc ipsum quo ductus argumento? *Scripturæ*; quæ clarissi-

B. *Vide lib. 2. Agonist.*

C. *Hieron. Bolsecus in Vit. Caluini. c. 5. Iacob. Gault. tabul. seculo 16. cap. 15.*

mè,

mè, *Hoc*, ait, *est corpus meum*; *Est*, inquam, non autem, paullo post, ut primùm sumseris, *Esse incipiet.*

48. INANE *effugium haereticorum.*

Viden, *Adulphe*, quàm obscurè varieque hunc ipsum interpretem, plerique interpretemur; totidemque in partes, quot capitum sumus, distrahamus? Quare iam vsus ipse fateri te subigit, litem hanc inter Europæos disceptari vix posse; nî scripturæ aliud quandoq; adminiculum sufficiatur. Neque tu solenne tuum hîc nobis recoxeris; *Claram esse per se scripturam, nî legentis contumacia obfuscet.* Nam idem in te conuitium *Caluus* regeret; teque pertinacia & liuore occæcatum, negabit clarùm videre. Quid tum igitur ad rem, si amœbea conuitia tollantur, respondebis? An nihilominus tu nondum neque *Ecclesiam* vniuersam, neque huius caput, *Romanum Pontificem*, neque diuini *Miraculi* testimonium admittes; cuius arbitrio lis decisa, possit in vnius veraeq; religionis vinculum coire? Negabis ergo, ratio-

nem

nem hodiè modumque mortalibus ſuppetere, quo de tot errorum diuerticulis in viam reducantur: malâque conditione viuemus, qui in hæc tempora reſeruati ſumus; quibus nec oculi ad videndum errorem; nec ad deponendum, remedia ſint relicta. Ergòne, inquit *Adulphus*, quoties inter aliquos ambigitur, neceſſe mox erit, DEI prodigium adeſſe, quo partibus ius dicatur, liſque Miraculo finiatur? Minimè gentium hoc, inquam: Neq; enim hanc tantam neceſſitatem miraculis tribuimus, vt abſque iis in religione decerni putemus nihil unquam poſſe. Certè nos aut *Scripturis*, quà perſpicuæ ſunt; aut quà ſubobſcuræ, Pontificum Eccleſiæque finitionibus, & πατροπαραδότῳ διδαχῇ,* controuerſias fidei abundè dijudicamus. Tum verò cùm nos inter, vosq;, litigatur, totæque gentes ac prouinciæ magnis contentionibus diſſident, nec ſolum vulgus ignobile ſæuit, ſed & principes ſeceſſionem faciunt; tum, inquam, quia neque Scriptura ſola nos expedit, neque Pontificis

* *Maiorũ traditione.*

ficis apud vos auctoritas obtinet; maioribus aio remedijs, id est, *Miraculis* opus videri, vt laboranti Reipublicæ, æquè hodie ac olim subueniatur. Quem profectò in modum censuit & *Elias*, opus sibi cœlesti prodigio esse, quo veram *Israelitis* fidem commonstraret: quos tamen ducere ad *Mosys Deuteronomium*, omisso Miraculo, æquè potuisset; vt indidem, quis DEVS sequendus, quis abdicandus foret, percontarentur: Quare dabis *Adulphe*, nostris etiam temporibus necessaria posse Miracula dici; tum ad vestras partes, (quando aliter nolunt) conuincendas; tum ad animos quoque pusillos ac rudes, quibus vos insultatis, aliquando confirmandos: *Necessaria*, inquam, non summâ quidem extremâque necessitate: sed mediâ quâdam: quam tu si males, vtilitatem eximiam, finiq́ue facile consequendo in primis idoneam, appellato.

49. ALIA *Miraculorum necessitas apud fideles.*

OSTENDISSE me vel his indiciis reor, vanam tui præconis, oppidoq́ue insitam esse criminationem; quâ ne-

nequicquam homo festiuus laborat, omnem hodie Miraculis *Necessitatem* ita pertinaciter adimere, vt ijs ne *vtilitatem* quidem vllam velit reliquam fieri: sed imò (quod supra vidistis) ea velut Ecclesiæ noxia, & *Antichristi* volantia signa clamet esse deserenda. Ego tamen minimè committam, quin alterum quoque miraculorum vsum (seu denuo males necessitatem) non tam hæresi exscindendæ, quàm hominum aut sanctimoniæ declarandæ, aut innocentiæ vindicandæ, aut puniendæ nequitiæ ostendã. Quo enim alio signo manifestiùs, accusata se innocentia defendat, quàm si testimonio veri *Miraculi* purgetur? (*hunegundæ* virginitas, *a* æquè ac *Brigidæ b* pudicitia, in dubium, iam à marito, iam ab obtrectatore, vocabatur. Quem ibi modum innocentia inueniret elabendi? Nem-

A. *Baron. tom. 7. ann. 1025. Spondan. ib. n. 4. Surius & Lipelous. 3. Martij.*

B. *Martyrolog. Rom. 1. Februar. Sur. Lipelous Baron. ib. Vide Bedam, Usuard. Adon.*

pe

pe teſtes aduocaret, aut rationum vtique momenta produceret, quibus incolumis ſeruaretur? Defuêre ſpes humani ſubſidij, vt ad cæleſte tribunal prouocaretur. Factum. Atque eccére! Illa, candentium prunarum ardorem pede innoxio calcauit; vtque flammâ iudice virginis pudor abſolueretur, planta ſenſum amiſit, repetit ignis. Illa, cauſſam aræ iudicio permiſit: quam vt arentem ſterilemq; manu Virgine contigit, continuo reuireſcere, lignumq;, felicem in florem exuberare conſpexit. O innocentiam feliciter accuſatam, quam tale tribunal pronuntiat inſontem! Latéret in obſcuro famæ, niſi vtramq; hæc infamia ream feciſſet. Iam porro *Sanctitas*, tametſi Miraculis non eget, & per ſe ipſa ſuis ornamentis, longè maioribus, nitet; hos tamen comites non aſpernata, plerumque trahit. Nam multorum hodie virtus ignorata, nec æmulos haberet, nec laudatores, niſi prodigijs in lucem protracta, ſpectatores exciuiſſet. Quid, quod & magna flagitia ad plu-

rium

rium fortasse contagionem valerent, si primis auctoribus semper fuisset impune. Nunc postea quam multi in ipsa sceleris molitione oppressi, pœnas dedêre, prodigioso euentu ceteris documentum fuerunt, ne, quorum exitus per horrescebant, studia conatusq; imitarentur. Atque hæc certè, horumque similia, quid, nisi quamdam Miraculorum seu *vtilitatem*, seu *necessitatem* possint indicare?

CAPVT X.

Hodierna Miracula, & vera esse, & ad fidei Romanæ attestationem fieri.

50. HÆRETICIS nostra Miracula nec vera esse, nec testanda fidei fieri videtur.

VIsvs inter hæc *Adulphus* paullatim mitescere, neq; iam porro habere, quid ex dictis magnopere oppugnaret: aliud tamen, inquit, nondum tu expeditum relinquis. Nam vt vicerisin eo, quod contendebas, admirandis etiamnum effectis tuam

Ecclesiam pollere : adhuc laborabis impensè, dum ea demonstres, *vera Dei germanaq; Miracula*, magis quàm hominum planorum stygisq; impostura esse. Multis enim nititur meus præco docere, propiora næ-nijs anilibus, quàm veris Miraculis, esse. Inq; eam rem compilat, quod meministi, omnes vndique bibliothecas; vestrisq; vos testibus obruit; quos exnescio quibus librorum mõstris (modò *Legendas*, modò suauius, *Lugendas*, vt perfacetus est, vocat) haud perfunctoriè conquisiuit. Denique cùm etiam hanc è tuis Miraculis maculam deterseris; restabit, quod difficillimum est, vt ostendas, eadem ad testandam fidei tuæ veritatem edi solere. Nam nisi in hunc finem edita monstrentur; iam ex te didici ea perparum, aut nihil momenti habitura, ad rem quam hîc disputamus. Certè autem pleraque sic fieri hodie videntur, (præcipuè ea, quæ identidem de *Boni nominis Elisabethæ* nuntiantur) vt nullus ibi se finis ferè alius misceat,

ceát, quàm aut valetudinis adeptio, aut mali depulsio.

Placuit opportuna *Adulphi* quæsitio; quippe quæ materiem mihi suggereret, eius quod reliquum disputationis erat, in tempore prosequendi. Et ad illud quidem, inquam, quod priori loco requiris, an putem Ecclesiæ nostræ prodigia verè diuina, probæque notæ Miracula esse: aio prorsus esse. Quod ego ne ἀλόγως affirmem, accipe tu rationum quædam haud nihili momenta. Primum esto: Homines tu animo circumspice, quotquot in Europa sexcentis his proximè annis vitam vixêre, eosque duas omnino in factiones tribue; alteros uiros graues rerumque gestarum æquales, qui vno ore omnes confertim vociferentur, se coràm adstitisse, oculisque suis vidisse, cùm hîc quidē mortui ab inferis, iubente *Bernardo* aut *Dominico*, in vitam reuerterentur: hîc verò cæcis oculi visusq; redirent; quos natura arsq; pridem omnis desperásset; alibi carcinoma, fædaque corporis tabes, qua lentè per artus

51. DVO *genera hominū, de Miraculis iudicantiū.*

grassata, vitam insidijs petebant, ad cineris sacri contactum euanescerent; alibi depulsa longæuæ coniugis sterilitas fugeret; aut stygij demũ inquilini humanis hospitijs exturbati, infernos lares cum vlulatu repeterẽt: Horum, inquam, omniũ se aut testes oculatos fuisse; aut ex oculatis certisque accepta comperisse, scriptisque ad posterorum memoriam consignasse. Alteros deinde, qui nudius tertius demum, cum *Cadmæa* segete inter terræ filios enati, censuram sibi sumserint omnium retro seculorum: iamque post millesimum, aut certè trecentesimum annum eas historias, quas ataui tritauique spectârant, in fabularum ordinem ridiculi nepotes referant: idque nũllo rationis prætextu, sed merâ libidine ducti; dum quicquid factum ab alijs nollent, continuò nec factum esse, nec fieri potuisse, pronuntient.

52. VTRI *probabilius de rebus iudicent, absentes an præsẽtes, &c.*

HAS hominum vtrinq; factiones inter se comparet, quisquis vnam de prudentiæ salillo micam attigit: faciet ille, me tacente, quod ne meâ nũc o-

ratio-

ratione fiat, tu times. Non fiet, *Adulphe*; sed tuo rem omnem arbitrio relictam, meus postmodo assensus subsequetur. Cogitabis enim túte, sat scio, stultè facturum hodie decennem puerum; qui, si in *Tito Liuio* legat, *Annibalem* pugnâ *Cannensi* copias Romanas cum *Lucio Paullo* Cons. fudisse; & rursus *Asdrubalem*, eius fratrem, cum quinquaginta sex millibus à milite Rom. cæsum esse: aut si in *M. Tull. Cicerone* reperiat, *Caium Verrem* auarè totam propè Siciliam diripuisse; & *Catilinam* ad patriæ excidium nefariè coniurasse: Hæc, inquam, si puer hodie legat, secumque statuat, nullum vnquam in Italia *Pœnum* ducem fuisse; neque Romæ *Verrem* aliquando aut *Catilinam*, qui moliri facimus tam atrox potuerit, conspectum esse; sed *Liuium Tullumq;* fabulis oblectatos, has lectoribus delicias factitasse; cogitabis illum tu puerum, rem multo stultissimam suscipere; neque eum esse, cui vni, & tanto pòst in lucem edito, fides habeatur; ijs interim susque deque habitis,

qui rerum gestarum aut magna pars fuêre, aut æquales propè, rem pænè in oculis gestam, calamo styloq; sunt complexi.

53. HÆRETICORUM temeritas, in Miraculis damnanda.

PAR omnino maiorque stultitia est, horum; qui nuper ex equo, nescio quo, (*Trotano*, si ipsis credas) prosiliêre, & â *Catharinâ Pornâ* gynæceo, in rostra cum tribunitio furore progressi, peierant, *Gregorij Magni* dialogos Attellano lepore, & choragio mimico plenos: Eumq. Ecclesiæ Doctorem, (qui plerorumque accuratus aut spectator adstiterat, aut præsens arbiter confederat, aut proximè ea tempora, pæneq; suppar, res, vt quæque accidêre, ex præsentibus cognôrat) erroribus actum, quid scriberet, nescijsse: se verò, homines acutos, (qui tantis & locorum & temporum interuallis iam abessent) è Sáxonum angulo nunc adeò perspicere cæpisse, quid factum tot ante seculis per terram Campaniam sit, quid non factum: Iubentq; edicto, ea omnia maiorum prodigia damnari; quæ puppi suis iam calculis non absoluissent. Ita

ijdem

ijdem siue Censores, siue Iudices, *Augustini ciuitatem* (quod suprà dicere me meministis) miserè maleque habitam lacerârunt; cùm libri XXII. Caput octauum pessimis modis admutilatum, ac veluti mendis psoriscq; infame, primi ipsi cum *Ludouico* suo deprehenderunt. Nempe, *possunt*, (quod quidam ait) *quia posse videntur*: ita hi seri vespertiliones *vident errata, quia videre videntur*; quæ tamen neque *Augustinus* in se ipse, neque ætas maiorum in *Augustino* visa fuerat videre. Eodem ac maiori imperio in alterum *Gregorium* bacchãtur, feroces arbitri: eodem in alios, qui *Bernardi*, *Francisci*, aut *Catharinæ*, & huius ipsius *Elisabethæ* Miracula vitasque iam olim sunt commentati. De nostris *Ignatio Xauerioq;* nihil attinet referre: nam hos in primis magno fauore complexi, nunquam abstinent osculo, cùm eorum audiunt Miracula narrari. Sed hic erga nos affectus mihi mirior esset, nisi idem in *Lauretanæ* Virginis prodigia se proderet: quibus hi adeò be-

neuoli sunt, vt *Horatium Tursellinum*, hoc solo nomine venerentur, quod eius Ædis, luculenta sanè, testataque Miracula, disertissimè est persecutus.

54. FRANCISCI *Prasbergij & alterius prodigiosa testibus confirmata.*

Ceterùm quem honorem hi nouato es maioribus habent, vt nihil iam ijs, quod supra suam ætatem audiant narrari, credendum arbitrentur; id in hodiernis quoq; prodigiorũ ostentis, sollemne seruant, vt præsentibus atque oculatis rerum testibus, ipsi absentes & omnium ignari, fidem incredibili stupore abrogent. Cuius, nî pertæsum est, cognoscere specimen, in *Francisco Prasbergio* potestis, adolescentulo in primis nobili; quem hoc ipso, nõ dudum hîc cælitũ ope incolumem vidistis: nos autẽ, quod principio dixi, paucis abhinc mensibus ita miserè deformatum videramus, vt apud omnes magnam sui, quacumque obuiam esset, commiserationem moueret. Neq; vulgo sanè pueriq; duntaxat (qui morborum discrimina sæpe supra verum attolunt) deplorata mali medicina

fuit;

fuit; sed peritos rerum, atq; vsu arteq; celebres, eadem quoque desperatio incessit. Quas ego quamquam initio quadam tenus laudaui, tamen ingratijs vestris futurũ me non putabo, si famæ confirmãdæ, publica vobis iurataque eorum testimonia hîc recitaro. Nam præter clarissimorum virorum *D. Bartholomæi Mercklini*, & *D. Bartholomei Moseri* grauissimã auctoritatem, (quorum in Medicina nomen est insigne) præterque asseuerationem *Ioannis Iacobi Merck*, chirurgi haud vulgaris, Vlmâ excîti: magnum apud omnes meritò momentum habebunt tabulæ litteræq; publicæ, quas super hac re fieri per iuratos notarios iussêre, cùm Ill.mus Princeps *Henricus* Episcopus Augustan⁹ sub annum CIↃ.DC.XXV. Die III. April. tum Perillustrium ac nobilium Duumvirûm, Consulumque amplissimus Senatus Augustanus, anno eodem, VII. Idus April. vbi quæsitore *Othone Laagingero* Cos, tres adeò testes ibidem, *Iacobus Perchmiller* Med. Doct. *Ioannes Brendel*, & *Conradus*

Schaller in Chirurgicâ clari & legitimè rogati, fidem suam iureiurando interposuêre; *Manum adolescentis grauiter læsam, toti brachio, cladem minitari cæpisse: neq; malum aquâ frigidâ (qualis quidem illa Reuttensis fuerit) tantulo præsertim momento persanari naturaliter potuisse.* Quæ eadem omnia *Marcus Schererus* Illustrissimi Principis chirurgus, Dilingæ, apud *M. Ioannem Schrall*, Notar. pub. sanctè iuratus asseuerauit. His tamen omnibus insuper habitis, Præco tuus, *Adulphe*, (si, quid sentiat, rogetur) sibi vni, suisque alpibus clamabit esse assentiendum, quippe se quâuis absentem, & pabulo suis gregibus obsipando intentum, inde ab ipsis alpium iugis, Dilingam vsque & vltra, oculorum acie traiecta, uidisse; *Præsbergij* huius manum nequaquam in eo discrimine positam, vt curari nisi cælitum ope non posset. Nam ridiculum vtique aut simulatum à puero vulnus fuisse; aut ab orco insessam aliquamdiu manum; vt mox cessante ludibrio, ad officium rediret, & fucus reli-

religiosis aniculis obtruderetur, velut *Elisabethæ* patrocinio morbus remisisset. In hoc medicorum & Præconis dissidio, quid cuique statuendum; & in illorum, an huius sententiam pedibus sit eundum, supersedeo suadere. Neque enim tam stupidus ero, vt quemquam fore tam stupidum credam, qui sibi in re adeò liquidâ putet esse deliberandum.

VERVM vt concedamus esse quempiam, cui nostra *Miracula* tot testibus, quamquam loco, tempore, conditione diuersis, tamen eamdem in rem certè consentientibus probata, nondum luculenta satis videantur; is quisquis est, apud *Iulianum* olim *Porphyriumq́;* aut hodiè inter barbaros, de *Christi*, primæque Ecclesiæ prodigijs disputaturus, quid sibi ad fidem faciendam, præsidij relinquet? Nempe *Lazarum* denuo producet; denuo *cæcos*, denuo *paralysi*, febriq́ue fractos; aut *infernis* vtique hostibus vexatos, & hoc genus alios dicet, ad *Christi* imperium vitæ, salutiq́ue postliminio restitutos. Rectè id qui-

55. Quo *titulo hæretici nostra Miracula, eodem pagani Miracula Christi potuissẽt elenare.*

dem, & ex meo sensu. Sed apud *Julianum* tamen, vide, quàm eludi facilè hæc omnia, præconis *Islebij* ductu, iam possint. Dicet enim, *Lazarum* simulatè in mortuum decubuisse, vt Miraculo famæque viam sterneret; aut certè, quia minus concinnum hoc credit, vt plus triduum dicat assimulari mimicam mortem potuisse; huc opportunius confugiet, vt corpus letheo papauere consopitum, & quasi ueterno solutum, Malus genius tantisper appositè fouerit; oculisue spectatorum ingeniosè illuserit, quoad reuiuiscere à *Christo* iuberetur. Illos deinde suis oculis captos, siue alio morbi infortunio deformes; Negabit æq; præfractè, eiusmodi re uerâ fuisse, quales ferebantur; sed morbos, vel suâ vel stygiâ fraude, ad ementitæ famæ gloriolam, aut ad aliud inane comparandum, sollerter fuisse confictos. Hæc, inquam, & mille talia, ex præconis instituto, si malus animus eludat; quid argumenti reliquum *Christianus* habebit, ad *Iuliani* os impium occludendum? Habebit,

in-

inquies fortasse: Nam proferet diuinos illi codices; atque aliud è *Matthæi*, aliud è *Lucæ* sanctissimis monimentis probabit. Nugæ! Tanquam *Iulianus* horum euangelia, non mera hominum testimonia, credat? Quare, si ex præconis huius disciplinâ, statuat testibus humanis, tametsi iuratis, fidem habendam non esse; vtique nec *Matthæo*, nec *Lucæ*, tot *Christi* Miracula prodentibus, habebit. Quid igitur, inquam, consilij tum capiet *Christianus*? Hoc, inquies, vnum, vt stolidè amentem esse *Iulianum* yociferetur, qui rem tot testatis auctoribus, tametsi humanis, compertam, vnus inficietur. Prudenter istud; & perappositè ad tuum præconem retorquendum; cui tot testium, ab omni antiquitate occurrentium, & Ecclesiæ nostræ Miracula, suis se oculis conspexisse clamantium, auctoritas, ac iurisiurandi religio, vilior est, quàm si de *Tricis Apinisq;* scruta quædam ruderaque nundinetur. Quoties autem meos hîc *testes* nomi-

no, eos intelligo solos, qui omni exceptione maiores sint, quosque tametsi oderint aduersarij affectu præcipites, monstrare tamen vanos, si vel rumpãtur, nequeunt: quales nos esse, illorum *Leyseros*, & cum *VViero Schleidanos*, & *Hasenmilleros*, ex cõpertis eorum mendacijs sæpe demonstramus. *a*

56. FATEMUR esse quadam Miracula apocrypha.

SED obturbat adhuc Stentor Alpinus, nobisque *Legendas* nescio quas violentus inculcat; eas enimuero fabulis tam fætas esse, quam glandibus sit ilex. Atque hinc meruisse triumphum se putat, in quo Ecclesiam Romanam manibus post terga reuinctis, ante currum sublimis agat. Verùm subsidet omnis hîc tumor, vbi, quid respondeatur, intelliget. Nempe negabitis vos, inquis *Adulphe*, fabulas esse. Imò enim, esse nos confitemur permultas; & quidem ab Ecclesia neutiquam laudatas; quippe, quas etiam disertè multas repudiet. Igiturné victi iugulum vobis præbemus?

a. Vide Baron. passim, Gretser. in apolog. pro Societ. & alios.

Non-

Nondum istud, *Adulphe*; Neque superi hoc duint, vt causſæ tam grauis firmamenta, ab his pandectis mutuemur. Libuit vel otiosis quondam, vel imperitis hæc talia comminiſci, quibus aut tempus ſibi fallerent, aut alijs delicias in re, vt putabant, minimè malâ, propinarent. Libuiſſe dixi; Nam licere nemo dixerit. Atque indidem eſt, quod *Lyranum*, & *Gerſonem* ſupra audijſtis, in hæc ſpuria ſpurcaque prodigia, ſeuerius inuectos: cùm eos præco tuus, homo perſpicax, de vniuerſis adeò Miraculis accepiſſet: tam id abſurdè, quàm ſi quis *Romanorum geſta* (liber eſt, ſi alius vſquam fabuloſus) damnare ſe diceret; eumque mox aliquis & *Liuio & Saluſtio*, & omnibus eius Reipub. hiſtoricis, dicam ſcripſiſſe proclamaret. Quæres, opinor, quæ igitur nos *Miracula*, ceu legitimè germana ex tot recentibus agnoſcamus? Reſpondebo, nihil iſtud quidem ad ſummam rem attinere: cùm id ſolùm agamus, vt vera quædam Miracula noſtris etiam temporib⁹ edi probemus: Ea verò,

rò, quænam, atque vbi singillatim edantur, nostrâ iam nihil admodum referre. Sicut (si exemplis utendum est) nemini iam videri dubium debet, quin fidelium quoq; nonnulli in inferorum supplicia præcipites ruant: tametsi non itidem constet, qui nominatim ij tam infelices sint: Et quàm certum est, viuere hodie quosdam, qui cœlo destinentur: tã incertum est, si per singulos eatur, digito monstrare, quibus ea tam opima felicitas contingat.

57. QVÆ *Miracula nobis pro compertis habeantur.*

TAMEN hoc tibi responsum iam minimè volo: cum aliud in promtu sit mihi, quo faciam satis. Aio igitur, Ea præsertim hominum, cælitumque prodigia, nobis quasi comperta legitimè exploratáque haberi, quorum vel antiquitas toti iam olim Ecclesiæ sic se commendârit, vt ad hunc diem inuentus (præter Islebios nepotes) sit ferè nemo, qui vt malæ fidei suspecta traduxerit: vel quorum nouitas ijs hodieque testibus confirmetur, quibus Ecclesiæ meritò fidem habeat; haben-

habendamque auctoritas Pontificia decernat. *a* Prioris ordinis sunt cùm ea ferè, quæ in *Martyrum actis*, ab Ecclesia receptis (nam quædam vltro reijcit *b*.) inueniuntur: tum ea, quæ de *Gregorio* Thaumaturgo admiranda leguntur; *c* deque tribus mortuis à *S. Martino* suscitatis; *d* deq; *S. Stanislao martyre*, qui *Petrum* quemdam, triennio ante functum, è tumulo surgere, secumque in ius ambulare iussit. Nec imperium abnuit sepultus; sed obsequio stupendo, prodire statim, atque ad regium tribunal accedere, informe cadauer maturauit. Eiusdem loci habentur, & illa, quibus Ciuitatem suam *Augusti-*

A. *Colligitur ex decreto Vrbani VIII. sub annum* 1624. *edito.*

B. *Gelasius, in Can. Sancta Rom. Eccles. dist.* 15. *Vide Cæsar. Baron. Tom.* 5. *annal. ann.* 419. *n.* 96.

C. *In eius Vita, & Breuiario Romano.* 17. *Nouemb.*

D. *In Vit. & Breuiar.* 11. *Nouemb.* 1. *nocturn.*

E. *Breuiar. Rom.* 7. *May.* 2. *noct. lect.* 2.

nus, *f* ringente nequicquam buccinatore tuo, illustrat; & illa quæ de *Dominico*, *g* deq; sexcentis alijs Ecclesia memorat. Inter hæc ipsa principes partes iure vindicat, *Virgo admirabilis* θεοτόκος; *h* quæ vti hæreses ceteras omnes splendore miraculorum suorum exanimauit; sic linguas etiam τῶν βλασφημούντων, eiusque miraculis impudenter obtrectantium hæreticorum seuera castigabit. Posterioris generis erunt ea præcipuè, quæ nostra ferè memoria sic geruntur, vt quod antiquitati deest, id a testium fide, iudicumque graui examine, & *Pontificis* demum auctoritate, compensetur. Ita mortuos à SS *Ignatio Xauerioq;* verè in vitam esse per ingens miraculum reductos; *i* Ita cùm ab istis ipsis, tum à S. *Teresia*, *k* Sanctoque *Philippo Nereo*, *l* Magnoque *Carolo Borromæo*, *m* & in-

F. *Aug.* 22. *Ciuit.* c. 8.
G. *Breu. Rom.* 4. *Augusti.* 2. *noct. lect.* 2.
H. *Laureti, Oetinga, Erem. alibi.*
I. *Vtriusq; vita, per Rib & Turselllin. scripta.*
K. L. *Vide acta Canonizz. eorumdem.*
M. *Vita eiusdem.*

nume-

numeris alijs luculento prodigio aut morbos depulsos, aut cacodæmonas exactos, aut alià quædam stupendi operis effecta fuisse, pro certo habemus. Ab his tu talibus facesse *tuas legendas*, & quicquid aliud intestabile nonnunquam simpliciorturba vel in litteras inconsulto misit, vel improuidè narratum arripuit.

CAPVT XI.

An nostra Miracula fiant ad asserendam fidei nostræ veritatem?

VENIO nunc ad illud denique pertexendum, quod loco posteriori tu negâras, *Miracula multa etiamnum ad testandam fidei* Romanæ *veritatem perpetrari.* Nam quid, *Adulphe*, tu censes? Enumera fis quædam tuæ nostræque Ecclesiæ capita, quibus inter nos dissidemus; atque inde iudicium huîc liti constituamus. Et quidē nosti sat ipse, longe vos aliud de

58. MIRACULUM S. *Antonij Patauini, ad confirmandam fidem.*

de *Eucharistiâ* sentire, quàm nos doceamus. Nos quippe *Christum* continuò præsentem agnoscimus & veneramur; etiamsi à nemine dum sumatur. Vos vtrumque, inconstanter quidē, (quod alibi ostensum) sed vtrumque tamen impugnatis. Est autem, (ne quod effugium quæras (hæc inter nos controuersia nequaquam, vt si de tribus capellis ageretur, ἀδιάφορον, * cùm in eâ magnam partem fides nostra se occupet. Hanc igitur partium litem, siquibus *Miraculis* videas decidi, dubitabis adhuc, an ea *Miracula* ad fidei nostræ veritatem attestandam edita debeant videri? Dubium hoc sanctus tibi *Antonius*, quem Patauinum vulgò dicimus, eximet. Qui cum inter *Tolosates*, a ferocem hæretici animum, verbis quidem ac rationum momentis ita obtudisset, vt expedire se miser, & respondere iam nusquam posset; eo tamen inflectere nequijt, vt victum sese

*Indifferens.

a. *Guilielm. Pepinus de imit. SS. pag. 231. in vita S. Antonij. Et Vol. Leucht. Virid. de Mir. Euch. hist. 25.*

(quod

(quod pertinacibus ingenium est) aliquando confiteretur. Sed in eam denique conditionem vltro hæreticus descendit, vt, si miraculo lis, quam agitabant, disceptaretur, manus daturum se sponderet. Id verò Miraculum oportere esse eiusmodi, vt mulus triduum impastus in publicum produceretur; Atque hinc opimum ei *pabulum* Mulio, inde *Eucharisticam* dapem *Antonius*, ostenderent. Tum enim, vbi famis pabuliqúe contemtor mulus, ad *Eucharistiam* venerabundus accessisset; nihil caussaturum se, quin præsentem ibi *Christum* & ipse agnoscere, adorareque supplex properaret. Visa res est non ad hominis vnius curiositatem explendam, sed ad vniuersæ hæreseos excidium profutura, si conditio acciperetur. Accepit *Antonius*: triduique precibus armatus, ex condicto in publicum procedit, & inter populi concursum, elatâ manu Eucharistiâ, conspicuus attollit; muloq;, iam pabulũ circumspicienti, imperat, vti, modo,

quo

quo optimo fas esset honorem conditori deferre, præsensque in Eucharistiâ Numen veneratus, litem, sibi cum hæretico susceptam, dirimere maturaret. Mirum dictu! Simul *Antonius* imperare desierat, cæpit mulus obtemperare; fameque & pabulo neglecto, ad Eucharistiam se vertere, inque poplites fusus, & capite deorsum acto, DEVM præsentem adorare. Neque diutius factum; & ecce; Mulio, ne mulo suo stupidior esset, victum se tandem Miraculo fateri; hæresique damnatâ, ad nostras partes, plaudente populi theatro, feliciter transire.

59. *Inepta elusio hæreticorum, in eleuando priori Miraculo.*

DE hoc siue incepto, *Adulphe*, siue euentu, quid Alpium inquilinus ille iudicet, vehementer exspecto. Negabit factum? Quo illud autem argumento? An quia decretum est, nihil credere quod cis Alpes factum Romani prodidere? An potius ipse iam primus deprehendit, fabulosum hunc esse mulum, quem annis abhinc quadringentis supplicem *Eucharistiæ* factum *Tolosates* vidêre? Eat igitur, restim-

restimque omnis quærat antiquitas; neque iam vlla se historia iactet apud hanc plebem; nisi quam *Schleidanus* aliquis, & mendacior isto *Crasenmil-lerus* impurato calamo exararit. Verùm hæc si non extra rem quæsita est, certè tamen his temporum angustijs minus est accomodata, & alibi quondam fusius deducenda. Interim miseret me Præconis tui, qui magis in alio asylo perfugium non quæsierit, vt hunc *Antonium* mulum diceret, brutum vtique animal & Arcadici stuporis appendicem fuisse: neque sanè, quid ageret omitteretue cogitasse: se autem hominem, & *Iouis Islebici* Flaminem, plus cerebri in solo capite habere, quàm in omnibus vngulis ille mulus habuerit: Atque ideò *Christum* in Eucharistia nusquam nec videre se præsentem, nec adorare. Fuisset hæc Flamine digna responsio: Sed fortassis aliam præoptabit homo acutus: vt S. huic *Antonio* proscriptis artibus istud muli obsequiũ clamet impetrásse: aut oculis spectatorum hactenus imposuisse, vt cernere se in Mulo arbitra-

bitrarentur, quæ Præco neget in suis se Alpibus videre. Itane verò? Et quid validum intactumque in sacris relinquemus, si huic malè dicendi libidini sit impunè? Non recusabit tamen *Antonius*, quin hæc ab Alpibus in se conuitia torqueantur, quibus Alpini præconis progenitores, & *Christum* quandoque petiêre; cùm eiusdem Miracula odio ad præstigias orcique adminicula ablegârunt. Quod si modestius hîc, quàm ei mos est, agere cum *Antonio* volet, vt factum hoc probæ notæ miraculum (quamquam inuit[9]) confiteatur; restabit tum istud vt ego viciſſe me causâ, exclamem. Ipsi enim videtis, id Miraculũ ad nostræ doctrinæ, quam *Antonius* suadebat, veritatem confirmandam, pertinuisse.

60 ALIA *Miracula itidem ad fidem asserendam.*

VNAM, *Adulphe*, hanc inquies hirundinem fuisse, quæ non continuò legitimi veris indicium fecerit. Quid tum autem, tametsi dedero, vnicam fuisse? Nempe id nihilo minus abs te obtinebo, vt tali vel vnico ostento, id est, primæ sumæque veritatis testimonio,

nio, reiectam hanc præconis hæresin, fidemque Romulam intelligamus esse absolutam. Nostrâ verò tanti non refert, vno Deus testimonio, an pluribus, rem eandem confirmet: cum affirmare summa veritas, quod falsum est, nunquam vnquam possit. Deinde, ridebo tuam hanc, *Adulphe*, parsimoniam; quâ tu plus vnum hoc testimonium permittere nobis recusas. Plura, ne metue, proferemus; nisi crepusculum hoc noctis obnuntiet. Sed ea sic tamen proferemus, vt non etiã in singulis immoremur. Quid enim? Sanctorum vos lipsana, cinereſq; sacros, habendos in honore pernegatis. Nos illos eosdem è contrario, vt qui quàm maximè, veneramur. Et nihilo minor, de *cultu Imaginum*, deque *Cultum* ope vocandâ, inter vtrosque lis est: atq; eadem de cereo *Agni* sigillo; deque *aqua* piaculari: sed multo maxima de *Sacrificio incruento*, flãmisq; *purgatorijs*, altercatio perennat: ad quam aliquando sedandam, quæ quantaque cæli ostenta conspirant? Legite & veterum monimenta,

& quæ recenti calamo de his quotidie multa perſcribuntur : *a* omnia grauibus Miraculis, velut loquentib⁹ teſtimonijs, firmata comperietis : non vtique confirmanda, ſi Deo diſplicitus illorum aut vſus, aut cultus foret. Quoties enim & quàm atrociter puniti, pæneq; ipſo in ſcelere exſtincti, pænas dederunt; quos cum *Iconomachis Copronymiq;* manu ſacris *Imaginibus* nefariè attuliſſe, audimus? Superſedeo alijs : illud *Iuliani*, quàm, (DEVS bone!) eſt luculentum? Auferri caput ſceleſtus, ex ea *Chriſti* ſtatuâ quam *Paneade* erectam, multisq; aſſiduè Miraculis claram, *b* antiquitas venerabatur: ſuumq; ſtatuæ imponi iuſſerat. Vix iuſſerat, cùm ecce tibi! minari confeſtim nubes, tonare cælum, igneſq; micare; & lapſum è cælo fulmen, caput impium à ſtatuæ

A. *Vide Gregor. Turon. Gregor. Magn. Dialog. Baron. in annal. Gaulter. in Chronol. Bredenbach. in Collat. Valent. Leucht. in Virid. & infinitos alios, de rebus Britann. & Gal. & Belg.*

B. *Euſeb. lib. 7. hiſt. c. 14. Theophyl. in Matth. 9.*

trun-

trunco, deiecit: *c* veteremq́; *Dagonis* ruinam, *d* recentibus exemplis spectandam præbuit. Quo certè Miraculo, quis cocles aut defioculus non videt, Deum & aduersus *Iconomachos*, & secundum *Catholicos* manifestè pronuntiasse? Verùm vt ab hoc fulmine tui se præcones, *Adulphe*, subducant; obserua mecum, quid homines exercitati comminiscantur. Nam, ne cui nimis inconcinnè videretur ineptire, si *Eusebium Sozomenumq́;* in hac historia poëtas, aut etiã χρῆτας * egisse respondissent; prodiêre *Magdeburgici* centones, *e* malâ manu filoque consuti; qui sanè perelẽganter (ô frontes hominum; oriſq; duri callum!) quod fulmen in *Iuliani* caput prodigiosè deciderat, vt sceleratæ molitiõis pœnas ab Iconomacho peteret; id in *Christi* statuam diuerterunt: vt Imaginis cultum cultoresq;

* *Mendaces.*

C. *Sozomen. lib. 5. c. 20. Vide Bellarm. lib. 2. de Sanctis cap. 12.*

D. *1. Reg. 5. v. 4.*

E. *Cent. 4. c. 13. col. 1447. apud Gaulter. Chronol. secul. 4. in euent. memorab.*

fulminis iudicio fingerent esse condemnatos. Quâ fingendi mutandique libidine, potéstne impudentius aliquid, in historico præsertim, videri? *f*

61. MIRACULA *ad SS. reliquias, si unt ad fidem confirmandam.*

SED exspectat iam Præco, dum de ijs quoq; *Miraculis* dicam; quæ cũ ad Sanctorum cineres, tum præsertim (quod hominem occidit) in vicinia ad *Boni nominis Elisabetham*, fieri memorantur. Negat enim in ijs videre se, quid ad fidei nostræ veritatem asserendam, ea conducant. Nam venerit illuc, inquit, quem sæpe dixti, *Franciscus Prasbergius*, manumque ægrã, desperante cum medicis natura, ibi receperit: Sintq; alij, quibus ibidem miriora euenerint: quid inde se fides Romana iactabit? Nam si in hunc ego modum velim ratiocinari; *Apud Virginem Reuttensem conualuit è morbo puer; conualuit puella: Igitur doctrina Pontificis Romani est certo certius vera*: quis sanus me sanum existimabit? Nescio, mi homo, qui te sint

f. Consule Bellarm. lib. 2. de Sanct. c. 12.

exi-

existimaturi. Ceterùm, si totum epicherema paullò rectius effeceris, atque indidem istud, quod ais, concluseris, inueniam fortasse, qui te pro sano sint habituri. Rectius autem efficies: si sic dicas. *Æger, cùm opem Virginis atq; aduocationem in morbo desperato religiosè imploraſſet, perq; honorẽ eiusce meritis habitum, suam à Deo valetudinem flagitaſſet; confestim admirante naturâ, conualuit. Igitur Pontificis Romani doctrina, de cultu atq; imploratione cælitum certo certius est vera.* Nititur enim hæc ratiocinatio fundamentis, iam alibi à me iactis. Siquidem est omnium, qui ad hanc cælitum opem rogandam accurrunt, ea vel expressa, vel tacita mens, vt opis sic impetratæ Miraculo, & merita eorumdem cælitum, & cultus ijsdem exhibitus, Deo grata acceptaque fuisse, passim ostendantur. Quare si Deo cultus hic talis vsque adeò foret displicitus, quàm vestra quotidie rostra bruto murmure fulminant; eumque cultum nihilo-

minus rogata sanitas diuinitus consequeretur; Deus falsi testis fieri videretur. E contrario autem, cùm Deus testari falsum nequaquam possit; atq; interim per hæc merita, obsequiaq; Sanctis nuncupata, exoratus, sæpe valetudinem prodigiosè conferat; necesse erit, vt ex eo Miraculo & gratum id obsequium Deo fuisse, ipsumque Miraculum, Dei pro nostra causa testimonium esse, rectissimè concludamus. Ita pater copiosus ac dives, si per iucundam filij memoriam, stipem, à paupere rogatus, liberalissimam profundat; ea profectò liberalitate, nec filij memoriam sibi grauem, nec pauperis hanc precem indicat fuisse odiosam: vt meritò quis eiusmodi stipem, paterni affectûs huiusce testimonium crediderit fuisse. Quamquam in eo Pater hic nondum idoneus meo fit instituto: quòd ille, cùm homo sit, falli miser, fallereque in suo testimonio queat; Deus autem nec circumueniri nostro mendacio; nec hominem suo decipere Miraculo

potest,

potest. a Quapropter cùm nimiò plus compertum sit, hæc hominum studia, quibus ferri multos ad cælitum templa vbiq; videmus, ideò fermè institui; vt suis obsequijs cultuque, quē Sanctis exhibent, Deum ad sua cuiusque vota inflectant: nihilo incompertius erit, placuisse hæc eorum obsequia, & rectè ordineque facta fuisse, si magnis confestim Miraculis ea sentiant compensari. Ceterùm, id ego non hîc pertendam, *Adulphe*, vt præconi tuo persuadeatur, omnia Dei Miracula, ad asserendam doctrinę veritatem proximè referri. Docui suprà, quædam ad alios etiam fines pertinere. Interim plus satis est ei, si vel vno Dei prodigio sic inter nos disceptetur caussa, vt præconi abiudicata, nobis addicta manifestè cognoscatur.

A. *Vnde epist. ad Tit.* 1. ℣. 2. *Promisit, qui non mentitur Deus. Heb* 6. ℣. 18. *Impossibile est mentiri Deum.*

CAPVT XII.

Quid Præco in Fabulosorum Miraculorum Exemplis deliret.

POsteà quàm hæc *Adulpho* visus sum ita persuasisse, vt ingenuè
62. fateretur, suum apud se Præconem, conturbatis rationibus, fidem omnē, famamq; decoxisse: vt quem in iocis haud valde liberalibus, toties deprehensum, tueri porro desperaret: cœpit *Iulius Baptista* vehementius vrgere, vt repudiato *Luthero* iam aliquando ad Catholicos transire propalam, *Christoq;* transcribi festinaret. Nam quòd hi *Tritones* in Miraculis imperitè fluctuarent; id, si per singula fidei scita ducerentur, nihilo magis omissuros esse: cùm nulla in re alia, quàm in inconstantiâ sibi constent. Neque id potest in *Lutheri* sobole videri mirum: docuit suos ille magnis exemplis inconstantes esse: *a* quid nî faciles sequerentur?

Ingressus ad exempla Miraculorum specialim.

A *Vide M. Conradum Andreæ, in Luthero constante. Vbi ipsa Lutheri verba leges.*

Wa-

παλαιὸς αἶνος, ὡς καλῶς ἔχει,
οὐκ ἂν γένοιτο χρηστὸς ἐκ κακοῦ πατρός.* Adulphus, erit, inquit, cum hoc agemus: neque oris tam duri ero, vt vbi victum ego planè *Lutherum* sensero, manus dare veritati recusem: cùm probè meminerim dictum poëtæ vetus.

*Vt Getus adagium rectè ait, non nascitur proles bona ex patre improbo.

πάλιν δρομῆσαι μᾶλλον ἢ δρομεῖν κακῶς.* Tantisper sine me istud agere, quod modò occepimus. Quamuis enim nihili iam ego has mei nugonis affanias, faciam, quibus mihi alijsque sublitum os fuisse nunc sentio: tamen res ipsæ quædam adhuc morantur, ne factâ transitione, vobiscum esse confestim decernam. Siquidem omnis ferè materies, quam hic hodie disputauit, quinq; prioribus inuectiuis magnam partem se tenuit: Restant aliæ sex præconis conciones; quibus nihil ille aliud agit, quàm vt ad Miraculorum exempla ἑνικῶς* ingressus, multa eorum probra, & dedecora, quædam scriptu lectuq; fœda, quædam auditu incredibilia, quædam, nescio quæ alia, disertissimè commemoret.

*Satiꝰ est recurrere, quàm malè percurrere.

*Singillatim.

His talibus exemplis dum singillatim quid veri vaniq́ue subsit, explanetur; fateor libens, distineri me etiamnum, ne pedibus (quod velle vos video) vestras in partes discedam. Ostendite vos ea tam esse veri inania, quàm sunt illa, quæ nunc audijmus; atq; ego cõfestim in potestate vestra futurum me pollicebor. Simul ad me conuersus, quid responderem, exspectabat.

63. *Distributio exemplorum, quæ à præcone adducuntur.*

Ego non aspernatus conditionem, si patientia posset tam ferrea esse, vt auscultaret, morem ei me gesturum promitto. Non ita quidem, vt in singulis pectendis hebetare strigiles meos decrêrim: (qui enim chalybes huic operi durarent!) verùm vt ad tres adeò classes omnia reducerem, quæ ille, quam copiosè loquax, tam glomeratim effutiuit; inq́; vnam colluuiem, susq́ue deq́ue habito vero, quicquid repererat, congessit. Primã etenim classem implebunt, ea *Miraculorum* Exempla, quæ præco *Fabulosa* nominat; *a* vbi suam *Iesuitis* stationem perhonorificè assignat. Alte-

A. B. C. *Præcopag. 144. & seqq.*

rum

rum ferè locum attribuit *Præstigijs*; effectis, inquam, ad mera oculorum ludibria spectantibus. *b* Postremum ordinem seruat veris quidem effectis, & vulgò admirandis; sed *Stygijs* tamen, id est, per Orci studia malasque artes comparatis. *c* Intra has ait angustias, omnes posse Miraculorum nostratium copias intercludi. Quo in opere homo tam est facetus nonnũquam, vt videri possit, partem inter *Liberi* cululos, & *Florę* peruigilium, lucubrasse. Sed propius rem ipsam ordiamur.

Familiam iubet in *Fabulosis* ducere, *S. Georgium*; *a* laudatum Græcis quondam latinisque martyrem: *b* nî tantò pòst censor Alpinus, equum vendere, & vrbe totâ orbeq; exesse,

64. SS. Georgius, Christophorus, Catharina, à praecone accusati.

A. *Præco. pag.* 145. §. 17.

B. *Ita Basilius, in Liturg. apud Iosephum Scalig. pag.* 32. *Venantius lib.* 1. *epig.* 13. *Græci in Martyrol.* μεγαλομάρτυρα, *appellant. Vide Nicol. Serarij litaneut.* 2. *q.* 20. *& Mart. Becan. tom.* 5. *opusc.* 1. *q.* 13. *Baron. Martyrol. ad* 23. *April.*

violentus cogeret. Quem si roges, ecquod Martyr conciuerit probrum, vt in illum tam seuerè animaduerteret? respondebit, negotium ei cum Dracone fuisse; & Virginem ab eo in libertatem assertam, ne draconi pabulum foret. *c* Immane crimen! atq; ideò terrâ cæloque proscribendum: quis neget? Huic succenturiat *S. Christophorum*, censor. Cuius crimen est, *duodecim vlnas longum fuisse*: *d* quantam staturæ molem, nec cælo capi, nec terrâ posse: ac proinde ad *Titanas* illum esse, & *Polyphemos*, id est, ad fabulas, ablegandum. Certè autem non ablegârunt Græca menologia; *e* non Magnus *Gregorius*, *f* non S. Eulogius, *g* non gentium temporumq; concors sen-

C. *Ita clamat præco, ex Caluino 3. instit. c. 20. §. 27. & Kemnitio 3. part. Exam.*

D. *Præco. pagina eadem, cum Melanchtone, in Confess. August. a. 23. & Chytræo in onomastico.*

E. *Menolog. ad 7. Id.*

F. *Greg. lib. 8. epist. 33.*

G. *Eulog. apud Becan. & Serarium cit. q. 20.*

tentia:

tentia: *h* quibus omnibus inter Cælites, magnosque *Christi* testes *Christophorus* habetur. Associat duobus his S. *Catharinam*. Quid enim hanc nisi *Palladem*, id est, profanum & impium numen, fuisse? *Costi* deinde filiam fingi; id verò facinus *breuibus Gyaris & carcere dignum* videri; cum nusquam aut regnum *Costi*, aut proles vlla exstiterit. Verùm istæc mitius, Præco; ne omnium in te Academiarum calamos stylosq; armes; quibus lecta est præses & antistita studiorum *Catharina*. *i* Nam venerantur eamdem coluntq; *Græci*; *k* ij ipsi, quos tui Symmystæ, velut oraculum, consulendos sibi censuêrant; *l* cùm irrita legatione, derisi nouum in Græciâ OECVMENICVM quæsiêre: quem ne *Romæ* inuenirent, oculos infelicibus

H. *Vt patet apud Serarium cit.*

I. *Vide Becan. & Serarium cit.*

K. *Menolog. die 24 Nouemb.*

L. *De legatione VVirtenbergensium ad Constantinopolitanum Patriarcham, vide præconis Antikell. ip. a. 15. c. 19. pag. 315. vbi ridiculè, fructum eius legationis narrat.*

talpis inuidia clauſerat. Ceterùm, vt dicere inſtitui, *Catharinam* hanc agnouit antiquitas; interq; cælites cultam, noſtri maiores, ſæpe propitiam ſenſêre. Poſt verò quàm duce *Luthero* tumultuari *Germania*, cæloque cæpit bellum indîcere; Symmachi iſti, omnem cum *Catharina* vetuſtatem abdicarunt: & quicquid credere de cælitibus non lubebat, fabuloſum atque anile continuò pronũtiarunt. Certè autem, (inquit tuus, *Adulphe*, præco, *m*) vos ipſi, commenta hæc magis, & ſymbola quædam hieroglyphica videri, quàm hiſtorias eſſe, affirmatis. *n* Quædam nos ſanè affirmamus: nempe ſi, qua poëtæ quondam alijque emblemata *περίεργως*, * vt ornatus gratiam conciliarent, cælitibus his adiecêre; rectius facturi, ſi ſuis in veſtibus illos nitere permiſiſſent. Sed adiecêre tamen. Quid tu, præco, iam inde? Igitur totus, inquis, *Georgius* in Per-

*Perfunctorie.

M. *Praco de Mirac. pag.* 145.

N. *Baron. notation. in Martyrol.* 23. *Aprilis.* & 25. *Iul.*

ſea;

sea; & *Christophorus* vester in Cyclopem; & *Catharina* in Musam; id est, in fabulam, fumumq; abiêre.

Os impium, & *Luciano* dignum! an quia de bello *Troiano* quædam nunc fabulæ cantantur, tota mox Troia tibi commentum erit! Meminimus ἀδηλα* de *Christo* quædam, & falsa; deque *Apostolis*, deq; alijs cõpertæ famæ cælitibus, absurdè multa vanaque circumferi; tu ideo *Christũ Apostolosq;* vixisse, impiè stulteque pernegabis? Quereris ipse tu, o ac propè lamẽtaris, cùm *Staphylum* audis & *Cochleum*, &c. quasdã *Martini* tui res gestas recensentẽ; & iam eius in stygis obsidione soluenda angustias; iam in *Neseno* suscitando nugas; iam cadaueris, siue in tumba iacentis, intolerabilem Mephitim; p siue à laqueo nodoq; informi pendẽtis, tragicã scenam, memorantem. q Quereris, inquam, & fingi hæc impudenter omnia vociferaris. Agnosci-

65. S. CHRI *stophorus Georgius Catharina defensi.* *Incerta.*

O. *Praco de Mirac. pag.* 278. & *pag.* 313.
P. *Bell. lib.* 4. *Eccl. c.* 14.
Q. *Henr. Sedul. præscript.* 18. *n.* 26. & *seqq. Bozius lib.* 23. *c.* 3. *sig.* 96.

mus

mus tuum priuigni pro vitrico ſtudium! quem quia purgare iure liquido non potes, valido clamore defendis. Fingamus tamen hæc illos de *Luthero* finxiſſe, atq; has de viro innocentiſſimo fabulas concinnaſſe: an veniam ideo tu nobis hanc es daturus, vt inde concludamus, *Lutherum* in Saxonia nunquam victitaſſe; ſed hominis inane nomen, inter *Solis* ſtrigiles, *Lunæq;* pectines, id eſt, inter *Lamiarum* fabulas, partum conceptumq; fuiſſe? Minimè gentium hoc, inquies. Nam tegunt hæc illum commenta, non etiam tollunt. *Iſtud ſi ſapienter tu tibi* dicere videris de *Luthero*; certè nobis id ſtolidè negabis, de *Catharina*, *Georgio*, *Chriſtophoro*: Quorum virtutem & ſanctimoniam laudamus, veluti veram, & magnis teſtibus aſſertam: Eiſdem ſi qua eſt fabula, quocumque tandem cheleumate, aſſuta; damnamus quidem laciniam informem, & abdicamus: *Chriſtophorum* tamen, *Georgium*, & *Catharinam*, nihilo per centones hos deformio-

res,

res, adhuc agnoſcimus; &, præeunte maiorum religione, veneramur. Sed quid cauſſaberis impudens, ſi tuis te teſtimonijs obruam, præco? Ecce enim! quem tu *Georgium*, *Chriſtophorum*q, inter homines nuſquam vllum vixiſſe muginaris; agnoſcunt centonis Magdeburgici ſartores, & laudant; q martyreſque confitentur; *Chytræus*, *Pantaleon*, *Dreſderus*, *Lebeus*, *Franckius*, & plures tui: r à quibus, nihil admiror, ſi diſſentis; cùm neq; quid ſentias, neq; cui conſentias penſi habeas; in ſola cauillandi libidine, & veri odio conſtans.

Hvic cælitum trigæ, iunctam, ait poſtico ſcommate buccinator, a turmatim deliria, lepóre anilis commen-

66. EXEMPLA quorundam Miraculorum ſtultitia damnata.

Q. *Magdeburg. cent. 4. cap. 12. pag. 1405. & pag. 1420.*

R. *Vide omnes hos citatos in Thummio Lechneri, doctiſſimi Collegæ mei. parte 3. cap. 41. & ſeq.*

A. *Præco de Mirac. pag. 146.* Allerley Kündiſche / läppiſche / ja nätriſche / Abentheweriſche / vnglaubliche Wunderboſſen.

ti,

ti, ac fatui salis plena: quæ tametsi vndiquaque sint absurda, tamen à Romanis, ac præsertim Iesuitis, omnia ad veri Miraculi gloriam euehantur. Et narra sis, *Adulphe*, confestim, quicquid collectum est horum deliriorũ. Nam inueniet, è sua quidem concione præco, qui sitibundi auscultent. Mox *Adulphus*, videtis præconem certè nihil abnuentem; vt qui decem adeò pagellis longum vobis indicem texat *Miraculorum*, quæ stultitiæ aut Mater pepererit, aut Nutrix educarit. Nam quid ille sibi vult vrsus adeò, quem *Surius*, *Baroniusq́*, fabulantur, *b* cùm à vertagis & hostium venabulis effugium nusquam haberet, ad S. *Gudulæ* pedes abiectum, hominum canumq́; latrantium impetus elusisse? Quid illud deinde, cum malua, (quæ de *Gudulæ* sepulchro quamuis hiberno tempore cum virentibus folijs repente prouenerat) cæpit loco indidem emigrare, simul atque *Gudulæ* cineres illinc sunt exportati? an hæc

b *Sur.* 8 *Ianuar.* *Baron.* *tom.* 9 *ann.* 805. *n.* 3.

oppi-

oppidò ridicula ſtultaq; non videntur? Porro *Bernaci* & *Hyacinthi* tam fatuas mariſcas inter Miracula recenſere, nondum erubeſcitis? alteri nempe, bucula furto abacta, & mox fruſtatim conciſa atque aheno decocta, cum vocantem Dominum audiſſet, de caldario remugijt: *c* alter vitulũ è caſu contritum, & pelle iam dimidiùm detracta concidendum, reuiuiſcere iuſſit; cum eiulans puella hanc ab eius tumulo opem flagitaſſet. *d* Iam de *Dunſtano*, quàm effætas mihi fabulas pangitis? Naſum Cacodæmonis ille candenti forcipe interpreſſit; neque miſſum prius fecit, quàm ad ſatietatem ludus fieret. Eumdem impacto ſcipione tam inclementer habuit, vt in fruſta diſſilierit telum. At ego Dæmonas iam olim elumbes omnes exoſſesque credideram, quippe ſpiritus puros; quos hoc *Dunſtani* fuſtuario multari demum, & elumbari neceſſe non foret. Sed veſtra me Miracula, quod video, cogunt ad no-

c In Vita S. Bernaci.

d Senerin. de Canoniz. S. Hyacinthi.

uam

uam Philosophiam descendere ; &, nescio quæ corporum in mentibus illis monstra concipere. Quod quidem vt sine cachinno audire nos iubeatis; an etiam ridere prohibebitis, dum magnum aliud *Bernardi*, aut *Bonifacij* Miraculum ambitiosè memoratis?

67. PRÆCO *Bernardi, Francisci, aliorum Miracula stultitiæ damnat.*

Contaminarant templi parietem Musceæ; vt præquàm impudens est animal: facinus id ipsis ne impune cederet, adfuit continuo *Bernardus*, flagitij seuerus vltor; sacrisque omnibus interdixit. Nec diutius factum; atque ecce! ad vnam omnes è vestigio commoriuntur. Rursus in cortem alicubi vulpes iniussa subrepserat; actâq; prædâ, gallinulam, vt quamque primam licuit, asportârat. Rescijt *Bonifacius* furtum, sed aliquanto seriùs quàm res poposcêre: quippe deuorata iam Gallina vulpi tota concesserat. Hîc homo infestior, imperat furacissimæ bestiæ, alienum vt incunctanter domino restituat. Vix ille finierat imperium; reditque vulpes, & ingenti Miraculo, Gallinam inco-

incolumem reportat. Verùm hæc dabimus adhuc, esse mirificè mira; quæque vos componere cum primis Ecclesiæ Miraculis iure possitis: certè autem in *Francisci* prodigijs, quin ineptijsse vestros ac deliraſse dicam?, non intercedetis. Quas enim nugas egit, cum instituit *auiculas* ad concionem cogere, verbaque ad eas facere? cum *ranas*, palude vicinâ coaxantes, obstrepere, molestasque esse vetuit? cum *ouiculam* rudem religiosè rebus diuinis accumbere; & grandem *asinum*, quòd concionanti obturbabat, tacere, graui imperio, iussit? Digna vos hæc ludicra iudicatis, quæ diuina Miracula nos esse confiteamur? Sed in eo plus etiam ouatis; quod *Lupum* è ferâ ferocique belluâ cicurè reddiderit; eumq; pacto fedefere, ne cui porro nocitum vellet, in fidem acceperit; nec aliter mox, quàm agnum, innoxiè per vrbem ambulare, victumque ostiatim corrogare docuerit. Atque hanc Miraculorum gloriam vos ad *Francisci* etiam clientes ridiculè trahitis. Hinc enim

Anto-

Antonium facitis, in maris crepidine ſtantem, pro imperio piſcibus edicere, vt è ſuis gurgitibus emerſi, vacuas concionanti aures præbeant: Illinc *Andream*, aſſis volucribus alas commodare, quibus è menſâ profugæ, ſublimes per aërem auolent. Quamquam hoc *Petro* vos etiam, feſtiuè iam olim, arrogaſtis: niſi quod, non pullos ille, ſed gallum gallinacium, veru iam probè aſſatum, animârit, atque è patinâ ſubuolare, ſtupentibus conuiuis, iuſſerit. Taceo, quòd *Paullum* quoq; in fabulæ ſcenam datis; cuius caput à ceruice reſectum, ſubſultim ter, pilæ adinſtar, reſilierit, totidemque fontes è ſabuleto prolicuerit. His omnibus ego quid nî adiecero, illum *Franciſci* ſacrificantis araneum:* qui deſuper in Calicem illapſus, adeò non terruerit myſtâ, vt innoxio hauſtu venenum epotârit. Nec longè pòſt, cùm pedis tibiam *Frãciſcus* perfricuiſſet, eruperit indidem araneus, & nullo maleficio hoſpitem affecerit. Atq; hæc adeò ſunt ex multis pauca, quibus meus ait præ-

*Præco de Mirac. pag. 15. ſine teſte.

eo, vestratia Miracula infamari. Quorum certè stultitiam nulla vobis Anticyra sic purgabit, quin semper supersit, quod hellebori medymno adhuc repurgetur.

ITA pro suo quidem Præcone *Adulphus*; non tamen iam valde, vt apparebat, serius. Cui ego vt facerem satis, dixi; nolle me omnem hanc farraginem examini meo subijcere: paucis tamen, quæ in rem viderentur, velle respondere. Principio enim, si hæc etiam vniuersa daremus (quæ daturi nos tamen nunquam sumus) ridicula, & plus quàm puerilia fuisse: quid vos etiam tum lucri faceretis? Nempe, omnia Ecclesiæ Romanæ Miracula, frusta stultitiæ, & *Moriæ* pignora esse? Stulti nimis vos ipsi, si in præconis ludo, aliter non didicistis iudicare. An enim, si ciues in Republica, duo tresúe sint, qui *Autolycum* imitati, æraria marsupiaq; compilent; ideò fures omnes furacesque vrbis incolas appellabis? Haud alia Miraculorum erit conditio. Etenim fac esse quædam, quæ risu dignanda magis,

68. FRANCISCUS *à calumnia defensus.*

magis, quàm admiranda videantur: non proinde ad fabulas etiam cetera quæque relegabis. Verùm huc, nondum est, vt veniamus. Potius istud à me responderi tu pura, quædam ex his exemplis, quæ tam fatua tuo præconi sunt visa, mihi videri non fuisse in libris nostratibus concepta; sed ex ipsius præconis cerebro excluſa; vbi nidus est plumantium, & euagantiũ lepórum. Cuius vel vnum hoc specimen intuere! quod scribere nos dicat, *araneum in Francisci calicem esse delapsum, cùm sacris, ille quondam operaretur.* a Ridete, quicquid est domi cachinnorum? *Francisco*, quem Catholici sciunt, neq; Sacerdotẽ fuisse inauguratum, neq; sacris operatum vnquam, neque vti operaretur, adduci potuisse; ei nos araneum scribamus, dum sacrificaret, (id est, dum ibi esset, vbi non erat) in calicem incidisse? Vertigo est, *Adulphe*, tui præconis; quâ quoties ad hæc narranda accingitur, miser, nimium laborat.

A. *Præco. pag.* 153. Eines / als er (Franciscus) Meß hielte.

Nomi-

Nominet è nostris auctorem, qui & sacrificasse *Franciscum*, * & araneũ è pruriente tibiâ fateatur exciuisse! nã ad margines, quod vides, neminem laudat. Interea dum producere neminem se meliorem potest, agite rursum leges, & legitimam fronti notam inurite; quam nulla splenia sic obtegant, quin per nebulam adhuc KALVMNIA possit tralucere. Iam de *Petri* Apostoli gallo gallinacio, nugas blattit homo; quas quia ipse ad vagientiũ pupporum suorum cunas, gerulam fortassis anum audijt occentare; audet nugator eas quisquilias in populi concionem proferre; *b* atque vt nos in odium apud suos adducat. Ecclesiæ Romanæ impudenter impingere? cũm fabulæ eius nullum nec testem, nec patronum, Catholicis possit indicare. Sed hoc homine quid agas, *Adulphe? quicquid est, vbicumq; est, quodcumq; agit*, sic iocatur. *Hunc habet morbum, neq; elegantem (vt arbitror,) neq; vrbanum.* *c* Por-

* *Vide Marcum Maruiũ tit. de dignit. Sacerdotis.*

B. *Praco concione 6. de Mir. pag. 154.*

C. *Catull. epigr. 37. in Egnat.*

ro quod impetum hîc facit furiosus in *Paulli* etiam Apostoli fontes, qui de supplicij loco trifariam furierunt: non video, quid eâ sibi velit! cum sibi sumserit recentia solum Miracula repudiare: nos autem Ecclesiæ recens Miraculum id non iactaque: sed iam probatum, & maiorum fide religioneque commendatum; *d* ne hodie quidem abdicemus, qui piorum parentum, quàm desertorum, esse similes præoptamus.

69. DVNstani & Bernardi Miracula defensa.

QVOD deinde quasi *Dunstano Bernardoq;* stultitias, non secundus, exprobrat; [illegible]am is morbus, cui insputari assolet. Iam, an adeò stultè fecerint, cum bestiolas illi sunt quasdam exsecrati, eæque confestim exanimes ceciderunt: vestri est iudicij, qui meministis, & *Christum* aliquod ijs exemplum præbuisse, cum siculneam exsecratus, iussit arescere: *e*

D. Ita Baron. & Spondanus, anno Christi 69. n. 5. Vbi etiam de lactu Miraculo agit S. Ambrosius serm. 68. & Chrysost. orat. in princ. Apost. tom. 5.

E. Matth. 21. v. 19.

& Da-

& *Dauidem*, cùm *Gelboë* Montes deuouit, imprecatus, vt neq; rore quondam, neque imbre compluerentur. *f* Immitiùs adhuc ferocit præco, cùm feras ad horum imperia manſueſcere, aut inuidus non ſinit, aut peruicax non creditum. Oſtenderet magis argumento, rem incredibilem eſſe cachinno explodere. Alioquin etiam *Balaami* aſinum iubebit imperioſus conticeſcere; ne ſi loquentem fortè audiamus, rem creditu indignam iudicemus. *g* Aut ridendum ſuis alpibus *S. Hieronymum* propinabit; quē legit alibi memorantem, *h* quæ *Corui* in *Paulum* anachoreten exſtiterint officia; cùm ſuum ei dimenſum, & pauperem annonam ſedulus miniſter apportaret. Quæ item leonum, in *Paulli* exſequijs, luxerint obſequia, cui vt parentarent, ſuis vnguibus humum effodere, tumulumq; cadaueri humando parare ſtuduē-

F. 2. *Reg.* 1. 6. 21.
G. *Numer.* 22. 6. 28.
H. *Hieron. lib.* 3. *epiſt. in vita Paulli, ante fin. Ad imitationem Corui Elia.*

runt: Inde *ceruice* (Hieronymi sunt verba) *dejecta, ad Antonium perrexerunt, manus eius pedesq; lingere: at ille animaduertit, benedictionem sibi precari; & manu annuens eis, vt abirent, imperauit, &c.* Sed quid hic ego sacrorum contemtori *Hieronymo* asserendo? Quasi enim *Hieronymus* illi sit nihilo melior, quam totius Ecclesia apud *Lutherum*? Quibus hæc illi vox etiamnum in aliis omnibus *curamus si clament Papistæ, Ecclesia, Patres, Patres: quorum autem & facta in quam ingentis cauſis nihil curamus, ipsi propterea lapſi eſſe, aut impij poſſint.* Solus ab Angelo Sanctus Matthæus Euangelista & falli & fallere germanum nescit & falli. Postremò cū *Dunstan* præco, ad *Moriæ* cauea censet rapiendum, quod foreipē baculoque cædæmonem, pro eo, quam sanè merebatur, multarit; stultior ipse est, quàm vt duci virum tam sapientem eo iubeat. Meminisse adhuc, quibus momentis moueri se dixerit, ne assenti-

I. *Luther. de missa priuata.*

retur,

retur. Malum nempe dæmonem, ἀσώματον * & exossem, teneri manu, baculoq; feriri non posse. Vbi velim ex homine cognosse, illúmne dæmonem putet non æque item ἀσώματον, corporisq; fuisse expertem; quem tamen *Raphaël angelus apprehendit, & religauit in deserto superioris Aegypti?* k Tum porro si videri humanis oculis aliquando potuit Angelus, quid ni etiam tangi manu humanâ queat? Potuit autem illud, quoties aerio se corpore Angelus legitur incluisse: l Eodem igitur pacto & istud poterit. An [illegible] antiquus & excors tuus fu- [illegible] ator, vt hunc Stygis inquili- [illegible] non cogitaret, adspectabili for- [illegible] & quidem muliebri in schemate ad hoc certamen prodijsse? Vbi certè, vt Spiritus in se ipse subijci oculis nequierit, tamen potuit illud corporis aërij schema, & oculis vsurpari, & manu contingi. At feri-

* *Incorporeum.*

k *Tobiæ* 8. v. 3.

l *Genes.* 18. v. 1. & 4. *vbi angelis lauat Abraamus pedes Ib. cap.* 19. v. 1. *Iosue.* 5. v. 13. *Iudic.* 13. v. 9. 2. *Reg.* 24. v. 17 &c.

riri tamen, ac retineri sub illo schemate spiritus nequijt! Imò potuit & istud; sed per vim, humanâ maiorem. Quemadmodum depelli etiam à corporis obsidione potest, non naturæ quidem ingenio, sed viribus cælo accitis.

CAPVT XIII.

Præco Exemplis impietatis inter nos, quæritur frustra.

70. EXEMPLA *Miraculorum, & spurca fœdaq; à præcone per calumniã recensita.*

COMMODUM, quod videas Adalbertum Moronobum, hoc Monstrorum [illegible] retrahimur. Leonina hume[illegible] quam libi[illegible] disertus, certè l[illegible] facundior, quædam Miracula *Beatæ Virginis* tam lasciuè [illegible] impudicè commemorat; *a* vt mirer, ausum esse, (q[illegible] perfrictæ frontis præconem) in honestarum Virginum Iuuenumque concionem, tam prætex-

A. *Præco de Mirac. pag. 156. v. 18. & paginis seqq.*

tata

tata nudaque verborum lenocinia, de suggestu, recitare. Veniam vix *Catullo Propertioq;* daremus, si apud *Lesbia Cynthiæq;* fornices, tam inuerecundè procarentur. Argumentum inquies eiusmodi fuisse, cui vestis honestior nequierit induci. Ideò rem, vti fuerit, fuisse memorandam. At ego te obtestor, *Adulpha*; tantum tibi cras otij cape, (nam hodie ne capias, vir bonus vetat) vt ipsa *Cæsarij* quem præcipuè sugillat, *c*[illegible] pensiculatius legas, eaq; mox cum rabulæ tui verbis compo[illegible] nasse mentiar, nisi litem secundum *Miraculi* clamous, ipse tu sequiorem pœ[illegible] sis. Siquidem studio [illegible] am citissimè fouerit, & suauitate cælesti delinitos ad diuinitatis amorem inflammârit, vel præsum in præceps euntes, ad viam honestatis reuocârit. Et narrârat hoc, stylo quàm simplici tã

B. *Cæsarius. lib. 7. Miracul. cap. 4. 12. 33. 34. 35. 49. 52.*

C. *Præd. de Mirac. pag. 160. v. 27.*

Antonium facitis, in maris crepidine stantem, pro imperio piscibus edicere, vt è suis gurgitibus emersi, vacuas concionanti aures præbeant: Illinc *Andream*, assis volucribus alas commodare, quibus è mensâ profugæ, sublimes per aërem auolent. Quamquam hoc *Petro* vos etiam, festiuè iam olim, arrogastis: nisi quod, non pullos ille, sed gallum gallinacium, veru iam probè assatum, animârit, atque è patinâ subuolare, stupentibus conuiuis, iusserit. Taceo, quòd *Paullum* quoq; in fabulæ scenam datis; cuius caput à ceruice resectum, subsultim ter, pilæ adinstar, resilierit, totidemque fontes è sabuleto prolicuerit. His omnibus ego quid nî adiecero, illum *Francisci* sacrificantis araneum:* qui desuper in Calicem illapsus, adeò non terruerit mystâ, vt innoxio hausto venenum epotârit. Nec longè pòst, cùm pedis tibiam *Franciscus* perfricuisset, eruperit indidem araneus, & nullo maleficio hospitem affecerit. Atq; hæc adeò sunt ex multis pauca, quibus meus ait præ-

*Præco de Mirac. pag. 15. sine teste.

co,

eo, vestratia Miracula infamari. Quorum certè stultitiam nulla vobis Anticyra sic purgabit, quin semper superstit, quod hellebori medymno adhuc repurgetur.

ITA pro suo quidem Præcone *Adulphus*; non tamen iam valde, vt apparebat, serius. Cui ego vt facerem satis, dixi; nolle me omnem hanc farraginem examini meo subijcere: paucis tamen, quæ in rem viderentur, velle respondere. Principio enim, si hæc etiam vniuersa daremus (quæ daturi nos tamen nunquam sumus) ridicula, & plus quàm puerilia fuisse: quid vos etiam tum lucri faceretis? Nempe, omnia Ecclesiæ Romanæ Miracula, frusta stultitiæ, & *Moriæ* pignora esse? Stulti nimis vos ipsi, si in præconis ludo, aliter non didicistis iudicare. An enim, si ciues in Republica, duo tresue sint, qui *Autolycum* imitati, æraria marsupiaq; compilent; ideò fures omnes furacesque vrbis incolas appellabis? Haud alia Miraculorum erit conditio. Etenim fac esse quædam, quæ risu dignanda magis,

68. FRANCISCUS *à calumnia defensus.*

magis, quàm admiranda videantur: non proinde ad fabulas etiam cetera quæque relegabis. Verùm huc, nondum est, vt veniamus. Potius istud à me responderi tu pura, quædam ex his exemplis, quæ tam fatua tuo præconi sunt visa, mihi videri non fuisse in libris nostratibus concepta; sed ex ipsius præconis cerebro excusa; vbi nidus est plumantium, & euagantiũ lepórum. Cuius vel vnum hoc specimen intuere! quod scribere nos dicat, *araneum in Francisci calicem esse delapsum, cùm sacris, ille quondam operaretur.* a Ridete, quicquid est domi cachinnorum? *Francisco*, quem Catholici sciunt, neq; Sacerdotẽ fuisse inauguratum, neq; sacris operatum vnquam, neque vti operaretur, adduci potuisse; ei nos araneum scribamus, dum sacrificaret, (id est, dum ibi esset, vbi non erat) in calicem incidisse? Vertigo est, *Adulphe*, tui præconis; quâ quoties ad hæc narranda accingitur, miser, nimium laborat.

a. *Præco. pag.* 153. Eines / als er (Franciscus) Meß hielte.

Nomi-

Nominet è nostris auctorem, qui & sacrificasse *Franciscum*, * & araneũ è pruriente tibiâ fateatur exciuisse! nã ad margines, quod vides, neminem laudat. Interea dum producere neminem se meliorem potest, agite rursum leges, & legitimam fronti notam inurite; quam nulla splenia sic obtegant, quin per nebulam adhuc KALVMNIA possit tralucere. Iam de *Petri* Apostoli gallo gallinacio, nugas blattit homo; quas quia ipse ad vagientiũ pupporum suorum cunas, gerulam fortassis anum audijt occentare; audet nugator eas quisquilias in populi concionem proferre; *b* atque vt nos in odium apud suos adducat. Ecclesiæ Romanæ impudenter impingere? cũm fabulæ eius nullum nec testem, nec patronum, Catholicis possit indicare. Sed hoc homine quid agas, *Adulphe? quicquid est, vbicumq; est, quodcumq; agit*, sic iocatur. *Hunc habet morbum, neq; elegantem* (vt arbitror,) *neq; vrbanum.* *c* Por-

* *Vide Marcum Marulli tit. de dignit. Sacerdotis.*

B. *Præco concione 6. de Mir. pag. 154.*

C. *Catull. epigr. 37. in Egnat.*

ro quod impetum hîc facit furiosus in *Paulli* etiam Apostoli fontes, qui de supplicij loco trifariam f[illegible]urierunt: non video, quid eâ sibi re velit! cum sibi sumserit recentia solum Miracula repudiare: nos autem Ecclesi[illegible] recens Miraculum id non ia[illegible]: sed iam p[illegible]ustum, & maiorum fide religi[illegible]que commendatum; *d* ne hodie quidem abdicemus, qui piorum p[illegible]ntum, quàm desertorum, esse similes præoptamus.

69. DVNstani & Bernardi Miracula defensa.

QVOD deinde quasi[illegible]m *Dunstano Bernardoq;* stultitias, hon[illegible]ecundus, exprobrat; [illegible]am is morbus, cui insputari assolet. [illegible]am, an adeò stultè fecerint, cum bestiolas illi sunt quasdam exsecrati, eæque confestim exanimes ceciderunt: vestri[illegible]t iudicij, qui meministis, & *Christum* aliquod ijs exemplum p[illegible]e, cum siculneam exsecratus, iussit arescere *e*

D. Ita Baron. & Spondanus, anno Christi 69. n. 5. Vbi etiam de lactis Miraculo agit S. Ambrosius serm. 68. & Chrysost. orat. in princ. Apost. tom. 5.

E. Matth. 21. v. 19.

& Da-

& *Dauidem*, cùm *Gelboe* Montes deuouit, imprecatus, vt neq; rore quondam, neque imbre compluerentur. *f* Immitiùs adhuc ferocit præco, cùm feras ad horum imperia manſueſcere, aut inuidus non ſinit, aut peruicax non creditu. Offenderet magis argumento, rem incredibilem eſſe, cachinno explodaret. Alioquin etiam *Balaami* aſina iubebit imperioſus conticeſcere; ne ſi loquentem fortè audiamus, rem creditu indignam iudicemus. *g* Aut ridendum ſuis alpibus *S. Hieronymum* propinabit; quē legit alibi memorantem, *h* quæ *Corui* in *Paulli* anachoreten exſtiterint officia; cùm ſuum ei dimenſum, & pauperem annonam ſedulus miniſter apportaret. Quæ item leonum, in *Paulli* exſequijs, luxerint obſequia, cui vt parentarent, ſuis vnguibus humum effodere, tumulumq; cadaueri humando parare ſtuduē-

f. 2. *Reg.* 1. v. 21.
g. *Numer.* 22. v. 28.
h. *Hieron. lib.* 3. *epiſt. in vita Paulli, ante fin. Ad imitationem Corui Elię.*

runt: Inde *ceruice* (Hieronymi sunt verba) *dejecta, ad Antonium perrexerunt, manus eius pedesq; lingentes: at ille animaduertit, benedictionem à se precari; & manu annuens eis, vt abirent, imperauit, &c.* Sed quid hic ego facinorum contemtori *Hieronymo* attendo? Quasi enim *Hieronymus* illi sit nihilo melior, qua ratione sua Ecclesia apud *Lutheranos*? Quibus haec illi vox etiamnum in aliquibus grauis *curamus si clament Papistæ, Ecclesiæ, Ecclesia, Patres, Patres: quorum nomina & facta in quam magnis causis nihil curamus*[1]. Ipsos propheras lapsos fuisse Caluinus, Apostolos. Solus ab inguloso Iuda euitauit Euangelista & fallere germanos nescit & falli. Postremò cum *Dunstan* præco, ad *Moriæ* cauea censet rapiendum, quod forcipe baculoque cacodæmonem, pro eo, quem sanè merebatur, multarit, stultior ipse est, quàm vt duci virum tam sapientem eò iubeat. Meminisse adhuc, quibus momentis moueri se dixerit, ne allenti-

1. *Luther. de missa priuata.*

retur,

retur. Malum nempe dæmonem, ἀσώματον * & exossem, teneri manu, baculoq; feriri non posse. Vbi velim ex homine cognosse, illúmne dæmonem putet non æque item ἀσώματον, corporisq; fuisse expertem; quem tamen *Raphaël angelus apprehendit, & religauit in deserto superioris Aegypti?* k Tum porro si videri humanis oculis aliquando potuit Angelus, quid ni tangi manu humanâ queat? Potuit autem illud, quoties aerio se corpore Angelus legitur incluisse: l Eodem igitur pacto & istud poterit. An [illegible] antiquus & excors tuus fu[illegible]ator, vt hunt Stygis inquili[illegible] non cogitaret, adspectabili forma & quidem muliebri in schemate ad hoc certamen prodijsse? Vbi certè, vt Spiritus in se ipse subijci oculis nequierit, tamen potuit illud corporis aërij schema, & oculis vsurpari, & manu contingi. At feri-

* *Incorporeum.*

k *Tobiæ* 8. v. 3.

l *Genes.* 18. v. 1. & 4. *Vbi angelis lauat Abrahamus pedes Ib. cap.* 19. v. 1. *Iosue.* 5. v. 13. *Iudic.* 13. v. 9. 2. *Reg.* 24. v. 17 &c.

riri tamen, ac retineri sub illo schemate spiritus nequit! Imò p... iit & istud; sed per vim, humanâ maiorem. Quemadmodum depelli etiam à corporis obsidione potest; non artis quidem ingenio, sed viribus cælo accitis.

CAPVT XIII.

Præco Exemplaris impietatis inter nos.

quam sit frustra.

70. EXEMPLA Miraculorum, & spurca fœda, à præcone per calumniã recensita.

COMMODVM, quod vides Adal... ppo... ex hac Mo... ctus, ad ... retrahim... Leonem hume... quam alib... usertus, certè l... facundior, quædam Miracula *B. Virginis* tam lasciuè impudicè commemorat; *ut* mirer, ausum esse, (q... perfrictæ frontis præconem) in... honestarum Virginum Iuuenumque concionem, tam prætex-

A. *Præco de Mirac. pag. 156. §. 18. & paginis seqq.*

tata

tata nudaque verborum lenocinia, de suggestu, recitare. Veniam vix *Catullo Propertioq;* daremus, si apud *Lesbia Cynthiaq;* fornices, tam inuerecundè procarentur. Argumentum inquies eiusmodi fuisse, cui vestis honestior nequierit induci. Ideò rem, vti fuerit, fuisse memorandam. At ego te obtestor, *Adulpha*; tantum tibi cras otij cape, (nam hodie ne capias, nisi hodie hæc vetanda sint) ut ipsa *Cæsarius*, quem præcipuè fugillat, *c*[illegible] penicularius legas, eaq; mox cum rabulæ tui verbis compo[illegible] mentiar, nisi litem secundum *Miraculum* damnos, ipse eu sequiorem [illegible] poæ[illegible] is. Si qui[illegible] studio [illegible] am ciuissimè fo[illegible] rit, & suauitate cælesti delinitos [illegible] voluptatis amorem inflam[illegible] mârit, vel pessum in præceps euntes, ad viam honestatis reuocarit.) Et narrarat hoc, stylo quàm simplici, tã

B. *Cæsarius. lib. 7. Miracul. cap. 4. 12. 33. 34. 35. 49. 52.*

C. *Præfat. de Mirac. pag. 180. v. 27.*

verecundo; quem legere nemo nec *Spurinna*, quondam, nec *Hippolithus* refugisset. Quid inde præco? Dedecus, *Adulphe*! Crederes, *Clodium* ex *Opertis* erumpere, *Bonæ Deæ* pervigilia, suis compotoribus in ludo vinoque enuntiare. Ac certè non possum, quin paria quædam verborũ committam. Priorem tu *Cæsarium* audi. *Miles*, inquit, *adolescens, [illegible] ætate floreret, amplius tamen floreret virtute virginitatis.* Et paulo post; *hic cum exiret de E[illegible]s matronam pulcherrimam*, ita se appellantem: *Ego ero vxor tua, accede ad me, & da mihi osculum*. [illegible] *cum, dixitq[illegible] nuptiæ, & coram filio meo perficiemus.* Eo quo verbo cognouit, eam esse [illegible]rem Dominicuius castitas humana [illegible] integritati. Hæc *Cæsarius*, ad Iuuat & *Cæsarij* Echonem audire, sed ab Alpibus inscitè recantantem: *Narratur*, inquit, *quemadmodum Virgo Maria, salacem militem coëgerit, ad se se osculandam, & arctè complectendam,*

D. *Cæsarius loco cit. c. 23.*

Men-

e Mentiris, interpres, & ore spurco, veritati calumniam impingis. Nam veritatem fidem, amici, scribitne *Cæsar* hunc militem fuisse tam perditè salacem: quem a *flore* tamen *Virginitatis* disertissimè commendat? Sed desiderio, inquis, sequiori ardebat. Non excuso culpam (quam tamen & ipsam, animi simplicitas, precesque extenuabant) nec adulationis invidiam accuso; quam, cum ex *Cæsare* posset verecunde transcribere, maluit suis libris infamare. Et videte, quanto honestius incedat oratio, quæ dicat, Ingenuum castiq; corporis adolescentem, & precibus assiduis operamem, ad osculum a magna Virgine niuitatem: quam quæ, *militem*, memoret *salacem*, id est, libidine in lustris ganeisq; corruptum, & omnis honesti decoctorem, ad Virginis, nescio quas, suauiationes admitti. Sed ferri fortassis hæc præconis interpre-

E Wie die Jungfraw Maria einen geylen Landtsknecht genöthiget / daß er sie küssen vnd herzen müssen. *pag. 160. v. 22.*

tatio potest: at illud certè, quod in complexus illum, & quidem adstrictos ac tosq. [illegible] vocis hæc patriæ vis est, * [illegible] refert: ea verò non solum Cæsarij iniuria est, qui nunquam hoc scripsit; sed & obscæni oris Cypriaq; frontis est oratioquæ *Tryphænas in Alpibus haidas* excitare. Atq; ausus est tamen, hic Cyniphij gregis ductor, hoc verbis Cæsarij probrum affingere; quam ipse laciniam fædissimè consi[illegible] eam populo, velut [illegible] labem iactare; nullo nec veri reuerentiâ, nec mendacij metu.

* Herzen.

71. ALIÆ *in praconis inuectiua spurcitiæ.*

QVID cogitare hos admissuros putabimus, quoties *Lucam* audiunt, *f* de illa Muliere, memorantem, quæ *osculabatur pedes Iesu, & capillis capitis tergebat?* Vtiq; obscæna se quædam legere arbitrabuntur; & mox complexus, tametsi nusquam scriptos, somniabunt; vnde totum Christi εὐαγγέλιον infame incestis amoribus, traducant. Ceterum vt vtiſta se ha-

f Luc. 7. 9. 38.

beant;

beant; exclamat validè homo, *g* non decuisse, vt hæc de B.^ma Virgine Miraculorum probra spargerentur. Cui ego sic respondeam: si verè probra sint, non repugnem, quin è medio tollantur. Et erunt profectò, si narrantem calumniatorem audiamus. Non erunt, si *Cæsario*, id est, historico auscultemus. Sed vide, quàm non inclementer cum tuo præcone decidamus: fatebimur vltrò, potuisse quidam in his narrationibus, nondū Ecclesiæ recto probatis, errari; nō ideo tamen laborabunt præiudicio *Miraculæ*, vtpote quæ non promiscuè omnia, nullo delectu, ad dicendum pro religione testimonium, admittamus. Spuria enim excernimus, quæque illa sint: inter quæ, si qua etiā *Cæsarius* habet, potes illi tu, præco, litem intendere, sed soli. *Pontificem* verò *Romanum*, omnemq; Ecclesiam, obscuris incertisque prodigijs, dudum infensam, culpa infamiaque liberabis. Quod ipsum, puto, non

G. *Præco pag.* 160. Ist es abernit ein spott/ꝛc.

absurdè tu respondêres; si quemè præconibus furti reum peragerem; quod siue in calice conuasando, siue in monedulâ, clam consciuisset. Iuberes enim, illum tu solum auriculas præbere: & non omnem proinde tubum in furti suspicionem vocare. Pudet plura præconis verba componere, quæ non ex Ecclesiæ sensu, sed de nido suarum impuritatum, tantisper videbitur depromisisse, dum auctoris librum, locumque nobis consignatius demonstret. Cuiusmodi legitis illa, quibus B.^ma Virginem ait *totâ nocte in S. Francisci brachijs accubuisse; eiq; se attrectandam, & exosculandam præbuisse.* b Apagete hirci, vestram hanc narrationem, & verborum illuuiem ad tabulum ablegate. Credidit iste, *Cyclopis* [illegible] congressum se narrare; tam nudè impureq; verbis indulget. Exscripsi, inquit. At ego in quoduis pignus te

B. *Præco pag.* 160. v. 27. Ein gantze Nacht dem Francisco in Armen gelegen / vnnd sich von jhm angreiffen vnd kussen lassen.

voco;

voco; non exscripsisse, Nomina librũ, indica locum, ostende versum, qui oris tam illoti indicium gerat; qui *tangendam* se dedisse Virginem, & *attrectandam*, vt tute vis, perscribat. Quod iterum tu donec facis, cãlumniator audis. Ad margines, inquis, adscripsi testem *Cæsarium*. Negat, testari se ille, negat: nulla agnoscit hæc tam salacia verba; quæ seipsa possint vel inter *Floralia* erubuisse. At exscribere te ais meminisse, vnde vnde exscripseris. Redis ergo ad vagos hos testes? Et ne quà in vestigio mendacium deprehendam, vestigium hoc fabulo confundis?

72. EXEMPLA *Miraculorum & blasphema à præcone per calũniam recensita.*

Verùm hæc omnia, tametsi apprimè absurda, si condonemus; illem mouebit maior Præconis stupiditas: quâ *Francisci* & manibus pedibusq;; & latere impressa stigmata, vult impiè rursus netarieq; exsculpere. Nam tribus his maximè rebus excanduit effrenis animus. Quarum prima est, quod commento tam impio fabulam nos istam ex vano

C. *Citat præco. pag.* 160. *librum conformitatum, sine indice, sine capite, sine fide, &c.* vti-

vtique haustam, compoſuerimus. Altera, quo *Alexandro* 19. poſſeſſe dæmonumque teſtimonio rem eſſe compertam, iactiten[illegible]. Poſtremo, quu[illegible] *Pra[illegible]* ſignibus, C[illegible] exæquemus. Quid hîc homini conciliando agamus? vehemen[illegible] rambigo. Etenim [illegible] quia res alpibus creditu difficilis eſt, ideo van[illegible] iamque nos arbi[illegible] ntifex Romanus, [illegible] ſic, & exſtabant, in ra[illegible] cadentes veſtigia, nondum cõalitæ plagæ. Perſtat interim abſens negare rabula; ſibique vni, cum longiſſimè abfuerit, credere nos iubet; cum idem grauiſſimis teſtibus, qui juraţi præſentesq; viderũt, fidem habendam eſſe nõ putet. Quare autem non putat? Quia res dictu incredibilis eſt, hominem *Chriſti* ſtigmate inſigniri. Itáne autem? Quid faciemus igitur *Paullo* quem alicubi clamantem audimus, κόπους μοι μηδεὶς παρεχέτω· ἐγὼ γὰρ τὰ στίγματα τοῦ κυρίου ἐν τῷ σώματί μου βαστάζω? * Atquî *Paullo* concedi prærogatiua hæc potuit:

* *Secundum omnia. Ita expreſsè præco, pag. 163. v. 23.*

* *Nemo mihi moleſtus ſit. Ego enim ſtigmata Domini in corpore meo porto. Galat. 6. v. 17.*

tuit: non debuit *Francisco*! Itáne rursus? Et quis tu es homuncio, qui tuâ decempedâ metas limitesque suæ potentiæ, seu beneuolentiæ Deo figas? Tibi *nullum* conformare; illi potuerit *vllum* ex *Francisco*? Aut profectò, si contendis id factum in *Francisco* non esse; quos testes tibi, quos causæ patronos producis, qui [illegible]gnent? Nos quidem factum, confirmatum [illegible] amplius annorum; *nos Bonauenturæ*, sanctissimi scripturis, calamo; *a* nos *Alexandri* Pontificis oculo, testatam rem facimus. *b* Quos tu, quando non argumento, sed odio solo confutas, nimium tibi vnus tu sumis, si trahi in partes nos posse, tam temere, speras. Iam verò ne quod epiphonema desit, mendacio concludis, sed grandi & volemo: cum ais, *c* nos palam profiteri his suis insignibus, eò dignitatis euectum esse, vt *Christus*

A. B. *Bonauent. in vita S. Francisci, c.* 13. *Et Breuiar. Rom. 4 Octob. Et festus dies colitur* 17. *Septemb.*

C. *Praco de Mirac. pag.* 161.

eum

eum *examussim in omnibus sibi exæquârit.* Quod ipsum & proœmio dixeras. Quare neq; ego repetere omittam, quod ibidem memini me respondere *mendacium*. Nemo nostrum hoc dixit, nemo scripsit. Prouoco ad populum, & per ius fasque obtestor, vt libros, quotquot lubet, omnes, ad discceptandam litis causam adducat: ibi *calumniæ* [illegible] clamorem deprehensurus. Nec vero perfugium huic [illegible] mendacio, præceps, quasi dixerit, paucis in rebus *Franciscum* nos *christo* comparasse: id enimne ipse quidem παραδοξον iudicauerit, cum vtrumque hominem, atque virum, bipedem: atque virum, Deo gratum, licuerit appellare? Hoc, inquam, stylum excutiendo mendacio suo non repetet: nam præclusit omnem huic effugio cum scripsit, *cum ista per omnia exæquasse.* Quo in tanto mendacio, si præfocari se præco non sensit; exercitatas iam laxasq; fauces habeat, est necesse, per quas impune traijci tam informes grandesq; buccæ possint.

CA-

CAPVT XIV.

Quæ præco Exempla Miraculorum, à præstigijs & [illegible] famum, conglomerâ-[illegible]rit.

HIc sibi magnum negotium sumeret qui singulas persequi duceret fabulas, quas ad hanc sinum classem tumultuariè præco contraxit. Mihi consilium non est vitijm aut defendere omnes, aut impugnare. Nam quas ille præstigiarum quisquilias collegit, quibus conspurcari nostra Miracula vociferatur; actum egit, homo simplex, si damnum ab ijs nos credidit accepturos. Non nostræ reculæ sunt illæ, neq; de sinu nostro depromtæ: quippe quas (vti persæpe iam dixi) damnârit & abdicârit semper *Ecclesia Romana*; non edicto magis, quam flammâ & ferro. Exspectas, *Adulphe*, dũ testimonijs hæc tibi confirmem? Ordiar à tuis; auscultа. Sedecim paginas sui voluminis

73. BERnatinum quorundam præstigia.

nis præco, & quidem opisthographas, implesse, *a* tragœdiâ quâdam, abhinc annis cer[illegible]n ferè & viginti apud Bernat[illegible] *b* Quam videtur ampullis, eò maioribus, suggestu recitasse, qu[illegible] spe[illegible] maiorem se nostræ causſæ inuidiam conflaturum, si rei natur[illegible]ndæ plures clepſydras poſceret. Q[illegible], pomum tam [illegible] narratio, ſtra[illegible] mirari ro; laborem[illegible]que parandæ materiæ ſubleuaremu[illegible]. Tamen, vt de re ipſa quid Cath[illegible]: Non video, quid ant[illegible]uuare præconem, aut lædere nos *ea cernamus* præſtigiæ queant, [illegible] *Romani* vel [illegible] vel [illegible]? negabit præco. [illegible]atur ipſémet, *c Iulium* [illegible] Epiſcopis [illegible], [illegible]os, [illegible] res, qua[illegible]

A. Præco, à pag. 179. *vſq; ad pag.* 194.
B. Videlicet, anno 1509.
C. Præco. pag. 192. *§.* 5. *& pag.* 193. *§.* 12.

iectos,

iectos, dolumq; confessos, rogo imponi, viuisq; ignibus in cineres dirigi iuberent. Neque inuerata seueritas est pœna, quàm [illegible] Cur igitur hanc prædicem tam sibi censuit opportunam, in quâ de Ecclesiæ Romanæ Mo[illegible]llis triumpharet? Rectius hoc statuerem, si [illegible]or *Romani Pontifices* [illegible] igitur [illegible]tos, in unitate [illegible] nasceretur, si [illegible]h extenuasse [illegible]iudices, quilibitis quirere [illegible]turum semegallet. Nunc vbi [illegible]ublica laqueo plectere; & pendulos à furcâ laniemones nectere perseuerat nemo, (præter hûc [illegible]am excors est) si [illegible]publ. moueat, fouet. [illegible] *Ar.* verò [illegible]ostris [illegible]ginnatæ Audio: sed [illegible]stiam sunt castigata. Demanho [illegible]os tu omittes, [illegible]eris [illegible]hicmque [illegible]æ Doctoribus non dices; si ab aliquorum noxâ, de vniuersis confestim pronuntiabis. Nam & in ijs quidem *Luciferos*, in istis autem prodi-

tores,

tores, & [illegible] *Tertullianos* atq; *Origenes* erit videri [illegible] tamen contagionem [illegible] crimẽ, ita neq; in crimen iniquitatem secum abstraxit.

Quare frustra iam erit, etiam in eo, præco, quod vndiq; farraginem scrutorum, in haud optimo mercatu, nundinatores rerum similium molenos spuunt opprimendos. Producit enim [illegible] quædam figilla, artificum Iconas; quas subdita quondam libramenta mirè animârint; ismque earum oculos occultè vndere, iamque orá manusq; ita commôrint, vt vitæ speciem intuentibus præberent. Alijs insuper [illegible] oculorum sinus, oleum, in [illegible] distillans, [illegible] conciliasse. Alius [illegible] ponderè circũactos, [illegible] annuereque didicisse; [illegible] imponerent. Et festiuius illud [illegible] ait quendam excogitasse, vt cancris humi repentibus lucentes cereos imponeret; qui deinde in cæmeterijs destituti, religionem aniculis iniecêre, vt crederent, manes è piacularibus flammis ad

74. EXEMplastauarum præstigiasfallarum.

sua

sua quoſq; ſepulchra reuiſere, opemque & preces ſolitas exhibere. Sed detractam eſſe præſtigiarum noctium perti manè ſum[illegible] eorum exſtinctu notati. Verùm, vt ne ignoremus hominem *Adoleſij* delectari; prolixè ingreditur remotiſſimam recenſere, quàm [illegible] mentitur *Paulinij* geſtam. Nimirum [illegible] ſolitum principio de ſuis [illegible] familiaris animi gratia, ſe [illegible] Eapropter ad §. *Paulini* ſtatim [illegible] e inuiſiſſe; atq; vt ſibi [illegible] obuiam prouidum prouidiſſe, prospiceret, cogitaſſe. Demum ſubodoriſſe Monachum hoc, quouis occaſione, poſt ſtatuam [illegible] atque indicio [illegible] ſe, [illegible] ſubmiſſe voſſeri, atque [illegible] ſuſurrum, promiſerit [illegible] tijs geſtientem, [illegible] dormaba poſtolo impetra[illegible] ſeiſſe. Sed [illegible] cognouiſſe, quid dudito oraculi [illegible] poſſe, cæperit malè ſibi ab Apoſtoli aduentu metuere: ac ne quid in hoſpitio turbaret, ſub veſperum & ipſe ad cognatas ædes accurrere. Præue-

rat

absurdè tu responderes; si quemè præconibus furti reum peragerem; quod siue in calice conuasando, siue in monedulâ, clam conscluisset. Iuberes enim, illum tu solum auriculas præbere: & non omnem proinde tubum in furti suspicionem vocare. Pudet plura præconis verba componere, quæ non ex Ecclesiæ sensu, sed de nido suarum impuritatum, tantisper videbitur depromisisse, dum auctoris librum, locumque nobis consignatius demonstret. Cuiusmodi legitis illa, quibus B.^mam Virginem ait *totâ nocte in S. Francisci brachijs accubuisse; eiq; se attrectandam, & exosculandam præbuisse.* b Apagete hirci, vestram hanc narrationem, & verborum illuuiem ad Itabulum ablegate. Credidit iste, *Cyclopis* [illegible] congressum se narrare; tam nudè impureq; verbis indulget. Exscripsi, inquit. At ego in quoduis pignus te

B. *Præco pag.* 160. §. 27. Ein gantze Nacht dem Francisco in Armen gelegen / vnnd sich von jhm angreiffen vnd kussen lassen.

voco;

voco; non exscripsisse. Nomina librũ, indica locum, ostende versum, qui oris tam illoti indicium gerat; qui *tangendam* se dedisse Virginem, & *attrectandam*, vt tute vis, perscribat. Quod iterum tu donec facis, cãlumniator audis. Ad margines, inquis, adscripsi testem *Cæsarium*. Negat, testari se ille, negat: nulla agnoscit hæc tam falacia verba; quæ seipsa possint vel inter *Floralia* erubuisse. At exscribere te ais meminisse, vnde vnde exscripseris. Redis ergo ad vagos hos testes? Et ne quà in vestigio mendacium deprehendam, vestigium hoc fabulo confundis?

Verùm hæc omnia, tametsi apprimè absurda, si condonemus; illem mouebit maior Præconis stupiditas: quà *Francisci* & manibus pedibusq;; & lateri impressa stigmata, vult impiè rursus notarieq; exsculpere. Nam tribus his maximè rebus excanduit effrenis animus. Quarum prima est, quod commento tam impio fabulam nos istam ex vano

72. EXEMPLA *Miraculorum & blasphema à præcone per calũniam recensita.*

C. *Citat præco. pag.* 160. *librum conformitatum, sine iudice, sine capite, sine fide, &c.* vti-

tuit non debuit *Francisco*! Itáne rursus? Et quis tu es homuncio, qui tuâ decempedâ metas limitesque fanpotentiæ, seu benevolentiæ Deo figas? [illegible] tibi [illegible] *stellam* conformare; [illegible] *stellam* ex *Francisco*? Aut profectò, si contendis id factum in *Francisco* non esse; quos testes tibi, quos causæ patronos producis, qui [illegible] gnent? Nos quidem factum, [illegible] cultum amplius annorum, [illegible] *Bonaventura*, sanctissimi scriptoris, clamo; *a* nos *Alexandri* Pontificis oculo, testatam rem facimus. *b* Quos tu, quando non argumento, sed odio solo confutas, nimium tibi vnus tu sumis, si trahi in partes nos posse, tam temere, speras. Iam verò hic quod epiphonema desit, mendacio concludis, sed grandi & volemo: cum ais, *c* nos palam profiteri his suis insignibus, eò dignitatis euectum esse, vt *Christus*

A. B. *Bonauent. in Vita S. Francisci. c. 13. Et Breuiar. Rom. 4 Octob. Et festus dies colitur 17. Septemb.*

C. *Praco de Mirac. pag. 161.*

cum

eum *examussim in omnibus sibi exæquârit.* Quod ipsum & proœmio dixeras. Quare neq; ego repetere omittam, quod ibidem memini me respondere *mihi*. Nemo nostrum hoc dixit, nemo scripsit. Prouoco ad populum, & per ius fasque obtestor, vt libros, quotquot lubet, omnes, ad excipiendam hanc causam adhibeat: nihil *calumniæ* [illegible] clamorem deprehensurus. Nec vero peregrinum hoc quicquam, mendacio, præco, quasi dixerit, paucis in rebus *Franciscum* nos *christo* comparasse (id enim ne ipse quidem πανδοκεῖον inficiabitur) cum vtrumque hominem, atque vtrumq; bipedem: atque vtrumq; Deo gratum, licuerit appellasse. Hoc, inquam, stylum exculando mendacio suo non reperiet: nam præclusit omnem huic effugio, cum scripsit, *cum suo per omnia exæquasse.* Quo in tanto mendacio, si præfocari se præco non vellent, exercitatas iam laxasq; fauces habeat, est necesse, per quas impune traijci tam informes grandesq; buccæ possint.

CA-

CAPVT XIV.

Quæ præco Exempla Miraculorum, à præstigijs & [illegible] sumsit-um, conglomerâ-

HIc sibi magnum negotium sumeret, qui singulas persequi duas cresset fabulas, quas ad hanc summam classem tumultuarie præco contexuit. Mihi consilium non est vitiis aut defendere omnes, aut impugnare. Nam quas ille præstigiarum quisquilias collegit, quibus conspurcari nostra Miracula vociferatur; actum egit, homo simplex, si damnum ab ijs nos credidit acceptures. Non nostræ reculæ sunt illæ, neq; de sinu nostro depromtæ: quippe quas (vti persæpe iam dixi) damnârit & abdicârit semper *Ecclesia Romana*; non edicto magis, quam flammâ & ferro. Exspectas, *Adulphe*, dū testimonijs hæc tibi confirmem? Ordiar à tuis; ausculta. Sedecim paginas sui voluminis

73. BERnatinum quorundam præstigia.

iectos, dolumq; confessos, rogo imponi, viuisq; ignibus in cinerem dirigi iuberent. Neque inuerata seueritas est pœna, quàm [illegible] Cur igitur hanc præ[illegible]iem tam si[illegible]i censuit opportunam, in quâ de Ecclesiæ Romanæ Mo[illegible]llis triumpharet? Rectius hoc statuere[illegible] si [illegible]mor *Romani Præsulis* [illegible]igi[illegible]tos, in[illegible] unitutelæ [illegible]nomine [illegible]nasseo; si [illegible]h extenuasse [illegible]si iudices, qui [illegible]pitis [illegible]quire[illegible]turum se negasset. Nunc vbi [illegible]rum [illegible]blica [illegible]aqueo plectere; & pendulos à furcâ lanierniones nectere per[illegible]euerat nemo, [illegible]præter hûc [illegible]am excors est [illegible]si [illegible]pub[illegible]moueat, foue[illegible]. At vero [illegible]oſtris [illegible]natæl Audio: sed [illegible]stiam sunt castigata. Damnabo [illegible]os tu omittes, [illegible]eris [illegible]ieiunio [illegible]æ Doctoribus non dices; si ab aliquorum noxâ, de vniuersis confestim pronuntiabis. Nam & in ijs quidem *Luciferos*, in istis autem proditores,

sua quosq; sepulchra reuisere, opemque & preces solitos exhibere. Sed detractam esse præstigiis animo non cauisse perti manè sum[illegible] eorum exstinctu notati. Verùm, vt ne ignoremus hominem *Adolphis* delectari; prolixè ingreditur rem multissimam recensere, quàm [illegible] mentitur *Paulum* gestam. Nimirum [illegible] tum patrimonio de[illegible] familiaris angustias, [illegible] Propter ad *S. Paulli* [illegible] inuisse; atq; vt [illegible] prospiceret, rogitasse. Demum [illegible] Monachos, quibus occasione, post [illegible] [illegible] [illegible]

rat iam *Paullus* cunctabundum; & hospitio acceptus, vt hominem per fores irruere sensit, armatumq; prægrandi clauium fasce vidit occurrere; interrogat, ferox, τίς, πόθεν εἰς οἰκίαν? tum illum feroniis respondisse, *Sanctum se Petrum esse*, atque oppidò mirari *Paullum*, quòd de cælo exierit, quum ipse [illegible] commissas sibi fores nemini aperuerit? Nubilo pòst, quòd *Paullum* sacrificiarius, cum filia consuesse velle dispiceret, clauium ei fascem in caput ictu valido illisisse. *Paullum* verò, qui *Petro* inferiorem se agnosceret, foro cessisse. Hanc tam illepidam stultam, atq; ad colum fusumque lucubratam fabellam, ausus homo [illegible] st paratragœdians, cum grandibus ampulli, in Co[illegible] Adducere eamque inter Ecclesiæ Romanæ Miracula, nescio, mendacior, an impudentior, referre. At ego alijs eam mementis mihi sumam refellere, quam vt iubeam auctorem, librum, testem prodere. Eum ille si nullum, ne infimi quidem subsellij scriptorem, audebit

*Quis & vnde venis homo?

debit nominare; cùm interim tamen, rem vt liquidò compertam, confidenter è suggestu proclamârit, nobisque impegerit; feret iterum haud odiosè, suo se nomine, *decumanæ calumniæ* [illegible] liat salutari.

IN his iocularibus cauillis cum ampliter exsor[illegible] quacitas d[illegible] ius [illegible] mouendum, ipsumq; *Romæ* caput, [illegible], sibi duxit adoriendum: quem non vnum à stygijs artibus infamem, cum Cacodæmone magnas necessitudines contraxisse, plenis follibus ementitur. Atque exorsus à *Siluestro* secundo, ad vsq; *Gregorium* septimum, quindecim ait pontifices, id est, ad vnum omnes, magia, malaque dæmonum consuetudine vsos, magnis testibus clamitat comprobari. *a* Iam demum sapere incipit præco, dum non omnia sibi vni, sed quædam etiam testibus suis vult credi. Quare age sis, & testium aliquot paria committe: aut tu quidem, *Adulphe*, dum vadimonium ille non obit, vi-

75. PONTIFICES Rom. à præcone magia accusati.

a A. *Præc. de Mir. pag.* 171. *& seqq.*

cem

cem ipsius aliquos è libri margine recenſe. Atq; *Adulphus*, hîc, inquit, *b* præter ignobile vulgus, Wolfium, & Beñonem, iſtos præcipuè lego; *VVierum de præſtigijs dæmonum, volumine quinto, capite ſecundo*; mox *Ioannem Nauclerum* iteratò, ſed hunc vago indice, & nec libro eius, nec pagina adſcriptis.

76. PONTIFICES à magia contra Thummij & præconis calumniam defenſi.

Equidem de alijs poſt videro; at *Nauclerum*, inquam, haud adſpernor, *Adulphe*: ſed vereor tamen ne ille, ſi uiuat, atque hoc ſibi teſtimonium imponi audiat, idem de iſto buccinatore conſeſtim exclamet, quod hac ipſiſſima in re, cum ex *Thummio c* nuper hæc verba recitari audiſſet, *Nauclerus ſcribit, omnes papas à Sylueſtro* II. *ad Gregorium* VII. *incluſiuè fuiſſe magos*; ſtomachans exclamarat, *d Mentitur diſertè creti-*

B. *Præco. ib. pag. 171. ad marginem. & pag. ſeq.*

C. *Thumm. in decalogo pontif. pag. 118. &c.*

D. *In oratione Academicâ, Dilinga de mendacijs Thummij habita. Anno 1624. IV. Kal. Decemb.*

ceq; Thummiul, mentitur : quid enim molliusin hac calumnia loquar ? Sed cõsideratè aliquis locũ, ecquem è meo volumine cõsignatum proferat. Cum itidem nihil ibi singillatim adscriptũ Nauclerus an Thummio reperisset; nimirum ita solent inquit hi plani : ne quà in mendacij deprehensi teneantur, auctorem commenti laudant, auctoris librum paginamq; dissimulant. At ego quàlongè aliter sensisse de his scripsisseq; recordor. Nam in Pontificibus quindecim, quos à Siluestro ad Gregorium, annis circiter octoginta alteros breuis successisse tradidi, etiam Sergium IVM. & Leonem IX. atq; ipsum Gregorium VII. recensueram. Consulite iam fastorum meos ; atq; vtrum ego scripserim bos fuisse magos, an Thummius ex more mentiatur, audiuate. Hæc ibi tum Nauclerus. Nec defuit anagnostes, qui statim ad Naucleri chronicon decurreret; indeq; verba Naucleri, de Sergio quidem, hæc recitaret. e Sergius patricius Romanus eligitur, vir sanctissimæ vitæ. Nos om-

e Naucler. chron. anno. 1010. gener. 32.

nes hîc in risum effusi, mirabamur, *Sergium à Nauclero Virum sanctissimum* pronuntiari, quem eumdem *Thummius* dixerat à *Nauclero* magiæ insimulari. Inter hæc ad *Leonem* a-nagnostes peruenerat; & hæc de illo nobis encomia, verbis *Naucleri* concepta, suggerebat. *f Leo vir fuit, pietate, innocētia, benignitate, gratia, hospitalitate adeò insignis, vt domus eius pauperibus semper patéret: glorioſè vitam finijt. Miraculis claruit multis.* Demum de *Gregorio: g Vir fuit certè religiosus, timens Deum, iustitiæ ac æquitatis amator, in aduersis constans,* & alia hoogenpiura; quibus *Naucleri* verbis ad *Thummium* comparatis, videbantur oriens occidensque concurrere, & venti collatis inter se signis dimicare: adeò nihil eorum, quæ *Thummius* ex *Nauclero* exscripsisse mentiebatur, cum *Naucleri* scriptis conueniebat. Quare de *Thummio* quidem sic visum aliquibus tum fuit, vt dicerent; apud Philoso-

f. *Naucler. ib. anno* 1052. & 1054.
g. *Naucl. ib. anno* 1085.

phos

phos *Indos*, non diu præconem acturum fuisse *Thummium*: quòd ibi qui tertiúm mentiti fuissent, æterno silentio auctorati, ad pythagoreos damnarentur: idcirco *Thummium* vltra primam concionem, hac Indorum lege, progressurum non fuisse.

SED licuerit in hoc teste mentiri: certè autem grauior adhuc clariorq; restat, *VVierus*: qui si falli se in tot pontificum magià credidisset, librum ea de re lucubratum, Cæsari Romano inscribere erubuisset. Erubuisset, inquis, *VVierus*? In tergi tergore fortassis: Nam frons quidem, impatiens roboris, callum ad omnes eius calumnias obduxerat. Ac vide, sis, quem in *VViero* testem producas. Nam ne ipse quidem negat, magi alumnum fuisse sese, cum *Cornelium Agrippam*, venerandum præceptorem honorificè appellet. *a* Hunc enim *Cornelium* magicis artibus operari consuesse, & ego suprà satis docui; *b*

77. PONTIFICES à *Magia contra VVierum defensi.*

A. *VVier. lib. 2. de præstig. dam. cap. 5.*
B. *Suprà lib. 1. agonist. de Miracul Orcin.*

& tuus symmystes *Thummius c* vltro confitetur. Nec, si vterque taceuissemus, cælasset tuus nos *Bodinus d* qui *VVierum* ait, *Agrippæ* molossum (quem tuus Thummius censuit Cerberum fuisse) à loro reuinctum ductare, quaqua incederet *Agrippa*, solitasse: eamq; *Melitensem* catellam inter vtrumque accubuisse. Quare cum inter claros magnosque testes, hunc tu *VVierum* prodire iubes; qui pro te in *Magiam* dicat, facis, quod Satyricus ridet, vt *Clodius accusset Machos, Catilina Cethegos, & Fur displiceat Verri, homicida Miloni: & in tabulam Sylla declamans Arpinates.* e Ceterùm taceatur hæc testis huius infamia; tu, quod tuum est, perage; *Adulphe*, libriq; locum indica; quo *VVierus* tradiderit, hanc quindecim Pontificum infamem successionem. Meus, inquit, hunc ad margines adnotat, quem vides: nempe;

C. *Thumm. in apocalyp. pag.* 86.

D. *Ioan. Bodin. In confutat. opin. VVieri. pag.* 694.

E. *Iuuenal. Satyr.* 2. *paucis mutatis.*

VVierus

VVierus de præstig dæmon. lib. 5. cap. 2. Exclamo; etiamne tuus Alpicola, *quintum* hunc Wieri librum! *Quartum* debebat; nam ibi nidulatur hæc *VVieri* calumnia: quintum non attigit. Paruum hoc dicas calami mendum; fateor: sed exiguo mendo suus tamen est lepos: quem aliquantisper, si vacat, audite. Exscripserat aut *Thummius*, aut præco noster, ex *VVieri* mendacijs, pudendum hoc scomma; calamoque labente *quintum* librum, pro *quarto* semel enotârat. *f* Et fefellerat aliquamdiu is error; sed ecce! alter horum cum ad alterius pascua diuertisset; repperit ibi, quod dixi, pabulum; magnâq; orexi inhians, omnem ingluuiem credidit exsatiari posse, si obuia quæq; carperet. Ita alterum alter dum compilauit, euertit. Tamen vt polyhistoris famam vterq; ferret, neuter eius quem legerat; sed solius *VVieri*, quem nunquam fortasse viderat, nomen adscripsit: eâdem fide, quâ *VVierum* alter ab altero viderat citari. Quo

f. Thumm. antichrist pag. 85.

factum est, vt veri mihi simile fieret, quod de *Thummio* sæpe ferebatur; eum, vnde vnde posset, per fas & nefas, solere, non versus dimidiatos verecundè; sed totas paginas, ac pænè libros, impudenti versurâ, furacissimè harpagare. g Quæ tamen cornicula quia deplumata iam ab alijs est probè; nihil habet, quod reliquum à me vellatur. Et fieri fortasse potuit, vt hoc *VVieri* mendacium & mendum, non *Thummius* ex nostro præcone; sed ex *Thummio* noster præco, transtulerit. Ipsi litigent in iure, vter alteri hanc iniuriam fecerit, vt eum non sineret primum errare.

78. INIVria præconis in SS. Dominicū & Franciscum.

ALIOS præconis testes, aliasq; testium fabulas, nè pergam refellere; obstant viri magni, *Baronius*, *Becanus*, *Gretserus*, & præ istis *Bellarminus*: à quibus toties iugulatas has calumnias, quod alpes istæ sperent animare se denuo posse; magnam inge-

g. *Magnis exemplis vide rem confirmatam, apud Lechnerum, in Thummio, parte 7. à pag. 537. vsq; ad 600.*

nij ſtupiditatem præ ſe ferunt : Cum præſertim ad rem ſummam, nihil adeo faciant ea ſcommata, tametſi omnia concedantur. Neque enim (quod ſæpe dixi) ideò nulla probabitis Eccleſiæ Miracula fuiſſe ; quod quædam ſeu Pontificum, ſeu aliorum præſtigiæ magicæq́; artes exſtiterint. Quare, cum hanc rerum inanium ſentinam mouit hîc præco, excitauit non Miraculorum, ſed odij ſui, prauiq́ue affectûs teterrimum fætorem. Quamquam hoc nondum eſt, vt cõtentus, ſolos *Pontifices* feralibus his & inauſpicatis artibus imbutos vociferetur; niſi cælo quoq; magiam inferat, cælitesq; ipſos hac peſtilentiâ afflatos corruptosq́ue criminetur. Audite linguam, ſiquam audiſtis aliam, impiè ſceleſtam ! *In monimentis Dominici*, inquit, *& Franciſci prolixè memoratur, quem in modum & ipſi cacodæmonem, & hic ipſos habuerint.* Atque iuxtim ad margines, ne quà lector ambigeret, hanc epitomen adſcripſit. *Neceſſitudo Franciſco & Domini-*

minico cum Stygecontracta. a Ain, tu ſceleſte, neceſſitudinem cum Stygе? At omnis hos heroas orbis iam olim venerabatur, ceu neceſſarios Dei, & in primis amicos. Aut *Stygi* tu ergo; *Deoq;* ſimul deuotos fuiſſe concedes; & *Chriſti* oraculum te refellet; b οὐδεὶς οἰκέτης δύναϲθαι δυσὶ κυρίοις δουλεύειν: aut certè inuiſos cælo Deoque dices, quod ſanè dicis: & tui te rabulæ omnes deſertorem ſuæ fidei pronuntiabunt, quam ipſi concoloribus lapillis, tot proletarij curiones cum mille æditimis ac veſpillonibus approbarunt. Ibi namq; c *Dominicum* (illum tuo calculo magum) inter cælites SANCTVM diſertiſſimè profitentur. Et eho, tuus *Adulphe*, buccinator, tam aut rudis eſt, vt, quid in

A. *Præto de Mirac. pag.* 196. Kundtſchafft Franciſci & Dominici mit dem böſen Geiſt.

B. *Matth.* 6. v. 24. *Luc.* 16. v. 13. *Nemo poteſt duobus Dominis ſeruire.*

C. *Libro Concord. pag.* 49. *epiſthog.* 29. *S. Antonius, Bernardus, Dominicus,* vnd andere Heyligen/ꝛc.

illo

illo volumine *Concordes* socienni decrêrint, ignoret? aut tam pertinax, vt decretum tam vasti codicis, barbatæque legionis aspernetur: dumque ij *Sanctum* esse *Dominicum* coniurant, ille deieret, peieretque esse *magum*?

Sed quibus ille vestigijs ad eruendam hanc *Francisci Dominicique* magiam peruenit; quam alius nemo quadringentis annis potuit odorari? Istis, inquit; *a* quòd cacodæmóas illi, ad quæq; imperia subijces subiugesq; habuêre; ijsque iam exploratoribus, iam ministris abusi, vt libuit, illusêre. Quamquam id non semper impunè. *Franciscum* enim lege talionis, crebrò ad macellum ijdem rapuêre; cæsumq; flagris ad satietatem, postremò destituerunt? Quæ quidem indicia, quid nisi *Dominici Franciscique* magiam ostendunt? Exspectabam ego nimirum à præcone, vt omni exspectatione stolidius aliquid responderet. Et respondit omnino. Nam profectò hac video lege futurum, vt præconi etiam *Christus* (tace impia lingua)

79. VNDE *coniecerit præco S. Dominicum & Franciscum fuisse magos.*

a Præco Mir. pag. 196. v. 7. & v. 21.

rei magicæ insimuletur. Nam etiam illi paruerunt ad nutum stygiæ laruæ: quas quoties vel obmutescere *Christus*, vel ex humanis hospitijs excedere, vel in porcos immigrare iusserat, illicò omnes nullâ morâ obtemperarunt. Ceterùm hæc præconi fortassis absurda non erunt. Quid enim de *Christo*, quisquis is fuerit, laboret? Certè autem *Lutherum* suum, vt in hac infamia magiæ destituat, ægre est concessurus. Et tamen necesse erit, vt magum fuisse tandem fateatur; si suis ipsum argumentis vrgeamus. Nã qui cum Orco plus *modium salis* comesse se glorietur; quiq; sæpius (huî pudor!) Cacodæmoni se, quam *Pornæ* suæ accubuisse fateatur: *b* hunc, ne suus quidem hic præco inficiabitur, Cacodæmonis συμβιώσει * familiariter vsum fuisse.

* *Conuictu.*

B. In Colloq. fol. 158.

CA-

CAPVT XV.

Quid in criminandâ Boni Nominis Elisabetha insaniat praco.

INTEREA, cum hæc inter nos agerētur, ingressi duo sunt pueri, quos *Baptista Iulius* in comitatu habebat: facibusque illatis, circumfusas iam tenebras dispulêre. Tenuerat enim materiæ nos vbertas, vt videremur, ad finem nunquam peruenturi, nisi violentâ ἀποσιωπέσει, * magnam eius partem rescinderemus. Neque adnerterat nos diuturnitas temporis, donec daduchos adesse conspicati, quantum noctis ingrueret, sentiebamus. Igitur ego, ne diutius incenatos tenerem, veniam præfatus, ostendi, velle me portum petere; neq; vltra, in reliquas præconis sordes inquirere. At intercessit tantisper *Iulius*; obtinuitque, vt, quid etiam in criminandâ *Boni Nominis Elisabethâ*, buccinator insanierit, explicarem. Huc enim

80. PRÆconis inuectiua in Boni Nominis Elisabetham. *Reticentia.

tetendisse rabiem eius, vt Virginem illam (cuius gloriam in vicinia ferre liuor nequierat) cauillis mendacijsq; infuscaret. Ego quid agerem? Taeere prorsus, & *Elisabetham* omittere, neq; res, neque preces sinebant. Omnes autem hominis illoti calumnias, vt ex lege *Remmiâ* notarem, nulla nec ferri cauteria, nec frontis spatia sufficiebant. Media igitur via placuit, vt quædam perfunctorie molliq; brachio castigarem; cetera coniectori cogitanda relinquerem: in quibus decipi eum videbam non posse, nisi leuia moderataq; præconis esse mendacia coniectaret.

81. COMpendium cauillorum præconis de Elisabetha.

Calumnias autem exorsus est, â vitâ, quàm hîc mortalem *Elisabetha* egerat, annis abhinc amplius ducentis. Vbi carpit in primis, nomen Virginis & famam; *a* mox *Conradum*, quo vsa quondam ad sacras Confessiones fuerat; *b* tum deinde genus, caussasq; vitæ, in cœnobio Reuttensi

A. *Præco. pag.* 228. *& seq.*
B. *Ib. pag.* 229.

insti-

institutæ. c Porro res in vita gestas; inedias, ægritudines, exstases, apocalypses; d denique viuæ functæq; Virginis Miracula; & hominum peregere ad eius cineres concurrentium studia. e Quæ quidem omnia, (qui mos est sanionum, è *Menippi*, *Lucianiq;* ludo prodeuntium) partim ridiculè traducit, & aduncis naribus cauillatur: partim ad fabulas contemtim accenset: partim obscænæ libidinis suspicionibus implet; partim conuitijs, quà in sanctos, quà in alios, impudenter lacerat; partim, grandibus tropis, & gentilibus figuris petulanti splene exornat: vt adeò nihil omnium intactum relinquat, quod impio glossemate non inquinet, scelestus, & infamet. Quem si percontêre, quibus argumentis animum induxerit, ad has criminationes tam proteruè audendas; nullas homo, ne infimæ quidem notæ, rationes habebit prætexere, quas nostri doctores

C. *Ib. pag.* 230.
D. *Ib. à pag.* 230. *& sq. ad pag.* 266.
E. *Ib. pag.* 242.

non sæpe sæpius iam refutarint. Sed ille quid suis ineptijs respondeatur, pensi non habet: dum habeat semper quod ogganniat. Atque interim insultat stolidè, iactatq́; , iam *Greiſero*, iam *Kellero*, alijsq́ue se litem intendisse; eosq́;, deserto vadimonio, nunquã in iure ausos comparere, sed causſæ diffisos, turpiter obmutuisse. Quod Alpes quidem, & Alpium vicini credant; qui, quos nostri de rebus controuersis libros lucubrarunt, hodieq́; vulgant, ideò legere supersedent, ne victi dent manus. Quod quàm verè dicatur, exemplis declarabo.

82. PRÆco S. Franciſcum & ſalacem traducit.

CVM *Eliſabetham* præco audiret, meruisse in *S. Franciſci* familiã: ratus est campum se inuenisse, quo Calumnia posset rursus etiam cum *Franciſco*, concurrere. Ideo sepositа tantisper *Eliſabethâ*, inuehitur nulla de causſa in virũ: eumq́ue vt salaciſſimũ *Veneris* clientem, aut Cyprij fornicis inquilinum, impiè traducit. *a* Iubete causſam edicere, cur tam improbè

a *Præco. pag* 228. *in marg. pag.* 232. *v.* 2. *Franciſci* Geylheit/Brunſt vnnd Vnzucht/ꝛc. suspi-

ſuſpicetur? dicet; legere ſe pridem, *b Franciſcum* hiemante cælo, nunc quidem in glaciem ſeſe, aut niuem abieciſſe; nũc nodo, ſi cinguli tractu, tergum immaniter concidiſſe, vt ſenſum æſtumque corporis temperaret. Inde merito ſic concludere ſe potuiſſe: *S. Franciſcum*, ſalacitatis libidine prurijſſe; & quid aliud, quàm laſciuum *Cupidinis* gemellum fuiſſe? Mirarer hanc hominis impij concluſionem, qui ex quolibet quidlibet tam imperitè inferret: niſi tot ſtultitiæ ſuæ documenta iam ante dediſſet vt nouum hoc eius delirium videri iam non deberet. At certè maiores noſtri, & omnis ante *Lutherum* Eccleſia, ex hoc *Franciſci* ſtudio iudicarât, eum caſtimoniæ magis amantem ac ſtudioſum, quàm ſalacem & laſciuum exſtitiſſe. Quid enim ſtultius tu facias: quàm ſi *ſpurinnam c* tot fæminarum inſidijs cinctum, atq; vndique ſpurcis amoribus laceſſitum, videas quaqua ſollerter effugere; iamq;

B. *Idem ib.*

C. *Valer. Maximus.*

ocu-

oculos, ne ignem incauti trahant, occludere; iamque vultum, ne placeat, honestis vulneribus confundere: eumque ab hoc fugæ studio tu conijcias iuuenem esse salacem? nempe si *Thaidas* ille *Psychasq;* sectari, atque foribus alienis osculum figere, & irruere in quasque ganeas lurco solitaret, tum tibi castus ille probusq; diceretur. Dedecus, & iudicij probrum! sed prœcone tamen, & his Alpibus dignum: quibus vtiq; & *Paullum* lubebit, *salacem* ac *lasciuum* iudicare, cùm audiunt conquerentem: *d Datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Satanæ, vt me colaphizet; propter quod ter Dominum rogaui, vt discederet à me.* Occinet forsitan & huic prœco suum thalassionem; & insultans exclamabit, *hui quantum hoc esse o-*

d 2. Cor. 12. v. 7. *Vbi stimulum carnis, interpretantur, tentationem libidinu Aug. in Ps. 58. Hier. ad Eustoch. de custod. Virginit. Salmian. de circumcis. & Thom. aliiq; apud Corn. à lapide, ibid. n. 138. Estq; sensus communis fidelium, paucis dissentientibus.*

por-

portuit incendium! *e* Atque iterum; vixillud eiusdem legent, *f castigo corpus meum, & in seruitutem redigo*; & confestim, *ô flammas*, exclamabũt, *& fornaces, è quibus hæc Pauli salacitas ebulliens, sese prodidit*! Certè autem si negaturi sunt cõcludi tam stulta & impia de *Paullo* posse, necesse est, de *Francisco* vt etiam negent. Nisi alpes, pro eo, ac sunt duræ, persistant *Francisci salacitatem* vrgere, cuius iam ante *magiam* cælo exprobrarunt.

SED *Franciscum*, familiæ parentẽ, facit missum iam præco; & in *Cunradum* arietat ferox. qui cũ *Virgini* priꝰ àsacris confessionibꝰ fuisset, postmodo cõpertam eius sanctimoniã, stylo etiam, sed præ quàm simplici, atque seculum antiquius olenti, conscripsit. Ac primò quidem admiratur, *a* rem duobus ante seculis gestam, nunc demum è tenebris erumpere.

83. PRÆconis Calumnia in Cunradum Elisabethæ Confess.

E *Præco pag.* 228. Was mueß diß für ein Brunst geweſen ſeyn? de S. Franciſco,

F. 1. *Cor.* 9. v. 27.

A. *Præco. pag.* 229. v. 5.

Cui

Cui si respondero, sic Deo visum fuisse; quid oblatrabit præco? Multa cõdidit vetustas, quæ seram in lucem protrahentur: nec ideo tamen suspecta illorum est fides. Et decretum est Deo, suis quæque temporibus, in publicum proferre; *b* alia alijs citius tardiusúe. Iam si *Elisabetha* virtutem nostris his annis palam fecit: quid ringeris præco? *Decio* rerum potiente, tumulati *septem* sunt *Martyres*, *c* quibus *Dormientium* nomen Ecclesia fecit: Ethi ducentis propè annis ignorati latuissent, imperante pòst *Theodosio iuniore*, reperti, coliquè demum inter cælites sunt cæpti. Sed huc nondum confugio: nego nomen *Elisabethæ* virtutemque mortalibus ignotam prius fuisse, quàm nuper hic hominum concursus ad eius cineres fieri inciperet. Argumentum affe-

B. 1. *Cor.* 4. ℣. 5. *Nolite iudicare ante tempus, quoadusq; veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum.*

C. *Græc. Menolog. prid. non. Augusti. & 11. Kal. Nou vide Baron. martyrol. 27. Iulii & Spondan. ann. 253. n. 17.*

10,

ro, non coniecturam ; auſculta ſis, præco. Fateris enim tu ipſe, iam adeò nuper, id eſt, paucis ante annis, cæpiſſe hunc omnium concurſum exiſtere. Atquî ante annos ferè ducentos, illius exiſtimatio erat iam tãta; vt ſingulari tumulo, præter morẽ, eximiè fuerit condita: eiuſque tumbæ peruetuſtis litteris inſcriptum hoc carmen ἐπιτάφιον. ELISABETH, VIRGO INCLVSA IN RITTI, QVÆ PLVRIBVS MIRACVLIS REFVLSIT; PRÆCIPVE STIGMATIBVS CHRISTI. Quæ verba cum ipſe tu legeris, *a* quo ore poteras effutire, *nouam hanc eius Virginis notitiam, e* eoq; ſuſpectam poſſe cuiquam videri?

NEC obſcurè fidem ſcriptori abrogas; quem prauis etiam ſuſpicionibus infamare non erubeſcis; adeò nullius nec æqui, nec iuris memor, temere omnes, vt quisquis occurrit, offendis. Sed erit fortaſſe cur tam impro-

84. CALVM*nia praconis aduerſus Eliſabetham, & Cunradum.*

D. *In vita Eliſabetha pag.* 44. *Et exſtant hodie in ſaxo ſepulchrali.*

E. *Praco. pag.* 229. *v.* 5.

improbè suspicari de *Cunrado*, fas esse ru putes. Erit, inquis; nam *Cunradus hic, munus formæ arbiter fuit; quod Canones haud sanè probabunt: qui nolunt, vt Mystæ in exomologesi puellarum. venustiores quæq; tam obseruatè contemplentur.* f Nolunt certè canones, quod omnes confitemur. At violatos à *Cunrado* hos canones, tu temere improbeque, suspicaris. Quid enim egit scripsitq; *Cunradus*, quod, vt ita suspicareris, te commôrit? repete *Cunradi*, si qua sunt verba. Sanè, inquis. Nam *Cunradus* scribit, *animaduertisse se puellæ, seruum [illegible] Elisabethæ formæ, comitasq;, multorũ insidiis obiceretur, si vitam illa profanam degere perseueraret. Idcirco auctorem ei se fuisse, vt nuntio rebus humanis remisso, in religiosæ familiæ leges concederet; tutius ibi quietiusq; victura.* g Ex his viri optimi verbis, considera, quæso te, *Adulphe*, an præco sapienter coniecerit, eum plus nimio

f. *Præco. pag.* 231. §. 14.

g. *In Vita Elisabethæ pag.* 16. §. 31. *& seqq. & pag.* 232. §. 24.

mulie-

mulierosum fuisse, atque inter ipsas exomologeses oculum ad puellæ formam lasciuius adiecisse? Non effugiet hoc præconis conuitium neque *Moses* vt video; quem dicet, nimis quàm licenter in *Rebeccæ* os oculosque intentum fuisse, cum *puellam decoram nimis, Virginemq; pulcherrimam*, tam ambitiosè dilaudasset: *h* neque alter ille qui *Iudithan* narrat, fuisse *aspectu elegantis nimis.* *i* Clamabit enim, non decuisse, vt historicus sacer, tantus elegantiæ puellaris æstimator, huc stylum demitteret. Atq; ea propter, πάρεργον, os impium, salacitatis non verebitur insimulare.

SED habet suas homo verecundus aposiopeses; quibus id cauet, opinor, ne famam *Elisabethæ* obtrectet, si orationem absoluat. Ita enim, dùm oris formæq; venustatem, in *Elisabetha* laudatam, iteratò exprobrat; ait, *nolle se disertius caussas, properati in cœnobium recessus, exaggerare: interfuisse id Cunradi, vt fieret: neq; tam al-* 85. PRÆconis infames de B. Elisabetha suspiciones.

H. *Genes.* 24. ℣. 16.
I. *Iudith.* 7. ℣. 7.

bat

bas Alpium mentes iam esse, quibus in hac fabella nihil subolueret. a Hoc nempe præconis, ad virtutem infamãdam, artificium est. Meminit in *Timante* visum id eximium fuisse, quum pictor animis spectatorum indicaret, quam oculis exhibuisset: eum imitaturus, vnâ aposiopesi credidit suorũ mentes ad capienda mendacia patientiores effici posse, quam aures eorum lacinioſa loquacitate potuissent. Quà in re, (testor tuam *Adulphe* fidem, &quosquos alios partium odia nondum occuparunt,) aliud nil egit præco, quam vt insitam prauo mentis indolem, & maleuolè quiduis ad sequiora trahentem, palàm proderet. Ita Zoili quondam, suas in Hieronymo linguas calamosq; exercitarũt; cuius consilio *Paullam Eustochiumq;* in *angulum Palæstinæ* secessisse, vitæque cælibis quietem, nuptijs ac delicijs prætulisse, rupti inuidiâ, cognôrant. b Et potuit ea inuidia ad magnam *Hieronymi* infamiam pertine-

A. *Præco. pag.* 233. *S.* 2.

B. *S. Hieronym. lib.* 1. *ep.* 41. *ad Asellam.*

re, nî viri virtus ipsa Calumniam obtrectatorum exstinxisset. Quod in his quoq; criminationibus, non tam futurum confidimus, quàm reipsa iam factum videmus. Quisquis enim paullo prudentior, has hominis impuri spurcities legit, facile intelligit, quid odij maliq́ue affectùs, in animi penetralibus niduletur.

RELIQVVM præconis studium in eo laborat, tum vt stultitiæ *Elisabetham*, aliosq; accuset, *a* qui castitatis consilio temere suscepto, à nuptijs diuerterint: tum vt eiusdem *Miracula*, imminutum partem eluet; velut indigna, quæ vel speciem Miraculi præseferant. *b* Ad priorem inuectiuam, quippe & exoletam pridem, & hæreticis perfamiliarem, nihil ego nunc quidem redhostiam. Quod enim toties à viris magnis plus satis à calumnia vindicatum est; id si denuo ab ignaua cane allatretur, non ideò censebitur nouis defensoribus indigere, qui rauim latrantis compescant.

86. PRÆco *Elisabethæ studium castitatis; & ei⁹ Miracula eluunt.*

A. *Præco. pag.* 231. *& seq.*
B. *Præco. pag.* 267. *& 269.*

Ad

Ad alteram cauillationem, id satis habebo dicere: nullum memorari inter omnia *Elisabethæ* Miracula tam exile ac tenue, tamque abiectis testibus comprobatū, quod *Lutheri trabem trabisq; fragorem* (magnum eius Miraculum) multis partibus longissimè non vincat. Prouoco ad fidem lectoris. Neq; enim libellum exscribimus, quem teri multorum oculis ac manibus vulgò videmus. At rursus hîc ille ad suum se asylum recipit; aitq; memorari quidem à nobis multa, iisque testibus firmari, quorum fidem nolit suspectam reddere, [illegible] rùm eos testes dolo ægrorum circūventos, dispicere verum non potuisse. Culpam deinde in ægros conijcit, quinòtint, quid quemq; ad suas ægritudines confingendas induxerit. Vbi, rursus, quàm temere de re absente absens iudicet, fidemq; nobili-

C. *Præco p. 267.* Wie es mit der Kranckheit gründtlich beschaffen/wird jnen am besten bekandt seyn. Ein jeder weist/wo jhn der Schuch truckt.

um

mmedicorum, homo contemtor raducat; cognoscere tu quidem, *Adulphe*, ex eo vel vno potes, quod in *Francisci Prasbergij* vulnere factum supra narrauimus. Cuius infortunium, tribus clarissimis medicis, & quatuor peritissimis chirurgis, vndiq; accitis, iudicatum est tam esse graue, vt iurati iusserint, naturam omnem, in eius remedio, desperare. *d* Et inuentum tamen est, ad *Elisabethæ* cineres, tam præsens remedium, vt nulla potuerit tergiuersatione ignorari; nisi à præcone; cuius oculis maleuolentiæ glaucoma prætexitur.

D. In agonist. lib. 1. c. 2. & lib. 3. c. 10. n. 54.

CAPVT XVI.

Epilogus Operis totius.

IAM in eo res vertebatur, vt nisi vim orationi nox fecisset, finem imposituri colloquio nunquam videremur. Ideò prætermissis, quæ restabant, omnibus; cæpit *Iulius* mis- 87. DISPOsitio ad Epilogũ.

sionem petere; non abnuente Adulpho: qui se, tametsi cænaturiret, tamen sentiebat mendacijs ineptijsque sui præconis, tam esse saturum, vt triduum totum crederet incænatum viuere se posse. Ita iam abire gestientibus, instabam ego tamen; vt, quando, per noctem, alia quæ conuenerat, non liceret, hæc saltem in digressu ἀποφόρητα secum asportarent. Respondit *Adulphus*, nullis se alijs nunc argumentis egere, ad calumnias præconis sui conuincendas: sed cupio tamen, si quà licet, istud adhuc vnum audire, (quod quidem iam prius pollicitus, nondum præstitisti) quæ illa dedecora famæ, quæq; alia probra sint, quibus obrui factionem *Islebicam* posse, si paribus armis congredi velles, dictitasti. Atque istud, inquam, est ipsum, quod pro apophoretis auferre vos cupiebam. Sed sunt ea mihi apophoreta tam copiosè multa, vt non *portulam* implere, sed *Rectam* instaurare posse videantur; si omnia quidem sint dispensanda. Parcius tamen agam, ac modestius: vt

ex

ex omni numero, vix tria quattuorue in medium producam; quibus ostendam, paria nos vestris illis posse reponere; &, si luberet, absurdiora: præsertim, si testium ratio seponatur, & ex auditione solâ, quicquid placitum fuit, arripiamus. Quod tuum fecisse præconem, toties iam ostensum est supra, vt supervacaneum hîc sit, repetijsse. Ingredior tamen, & ecce! quod in ipso pæne digressu, fecit rabula, vt *Elisabethæ* studium, in profitenda Virginitate sugillaret: id cur fecerit, caussam placet aperire. Videntur enim hi proletarij præcones, id apprimè timere, ne, si latius hoc studium serpat, nullas sibi nuptias queant conciliare. Quarum quam sint appetentes, tametsi aliunde nostis; iuuat tamen ab exemplo lepidè stulto, eoque per quàm recenti, vos recognosse. Id autem, quam potuit verissimè 88.

Augustinus Turrianus, vir grauis *Heidelbemio Bonnam*, ad virum æquè primarium, datis litteris in hæc verba perscripsit. Iuuenis hîc inquit, in PRÆcoridicule procus.

Lutheri popina ampliter pastus & à Lanista grammatico, iam rude recenter donatus; cæpit audaculè Doctor in rostra suggestumq; conscendere; & sui populo gustum aliquem dare; iamque omnia cetera germanus *Lutheri* præco esse; nisi quod duæ res ad summam felicitatem deerant: prolixior inquam, à mento *barba*; & trium liberorum *Niobæ*: quarum vtramq; genti audimus, in tribu ferendâ, per esse necessariam. Hîc non instrenuè iuuenis circumspicere; & *barbæ* quidem curam, ætati permittere; ipse verò totus in id incumbere, quemadmodum, atque vbi, qualemq; sibi *Iunonem* domum conciliaret. Et subiit homini nasuto, haud procul dotis opimior præda. Nam in propinqui pagi vicinià, nubilem esse puellam audierat; quam rustici riuales multi vnam ambibant. Constituit eodèm & ipse candidatus descendere, inque ijs comitijs prehensare. Eam in rem, equo, (quem strigosum in primis vetulumq; domi habebat) conscenso; ex vrbe in pagum euehitur; ianua-

ianuaque domûs patefactâ, sanè vt hospes familiariter habetur. Iactis nō malè fundamentis, in vrbem; & indidē aliquantò pòst rursus in pagum; idq; iterum, idq; sæpius, in consuetudinem vsque, vltrò citroque: sed sub noctis ferè crepusculum eques reuerti solitus. Non potuerunt hæc præconis amasij furta, tam crebra suspectaq;, competitores fallere. Qui coniurati, vt rabulam procantem, à sua *Penelope* diuerterent; cùm diu nihil idoneum reperissent, denique ad insidias festiuo sanè consilio, conuertuntur. Nam redierat fortè sub vesperum procus; atque ex more, quò cautius falleret, equum ad sepimenta, quæ in secessu extra pagi frequentiam erant, deligârat. Inde per deuia in hortum; atq; illàc per pseudothyron, quæsitas denique in ædes penetrarat; vbi nuptijs opportunè consuleret; & cum sponsa ad appetentes tenebras vsq;, grauibus opinor, & occultis de rebus conferret. Atq; id tamen riuales, sagaciſſima plebs expiscati: ad meditatum strate-

gema taciti decurrunt. *Taurum* admissarium in stabulis habebant; præferocem bestiam, & cornibus exercitatis insignem. Hunc de præsepibus ad septa violenti abducunt: & equum iam sub ephippij sarcina fessum, ephippio leuant: idq; ephippium super intractabilem taurum concinnè imponunt: frenoq; præterea indito, equi speciem *Tauro* (cùm præsertim nox iuuaret) non absurdè inducunt. Indè tauro vicem equi deligato, equum infrenem abigunt. Mimo in hunc modum composito, ad reliquum fabulæ actum accinguntur riuales: qui statim ex compacto (suprà quàm à rudibus ingenijs exspectaretis) per pagum certatim concursare, conclamare vasa, & ad arma vocare. Neque abludebat à veri specie: nam magnus vbiq; miles, per viciniam hibernabat. Præco rabula, metu panico repente consternatus; quidquid agendum restaret, erumpit; & per posticum, perq; nota diuerticula ad sepimentum recurrit; stabulantem ibi quadrupedem ratus inuenturum; cui⁹

admi-

adminiculo discrimen ingruens cita-
to cursu effugeret. Et obtuderat ho-
mini siue noctis crepusculum, siue
metus acrior, aciem videndi; vt fugæ
studio nihil mutatum in equo senti-
ret: sed properanter inscenso ephip-
pio, frenisq; manu prehensis, & cal-
caribus subditis, vrbem repetere, cō-
tentissimè festinaret. Iam eques in-
sederat; iam inhortari virgâ, iam voce
ad cursum, iam stimulis increpare be-
stiam cæperat; cùm ecce tibi! remu-
gire *Taurus*, luctari cornibus, ferire
calcibus; & sessoris impatiens, equitē
vel excutere, vel per auia inuiaque
in vepres dumosque præcipite mage-
re. His terreri demùm præco amā-
sius; & metamorphosi repentinâ, e-
quum in orcum credere conuersum,
sibique, quod par est, haud optimè
conscius ne confestim ad styga, cur-
sore quadrupede raperetur, serio ti-
mere: eamq; ob rem, quî sese ex equo
deijceret, impensè laborare. At in-
solens imperij taurus, & nusquam ne-
que consistere in loco, neq; progre-
di docilis, sed hac illàc, quà impetus

erat, nullo ordine raptus, spem hominis proci, in angustum adducebat. Igitur ad summum discrimen perductus iuuenis, arma decretoria promit; altumque vociferatus, *per ego* te, inquit, *quicquid monstri es; per ego te, sacramentum adiuro, adigoq;, vt me humi innoxium destituas.* Simul ægre in pedes desilit; &, quà data porta, noctu per auia in vrbem exanimis reuertitur; identidem anxiè respectans, an *hippocentaurus* è styge insequeretur, equitemq; desideraret. At ipse, pallore exanguis, & frigidis sudoribus madens, cum ad portas deniq; peruenisset, potuit periculo defunctus, quàm *pænè furuæ regna Proserpinæ, & iudicantẽ viderit Æacum, Minoq;, taurum*, & omnem Orci viciniam adierit, commemorare. Certè verò nec ephippij pòst, nec equi iacturam visus est doluisse; opima spolia ratus, quod viuus ipse in potestatem *Orci* non venisset. Hîc ego, si vestro more, tecum agerem, *Adulphe*; quicquid capillatus hîc, iamque in præconem circumtonsus amasius deliraui; id

omne

omne continuo toti præconum tribui imputarem; omnesq; illos petulcis amoribus, comicum in morem, indulgere dicerem. Nam & tuus iste, quicquid aut *Bernæ* â tribus peccatum est; aut alibi in præstigijs vnius deprehensum, itidem omne ad totius Ecclesiæ Rom. inuidiam conatur deriuare.

89. RIDICULA *præconum pictura nuptiis inhiantium.*

VERVM, vt ad institutũ reuertamur; indidem est & illud, paullo venustius, quod de incredibili præconum, in venandis vxoribus, sollertia, pictor non malus, bellè festiueque nuper representauit; viuisq; coloribus omne gentis studium moresque & prælia, pro nuptijs decertata, expressit. Siquidem in tabulâ, pinxerat valles quasdam viridantes, aspectu ac situ amænas; quæ aquis scaturientibus, crebris, & ceterà piscosis interluuntur. Vndique visuntur, aut collium ceruices, aut montium vertices, aut littorum crepidines. In his alibi conduntur templa cælitum, & sacella; alibi septa Virginum & asyla; alibi cellæ Iuuenum & ascete-

ria. Nusquam ad locum propior accessus vlli, & nusquam egressus; & fores nec deseratæ facile nec incustoditæ, ideoque aduersus vim æquè ac dolum sat cautæ. Circum obambulant quædam hominum monstra, visu dictuq; fœda, quæ procul, vndique septorum aditus vestigare; & aut occulta fenestrarum rimari, aut aliud moliri impigrè laborant: furuæ *Proserpinæ* alumni omnes, omnes pullo amictu, nec infra suras tunicati, manicis laxè follicantibus, & ad humeros plicatili striâ irrugatis. Capitis tegmen humile ac depressum, & ad instar parmulæ rotundum; nisi quod amphotides vtrinque secus modicæ descendunt: comæ prolixæ, & æquabili tractu in ceruices ductæ; ceterùm ad corui inuidiam nigræ: & in quarum vmbrâ possent auriculæ, quamuis carnifici iam delibatæ, haud inscitè recondi. Oculi hirquùm scintillantes, ora minantia, barbitium ad pectora promissum; hispidum, (superi!) & oppidò setosum, vt si ex Argonautarum rudentibus contextum.

Deni-

Denique intelligitis, opinor, quos hirquientes capros voluerit hoc penicillo exhibere pictor: validum, ita me Musæ ament, ac lacertosum genus; stiuæ cuiuis ac aratro idoneum, aut gladiatores certè, iam longâ desidiâ pingues, multoque coliphio fartos ceu mox in arenam inducendos. Hi ecce omnes ad piscatoriam faciendam intenti, manibus longas arundines præferunt; indidemque pendulas setas vibrant, & nexos è setis hamulos; & hamis inditas bucceas, varij saporis. In alijs quippe globuli melle saporati, & sesamo sparsi: In alijs hærent *puppæ* dulciariæ, & è sale Indico cunæ: rursus alibi *Lucanicæ* pingues, & pulpamenta: alibi *cuculli* & vitrea; amplumq; *Bacchi* patrimonium, & dotale *Veneris* tributum. Mirabar, quibus illi piscibus insidias machinarentur? cùm repentè, alius prospicientem è valuâ cænobitidem Nympham, hamo induit, tremulamque prædam in sua secum castra gestiens abducit. Alius uecordem Cænobitam pupparum illecebra

captum ab vſq; turris cacumine (vbi cum *Laterna* incautius, neſcio quid, vagabatur) in præceps trahit; ac aduerſo Danubio ad *Omphales* Gynæceum deportat: vbi lanam facere, & penſa trahere inter fœminas *Hercules* addiſcat. Alius retibus explicatis, plures vno ſucceſſu *Iunones* auarus includit. Alius, quâ aliâ viâ poteſt, prædam agere, & lætus opimo ſpolio, quisq, ſuam ſibi *Sabinam* rapere, & ad hircorum ſtabulum aſportare contendit. Ita factum eſt breui, vt inter *Pornas & Martinos*, interque *Nymphas, & Cyclopas*, paſſim innuptæ nuptiæ coaleſcerent; ædesque multæ ſpuriâ propagine complerentur.

90. HIRCVS *apud Hæreticos concionatur.*

HACTENVS mulieroſos licuit præcones intueri; nunc etiam prodigioſos, ſi placeret, producerem. Nam in palatinatu, quem ſuperiorem dicimus, (veteres *Capellatium* dixere) oppidũ eſt, cui *Forum nouum*, nomẽ fecimus: locus haud procul Amberga diſſitus, & nuper ab Electore Boio in deditionem acceptus. Id loci ſub annum CIↃ. DC. XXII. Ipſis Chriſti

natalitijs, iam digresso rabulâ, homine probè barbato, (quod suspicor) & satis ventrioso, ac facie cadauerosâ deformi: comparet in cætu teterrim⁹ caper; non iam lanugine, sed bene prolixo barbitio vestitus; & cornu truculentus, & oculis limum tuentibus; & qui, si etiam non conspiceretur, naribus sese pestilentissimo fætore palam ostenderet. Is talis, quod formam, suæ non absimilem in suggestu viderat, eodem animum applicat; perque obstantem turbam, perq́; æditui verbera, perq; obuia & inuia elapsus, in suggestum, populo spectante euadit; & concionantis in modum (nihil affingo, *Adulphe*, sed rem certissimis testibus compertam, mihique fideliter lectam exhibeo *a*) primores pedes, pulpito imponit, caput surrigit; barbæ folium ingens explicat, oculisque ferocientibus sese & concionem aliquamdiu circumspectat. Vox exspectabatur sola, qua populum caper alloqueretur, suique tribulis clamorem confirmaret. Ve-

A. *Ex litteris, è palatinatu datis anno* 1622.

rum ille, ex Iurisperitorũ ſcito, ſatis ei conſentire ſe rebatur, ſi taceret; eo quod, *taciturnitas*, (vt *Marcus Tullius b* ait,) *confeßionem imitetur*. Cæterùm, vti hoc illi ingenio per æditimum non licuit. Hic enim à tergo vrgens, remque fuſtibus ac ſtimulis gerens, vt pecudem *Cyniphiam* deturbaret: id ægre profecit, vt hircus patrio ritu tremulè nutiens, eoque cantu, omnia approbare ſe, ſignificans, è concione demum excederet. Poteſt hoc prodigio gloriari hæreſis, cum hircum prima audijt concionãtem; ne ſemper in ſolo *Trabium* fragore, præcones hi triumphent. Sed pauca tamen ſolum & ridicula quædã illis exprobraſſe ſatius credidi: vt ſciret, gratias nocti ſe huic debere, quod grauiora pluraq; proferre in lucẽ non permittat. Quæ enim & quãta ſuppeterẽt, ſi audita illorũ probra recenſerẽ, quibus ſuam ipſi *Cænam*, (niſi iam antè profana eſſet) profanaſſe memorantur? Cũ alibi quidẽ vulpium flabella, & hoc genꝰ muſcaria ſuis hoſtijs

b. Tull. lib. 1. inuent.

im-

impreſsêre; ne *Seruatoris* aut *Crucis* inſignibus eas polluerent: *a* alibi vero ex oxybapho temere arrepto, acetum miſcuêre, idque nauſeantibus conuiuis, ſanguinis vicem propinarunt: *b* alibi ciborij vicem, follicantia femoralia conſtituêre, ex quibus *Maximilianus Biber*, præco *Styrius*, modò plebeij, modò Dominici panis liba depromeret: quæ alijs aliter, vt cuiuſque cenſus erat, cum dedecore miniſtraret. *c* Iam de propudijs *Exomologeſeos*, deque arcanis per nefas violatis, quantum dicere reſtaret? De adulterijs porro, pudor ſit, ea referre, quæ memorat, fide ſumma *Georgius Scherer*, graui teſtimonio cõpertum eſſe, ex vna prouincia, plus ſexaginta præcones exactos fuiſſe, quod adulteriorum & vagæ libidinis rei peragerentur. Hæc ſi malunt iſti, à me, quàm hæc minuſcula recenſeri: doleo, gratificari me, per noctis anguſtias, non poſſe.

A. B. *Ex relationibus diuerſorum.*

C *Georg. Scherer. de controuerſ. fol.* 117. *&* 120. *ſub annum* 1588. 22. *Martij. Vienn., in ſuburb.* D. *Idem in apolog. contra Heerbrand. p.* 613.

IVLI-

93. Discessus è Colloquio

IVLIVS, cum hæc ego dicerem, subridens, nihil adeò noctem, inquit, hi accusabunt; cuius tenebris sua videant dedecora, veniam impetrasse, ne plurium oculis spectanda exhiberentur. Simul ad *Adulphum*, tu autem, si quà eundum tibi sit, nondum vides, præibunt hi tibi daduchi, facemque lucebunt. Senſit *Adulphus*, quo *Iulij* hæc alluſio pertineret; & renidens, plura iam, inquit, tametſi nox eſt, video, quàm cùm interdiu tecum huc ſum ingreſſus. Video enim hoc alpini præconis volumen, quantum id quantumque eſt, ex mendaciorum, calumniarumque centonibus ſartum ſutumque eſſe. Ac certè, ſi etiam per has tenebras non viderem, tamen comprehenderem manu: adeò non ſubtili cheleumate vſus eſt præco. Simul me complexus, gratiam habere ſe dixit; & breui de ſuis rebus ſeriò matureque non tam deliberaturum eſſe, quàm conſtituturum. Satis enim intelligere ſe, ibi veri tramitis veſtigia non parere, vbi tot mendaciorum diuerticula, in præceps calumnia-

niarum trahentia panderentur. Inde *Iulius* cum ſuis ad conductum inter primas faces ſic diſceſſit, vt diceret, nullius diei lucro, tam eſſe lætatum ſeſe, quàm huius vniusiactura ſibi gratularetur.

FINIS.

Ad maiorem DEI, *Magnæ Virginis, Cælitumq; omnium gloriam.*

INDEX

LIBRI PRIMI.

LIBRI Institutum; causſæ, inscriptio, Moderatio. 12. 3. 5

Thummij Calumnia in Pontificem. 4

Hæreticorum Calamus seditiosus. 4

Franciſci Prasbergii ægritudo, miraculo depulsa: res fama, litteris, testibus, oculis exlorata. 6. 7. 8. 9. & libro 3. n. 54

Aristidis vindicta modestissima. 18

Iulij Baptistæ, & *Adulphi* Comnenii aduentus, reditus ad colloquium accessus. 19

Colloquij totius partitio in tria capita. 20

MIRACVLI { Naturæ, solius. 21. 22 } Notio descriptio & diuisio.
Artis puræ, mixtæ. 31. 32
Stygis. 44. 45. 46. 47
Cæli. 58. 59. 60

σφάλματα præconis in Miraculis { Naturæ. 30
Artis. 33
Stygis. 50
Cæli. 63. 64. 65

MIRACVLA { Fontium. 24
Lapidum. 25
Animantium brutorum. 26
Hominum. 27

Lapides duo mirificè concordes. 25

Hibernus adolescens veneni securus. 28

Hiberniæ puluis serpentibus aduersus. 29

Præconis cuiusdam polypedia. 30

Memoria quorundam stupenda. 31

Libel-

Libellus famosus in *Bellarminum*. 34
Libri Heilbrunneri & Antikellerí quisquiliæ. 35.36
Musca ferrea volans. 32
Testudines ferreæ ambulantes. 32
Zahurorum mira oculorum acies. 56
Cornelij Agrippæ magia, in adolescente interemto. 48.
Fausti magi historia, lectu periculosa. 49
Argumenta quatuor præconis contra Samuelem excitatum; refelluntur. 51.52.53.54

Præconis
- Calumnia; in præfatione triplex. 37.38.40.
- In Tannerum. 55
- Inuectiuæ in miracula in quinque classes tributæ, 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18.
- Inepta iactantia. 33. hyperbole. 41. Inepti margines. 43
- Antilogia, 66. 67. 68. Reprehensio Gregorii Thaumaturgi. 70.71.72
- Malitiosus error in discrimine miraculorum. 37. Interpretatio, impositionis manuum. 76. Inepta illatio, ex sing. 80.

Iac. Gretseri dictum in Ratisp. Colloq. defensum. 57

Miracula vera
- A Deo proximè 61
- A Christi humanitate 61
- Physicè an moraliter effecta? 62
- A Sanctis aliis. 61

Rubus Mosis, quale miraculum? 67
Refellitur præconis calumnia exemplis Eliæ, Elisæi, Christi. 74.75
Præco neque vidit, neque legit, neque audiuit absurda, quæ memorat. 77.78.79

LIBRI

LIBRI SECVNDI.

Reditus ad pomeridianum colloquium. 1
Digressio ad insectandam famæ mentientis libidinem. 2
Diuisio rerum, & ratio disputandi, in libro secundo. 3. 4.
Odium formæ Syllogisticæ, apud hæreticos: exemplo ridiculo. 5
Præconis Argumenta duo primaria contra miracula. 7. & 58. 59. refutata. 8. & seqq 60. 62. 63. 64 65.
Miracula, Apollonii, Æsculapii, Herculis, Octauij, Adriani, Vespasiani, obiecta à præcone; Refutantur. 9. 10. 11. 16.
Præconis nequitia duplex in Vespasiani miraculo. 12. 13. Ineptia in Bellarmino refutando. 15. Ratiocinatio ridicula. 88
Miracula recensita ab Augustino. 17. 22. 23. 24
Augustinus malè citatus. 20. 21.
Augustinus explicatus de miraculis. 25. 26 27. 34. 35. 36. 37. 38. 44. 45. 46. 47.
Inuocatio Sanctorum ex August. 31. 39. 40.
Nugatio præconis de memoriis Martyrum refutata. 41. 42. 43
Ecclesia visibilis Augustino. 30
Sacrificium incruentum eidem. 31
Ludouicus Viues de libris Ciuit. Dei explosus. 33
Sigilli auctoritas. 48. 49
Scriptura Hæreticis an obscura, variis exemplis examinatur. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57
Signa necessaria rei duplicia. 61
Miracula Chrysostomi, Damasceni, Bernardi tempore. 66. 67. 68. 69. 70.

Bernardus an fecerit miraculum? 71
Gerson, Stella, alii recentiores quid de miraculis. 72. 73. 74. 75
Testes à præcone contra miracula citati quales? 76. 77. 78. 84. 87.
Calumnia aduersus Collegium Monacense. 79. 80. 81. 82. 83.
Artificium Hæreticorum in testibus eludendis. 85. 86.

LIBRI TERTII.

ADolescentum in Collegio S. Hieron. honestum ludicrum, frequentia, disciplina. 1
Calumnia aduersus disciplinam & litteras Societatis. Refutatur. 2. 3. 4. 5 6
I. Argumentum pro Miraculis. 8. 9. eiusque probatio ab exemplis Christi, Apostolorum, Mosis, Samuelis, Eliæ, aliorum. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20
Edmundi Campiani litteratura Græca. 5
Fines Miraculorum. 22. 23
Miracula an impii faciant? 21. vt Antichristus. 26
Quid Hæretici contra obiiciant. 24. 25. 27. 28
Caluini Miraculum. 26
II. Argumentum pro Miraculis. 29. 30. ex ἐνσάρκοις Hæreticorũ. 37. ex Apocal. 38. cuius elusio refellitur. 31. 32. 33. 34. 36.
Quomodo Christus promiserit Ecclesiæ suæ Miracula perpetua? 35
Præconis Sueui & Alpini inconstantia de auctoritate Apocalypseos, & aliorum ἀγιογράφων. 40
Miraculorum necessitas in prima Ecclesia. 41. apud Indos

Indos. 42. 43. 45. apud Europæos, 46. 47. 48. apud Fideles. 49.
Miracula an ex præsentium, an absentium iudicio æstimanda? 51. 52. 53
Miracula olim æquè ab Ethnicis ac hodie ab Hæreticis eluata. 55
Signa quædam apocrypha, non omnia. 56
Miracula quæ pro compertis habenda? 57
S. Antonius Patauinus, & alii Thaumaturgi. 58. 59.
Calumnia Centuriatorum de imagine Hæmorrhoissæ. 60.
Miracula ad Fidem confirmandam. 61.
SS. Georgius, Christoph. Catharina ad fabulas à præcone ablegati. 64 Defenduntur. 65.
Bernardus, Franciscus stultitiæ accusati à præcone. 67
Præconis calumniæ, de S. Francisco sacrificante. 68. de eiusdem Magia. 787. 9. de eiusdem salacitate. 82. De S. Dominici Magia. 78. 79. quem tamen Concordiæ liber appellat Sanctum. 78 de Boni nominis Elisabetha. 80. 81. 84. 85. 86. de Cunrado eius Confessario. 84
Dunstani & Bernardi miracula defensa. 69
Exempla Miraculorum vt spurca fædaque per calumniam à Præcone recensita. 70
Præconis impudentia, spurcitia, crimen falsi. 70. 71
Exempla Miraculorum vt blasphema à Præcone per calumniam recensita 72
Bernatium præstigiæ perperam Ecclesiæ adscriptæ. 73
Patauini Monachi fabula. 74
Pontifices Romani à præcone magiæ accusati. Defenduntur. 75. 76. 77
Mira testimonium intestabile. 77

Omissa S. Aug. testimonia, in cap. 9. lib. 2.

Lib. 1. Retract cap. 13. *item*, inquit, *quod dixi*, lib. de vera Religione: *nec Miracula ista in nostra tempora durare permissa sunt, ne anima semper visibilia quereret, & eorum consuetudine frigesceret genus humanum, quorum nouitate flagrauit. Verum est quidem: non enim nunc &sq3 cum manus imponitur baptisatis, sic accipiunt Spiritum sanctum, vt loquantur linguis omnium gentium: aut nunc &sq3 ad umbram transeuntium predicatorum Christi sanantur infirmi: & si qua talia tunc facta sunt, quæ postea cessasse manifestum est. Sed non sic accipiendum est quod dixi, vt nunc in Christi nomine fieri Miracula nulla credantur. Nam ego ipse, quando istum ipsum librum scripsi, ad Mediolanensium corpora Martyrum in eadem ciuitate cæcum illuminatum fuisse iam noueram, & alia nonnulla; qualia tam multa etiam istis temporibus fiunt, vt nec omnia cognoscere, nec ea quæ cognoscimus enumerare possimus.*

Eodem lib. cap. 14. *Alio loco, cum Miracula commemorassem, quæ Dominus Iesus fecit, cum hic esset in carne, adiunxi dicens: Cur, inquietis, ista modò non fiunt? Atq3 respondi; quia non mouerent, nisi mira essent; si autem solita essent, mira non essent. Hoc autem dixi, quia non tanta, nec omnia modò; non quia nulla fiunt etiam modò.*

ERRATA.

Pag. 13. *Ver.* 16. *ſpreuerat. ſpreuerat.* 14. 11. *quanto. quanto.* 84. 21. *quinquaſima. quinquageſima.* 104. *in fin.* NB. *Praco de Mirac. pag.* 32. 187. *Vlt. has. hos* 212. 25. *Vicinâ. Vicinia.* 236. *Vlt. exeo. ex eo.* 239. 1. *inerexcitatum. inexercitatum. Ibid. Vlt. non non. non.* 313. 23. *contactata. contacta.* 323. 2. *senecent. enecent.* 330. 8. *Aleandrinum. Alexandrinum.* 338. 1. *pranacars. pranaricars.* 339. 1. *Vfrun Verum.* 366. 1. adde num. 55. 4. *Exemplum diſcordia Hareticorum de formâ Baptiſmi* 392. 24. *Hieronymo. Hieronymos.* 419. 21. *Apotheſios. Apotheoſios.* 426. 22. *hanc. in hanc.* 444. 21 *Potrum. Patrum.* 462. 4. *Capiano. Campiano.* 468. 2 *& mendaciorum. aut mendaciorum.* 501. 18. *Vnde. Vnde Vnde.* 516. 23. *negatum. negatam.* 520. 10. *infamem. infamem.* 550. 18. *Chriſti. Chriſto.* 569. 20. *facimus. facimus.* 572. 18. *hoc ipſo.* adde: *loco. Ibid. Vlt. attolunt. attollunt.* 576. 36. *ſuis oculis. ſine oculis.* 651. 4. *nodo, ſi. nodoſi.*

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

5_3_3

Digitized by Google